
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
11 0
37

1.

TRACTATVS

Noui, & Practicabiles,

DE EXCVSSIONE BONORVM

in Ciuilibus & Criminalibus causis:

ET NOVITER ADDITI,

De Re furtiua penes tertium reperta,
De Reuelatione Confessionis,
De Patre dotante filiam ex quibus bonis presumatur, ad l.fin. C. de dot.promiß.
De Minore in delictis excusando,
Singularia ferè octingenta a nullo alio congesta, notatuq; digna.



VINCENTIO CAROCIO TVDERTINO

Iurisconsulto Clarissimo Auctore.

AD ILLVSTR. CARDINALEM ALDOBRANDINVM.

Cum Summarijs, & Indice copiosissimo.

Cum Superiorum licentia, & Priuilegijs.





VENETIIS, MDCIII.

Apud Sessas.

DIVISIO OPERIS.

De Excussione bonorum Tractaturus, diuidam in tres partes. In Prima enim ponam quæ bona Comprehendantur in Excussione facienda: in Secunda ponam Casus, in quibus habet vel non habet locum Excussio. In Tertia ponam practicam iudicialem ipsius Excussionis.



ILL.MO AC REVEREN.MO D. D. PETRO ALDOBRANDINO, S. R. E. CARDINALI AMPLISS.MO Sanctissimique D. N. Nepoti,

VINCENTIVS CAROCIVS I. C. Tudertinus fœlicitatem, &c.



I cunctorum Principum tam antiquorum, quàm recentiorum series vnica epistola comprehendi, modique, quibus ad Imperia, Regna, Dominia, dignitatesque obtinendas vsi sunt, explicari possent, plerosque procul dubio fortuna potius, quam virtute comitante Principatus adeptos esse constaret. Cui enim non patet Regna, vt plurimum Primogenitis licet cæteris fratribus longè indignioribus, nullisque præcedentibus meritis iure successionis a parentibus relinqui? Verum hoc tolerabile meo quidem Iudicio esset, si peioribus medijs non vterentur

 homi.

homines ad ea cōſequenda, ſed proh bone Deus quot verſutias, ſtratagemata, flagitia, proditiones, cædes, rapinas, incendia, Ciuitatum, Regnorumque, & penè totius orbis deuaſtationes non intentauit humana libido, vt effrenatæ Regnandi cupiditati ſatiſfacere poſſet? De verſutia teſtis eſt Darius ille Perſarum Rex, quem, vt Herodotus ſcribit, equi, quo inſidebat, hinnitus de priuato milite ad opulentiſſimum Perſarum Regnum produxit. De ſæuitia exēpla propè innumera adduci poſſent antiqua, & recentiora. Phalaris Siciliæ Tyrannidem quomodo occupauit, nonne vi? Quid dicam de Maxentio? Quid de Juliano Apoſtata? quid de noſtræ tempeſtatis Principibus, ſi hoc nomine digni ſunt, qui talia agunt? Nonne Turcarum tyranni parentes iugulare patreſque omnes mactare non modo auſi ſunt, ſed in conſuetudinem, & vſum iam deduxerunt? Vt autem ad rem noſtram, quæ hucuſque dicta ſunt protrahamus: non ſic, vt de aliis ſuperius diximus, aliis mediis, quā virtute duce, Te Deus Optimus Maximus, Sanctiſſimuſq; Dominus noſter patruus tuus ad tantum dignitatis faſtigium extulerunt, licet enim Sanctitatis ſuæ Nepos eſſes, optimæque ſpei adoleſcens, nunquam tamen Te per conſanguinitatis affectum in tam clariſſimorum Cardinalium numerum adſcripſiſſet, niſi talia virtutum exempla præbuiſſes,

quę

quæ totum orbem terrarum admiratione quam maxima affecerunt. Quis enim in Te tam adhuc acerbæ ætatis adolescente non admiretur senilem prudentiam, ingenii acumen, eximiam erga omnes benignitatem, in agendis quibuscunque negociis perspicacitatem, vitæ innocentiam, in tantoque totius Status ecclesiastici regiminis pondere hilaritatem? Iure igitur optimo Te summus Pontifex ad tantum extulit gradum: quæ enim magis decet Petri successorum temporalia negocia exercere quam Petrum? & fortasse etiam cum per tempus licuerit, Petri sedem Petro adiuuante obtinebis. Tibi igitur Illustrissime Princeps licet in summa negociorum excussione distento Excussionis bonorum hunc meum Tractatum dicare constitui, tum vt meæ obseruantiæ erga Te nouum litteratorum Mecænatem aliquod specimen Tibi significarem, tum vt opus qualecunque sit nominis tui in fronte rutilante fulgore magis in publicum prodire audeat, & præsumat. Quemadmodum enim plumbeus, seu cuiusuis alterius vilioris materiæ anulus piropo, adamanti, vel cuiuis preciosiori gemmæ alligatus a lapide illo accipit nobilitatem, ita Tractatus iste meus, licet non primus a me editus (quatuor enim hucusque volumina emisi, videlicet Primum de repetitione regulæ, Cum quid; Secundum de locato, & conducto: Tertium de Deposito,

sito,

ſito, ſequeſtro, & oblationibus, Quartum de Iuramento litis deciſorio) ab Illuſtriſsimo nomine tuo quam maximum accipiet ornamentum. Hilari igitur quo ſoles vultu, opus Tibi meritò dicatum accipias, & tuearis, meque benignitati tuæ addictiſsimum in familiarium tuorum numerum adſcribere ne dedigneris, maiora in poſterum Deo dante, Teque annuente daturum. Vale.

INDEX
COPIOSISSIMVS
RERVM OMNIVM SINGVLARIVM
in hoc tripartito Tractatu contentarum.

Eo ordine digestus & ordinatus, vt Alphabeti ratione, tam in capitibus materiarum, quàm in secunda dictionibus seruata, vna vice tantum prępofita prima voce generali materiæ, propositiones ex ea sequentes, collectæ sint, ita, vt omni sublato labore, desiderabilia in ipso Tractatu comprahensa facile inueniri possint.

Authore Brunoro à Sole. I.V C. V.

A

ACTVM

B

C

D

Fieri

Crimi-

Idoneus

LEGA-

L

N

O

Persona

 na,

Instru-

Obligata,

S

VARIA-

V

VIR

F I N I S.



TRACTATVS DE EXCVSSIONE BONORVM.

QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Excussio quid sit.*
2 *Bonorum appellatione quæ veniant.*
3 *Bonorum suorum obligatione veniunt nomina debitorum, siue hypotheca bonorum sit expressa, siue tacita. nume.4. & non solum nomina præsentia, sed etiam futura.num.5.*
6 *Excussio legitima in bonis, qualiter facienda sit, siue competat actio realis, siue personalis.*
7 *Meũ dicitur, quod est mihi debitum.*
8 *Actiones meæ dicũtur in bonis meis.*
9 *Possessionem amittere, & actionem ad eam competentem paria sunt.*
10 *Confitens habuisse & recepisse pecuniam mutuo ab aliquo, non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, contra.nu.11.*



* 1 QVAERO primo loco quid sit *excussio, † Vtique est bonorũ, & rerum principalis debitoris vsq; ac sacculum, & peram, & minimum quadrantem diligens facta inquisitio. Dicit bonorum ex l.1. C. de reuocand.his, quæ in fraud credit.ibi bonis eius excussis.

2 Et sic quod cum appellatione bonorum † veniant mobilia, & immobilia, iura, & actiones, ac nomina debitorum, l.bonorum, in fine l. mouentium, ff.de verb.signifi.l.1.§. item solet, ff.de offic.præfect. vrb.l. 1.ff. de vi priuat. l.nomen. C. quæ res pign.oblig. pos.Bald. consil.23. Andr.vol.3. Anchar.consil.101. ex prædictis col.2.Ias.consil.79.vol.3. Corn.consi.260.col.2.lib.1. dixi in tract.locat.& conduct.par.5. tit.de verb.signifi.quæst.15. Anton.Gab. * ex communi * de verbor.signific. conclusio.7. numero 3. etiam cum additamento pronominis, mea, vel tua. Alciat.in l.meorum per illum textum, ff.de verb.signific. & hanc opinionem dicit veriorem Tiraqu. in l.si vnquam in verbo bona sub num.8.C.de reuocand. donationib. addo Bart.in l.quintus §.argenti,n. 3.ff.de aur.& arg.leg.ex l.si legatus, §.1.ff.ad Treb.Fel.in annot. ad Duret. §.omnes leges. Rom. in §.omnium, numero 22.de actio. Fernan. ad l.tauri.21.numero 15. Rip. in l. 1.columna final. numero 109. ff. si cert.petat. Didac.Segur.in l.quem-

admodum, fol. 91. de acquiren. poss. Ari. Pinell. de bon. matern. in rub. par. 1. numero 7. ex quibus constat hanc esse nedum veriorem, prout ex Tiraquell. diximus, sed communem * opinionẽ Eman. in suo Thessaur recept. sentent. littera B. numero 37. Mich. Crass. quaestio. 19. §. legatum.

3 Et veniunt † in obligatione bonorum suorum nomina debitorum leg. nomen. C. quae res pign. obliga. poss. & ibi Barto. in 2. notab. numero 3. l. si conuenerit, la seconda, ff. de pignor. act. l. postquam, C. de haered. vel act. vendit. Bartol. in l. quintus, §. argento, ff. de aur. & argent. legat. Neguſ. de pignor. in 2. membr. 2. par. nume. 8. ampliat. 3. Addo bene loquentem Dominic. in capitu. 1. per illum textum versi. contra natos de scismatic. in 6. in c. fin. §. si laici, de rebus ecclesi. non alienand. lib. 6. Dec. in l. qui actionem, numero 5. ff. de regul. iur. Ancar. consil. 101. col. 2. Didac. in cap. relatum il secondo col. 1. in fin. de testam.

4 Et conclusio † vera est, & procedit siue hipotheca bonorum sit expressa, siue tacita, semper enim veniunt nomina debitorum. Castrens. ex communi * in l. si conuenerit, la seconda. numero 4 ff. de pignor. act. in l. si constante, §. si bona, numero 2. ff. solut. matrim. Dec. consil. 349. sub numero 10. Ari. Pinell. de bon. mater. in rub. par. 1. numero 8. quicquid senserit Ias. in §. item seruiana, num. 43. de actio.

5 Et non solum nomina † praesentia, sed etiam futura. Bal. in l. 1. col. penul. ff. solutio. matrimon. in l. hac edictali, §. omnibus post Cin ibi, C. de secund. nupt. in l. vbi adhuc, C. de iur. dot. Rom. singular. 147. Afflict. decisi. 335. num. 2. late Ripa. in l. 1. ff. de pign. Did. pract. quaest. cap. 29. in fine. Adde quod haec est verior, ** & magis ** communis opinio Neguſ. de pign. in 4. membr. 2. par. nu. 165. Eman. in suo Thessaur. littera B. num. 39.

6 Cum igitur excussio † legitime facienda est, debet esse bonorum, & sic mobilium, immobilium, & se mouentium, iurium, & actionum, nec non vlterius executi debent nomina debitorum, ne dum praesentia, sed etiam futura, siue simus in obligatione expressa, siue tacita, & legali, nec est facienda differentia siue competat actio personalis, siue realis. Dec. & Cagnol. in l. qui actionem, ff. de regul. iur.

7 Vnde meum † dicitur, quod est mihi debitum not. per glos. in l. si tibi pecuniam in verb. meum in l. si me, & Titium, in verb. pecunia, in l. eius, qui ĩ prouincia in verb. defuncti, & ibi Barto. ff. si cert. petat. in l. si pecuniam in verb. tuam. C. de neg. gest. in l. 1. in verb. suum. ff. quod cũ eo. Corset. in singular. suis in verb. meus, vbi repraehendere videtur Bart. & alios contrarium sentientes in l. 1. ff. de stat. homin. verum & hanc Barto. opin. sequitur Bald. in l. fin. in fine, C. de edict. Diu. Adrian. tollen. Pano. in cap. 2. de relig. dom. Angel. Aretin. in §. fin. instit. de iust. & iur. Ias. in l. gallus, §. videndum in fine, ff. de liber. & posthu. Guid Pap. decisi. 584. Barbat. consi. 36. colum. 1. vol. 1.

Prima tamen opinio contra Bar.
8 verior videtur, quia actiones † meę vocari possint, prout suas actiones vocat iuris consultus in l. venditor

in

in fin. ff.de hæred. vel act. vendit.in l.quæritur,§.si venditor,ff.de ædili. edic. & dicitur quis dominus actionis,§.illud,authent. de ęqualit.dot. coll.7. quam allegat Clau. Aquens. in l.si quis vi.§.differentia. ff. de acquir.posses. & dicuntur in bonis nostris l.si legatus,§.1.ff.ad Trebel.Gomes.in §.omnium,num.21.de actio. post Alex.consi.185.col.antepenul. vol.2.consi.63.col.3.vol.4. Beninc. de actio.§.1.num.152. cum sequen.

Si igitur in bonis meis facienda est excussio de actionibus, & nominibus debitorum faciēda erit, & pa
9 ria sunt amittere possessionem, † & actionem competentem ad illam Bart.per illum textum in l.si prius, colum.antepenult.quæst.1.versicu. veniamus,numero 20.ff.de no.ope. nuncia. vnde in pulchra facti specie dixit Rom. quod si in mutuo dico
10 confiteor † me habuisse,& recepisse, & habere mutuo a Sempronio centum, an potero opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ? Vtique non, quia licet fortasse reuera non habuerim, sed sub spe confessus fuerim, tamen dicor habuisse, quia competit actio.glo.singular. secundum Angel. ibi in l. si ex pluribus in verb.habere, ff.de solution.quam gl. etiam multum cōmendat,Curt.iun.in rubr. ff.si cert. pet.in fine.Cremens.singul.45.

Sed in hoc cōtrarium est verius,
11 quia exceptio † non numeratæ pecuniæ tolli non potest per dicta verba, & sic contra Roma. tenet. Ias.in l.2.§.creditum num.22.ff.si cert.petat.vbi Purpurat.num.6.Emanuel. Cott. in repetit. l.si ex cautione, in §.fallent.C.de non numer.pecun.

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Statuta sunt stricti iuris.*
2 *Bonorum appellatione veniunt nomina debitorum,iura,& actiones, non proprie, sed fictè.*
3 *Statutum puniens alienantem rem in forensem, uel consentientem alienationi suæmet rei,non habet locum in eo qui habet actionem, uel spem ad rem ipsam, & subditur ratio.*
4 *Interpretatio extensiua non habet locum in statutis.*
5 *Statutum, quod quilibet ponat bona sua in catastro, habet locum in eo qui bona possidet,non in eo qui actionem habet ad ea.*
6 *Possessor non dicitur is qui habet actionem ad rem, ut per hoc releuetur ab onere satisdandi, dummodo alius sit in possessione, num.7.*
8 *Actiones ueniunt in publicatione bonorum.*
9 *Masculinum concipit fœmininum, in statutis, uirtute passiuæ interpretationis,ex communi.*
10 *Lex extenditur,& uenit per interpretationem passiuam.*

EXTAT statutum disponens * quod fiat excussio in bonis debitoris, an isto casu bonorum appellatione veniant iura, & actiones, & nomina debitorum?

Et videbatur,quod non quia sta-
1 tuta † sunt stricti iuris, Bartol in l. omnes populi numero 60. versicu. quarto quæro, ff.de iust.& iure,in l. constitutionibus, ff. ad municip.in l.quod constitutum,ff.de testamen. militar.Dec.cons.442.num.3.

Vnde quod appellatione bono-
2 rum † veniant iura, & actiones, & nomina debitorum non est ex propria significatione, sed large, & ficte, vt not. Dec. per illum textum, in l. qui actionem, sub nu. 5. versi. & ista cõclusio, vbi Cag. sub n. 3. versi. procedit autem ff de reg. iur.

3 Hinc postea statutum † puniens alienantem rem in forensem, vel cõ sentienté alienationi rei ipsius consentientis non habet locum in eo, qui haberet actionem, vel spem ad rem ipsam, ita Bart. in l. gallus, §. videndum n. 3. vbi Ale. sub n. 4. extra
* glo. Ias. n. 9. attestatur de * communi, ff. de liber. & posthum. ex hac solum ratione, quia habere actionem ad rem est, per fictionem & inter-
4 pretationem † extensiuam, quæ nõ cadit in statutis, vbi Alex. appellat hanc conclusionem verissimam, quod hoc sit fictè; & impropriè.

5 Pariter statutum † disponens, quod quilibet ponat bona sua in castro, habet locum in eo, qui bona ipsa possidet, non in eo, qui habet actionem ad ea, Bart. dicẽs hoc perpetuo notandum in l. fin. §. penult. ff. de cens. in l. nemo, ff. de in integrum restitut.

6 Tertio non dicitur possessor † vt per hoc releuetur ab onere satisdandi, qui habet actionem ad rem, Bar. dicens menti tenendum in l. sciendum §. si fundus, in fine, vbi Ias. nu. 13 ff. qui satis. cogantur.

Declara hæc duo vltima, vt procedant quando alius sit in possessio
7 ne, alias secus, Pute. decis. 11. nume. 7 par. 1.

Et hanc opinionem etiam sentit Cotta. vbi hoc reputat valde notabile in verb. noia, Alciat. in l. Labeo.

14. in verb. actioné, ff. de verb. sign.
8 Contrarium † sentit Rebuff. in l. bonorũ, col. 3 vers. secundo diuersum, ff. de verb. sign. per textum in l. si ademptis, C. de sent. pass. vbi pręsupponitur in bonorum publicatione venisse actiones.

9 Vnde in statutis masculinũ † cõcipit fœmininum virtute passiuæ interpretationis. Imol. in l. si ita scriptũ, col. 1. de leg. 2. Aret. in §. 1. col. 1. de instit. qui testam. tut. dar. poss. Cin. in l. quicunque, C. de ser. fugit. in l. 1. q. antepen. C. quæ sit lon. consuetud. Bart. in l. iure in fine. ff. de legib. in l. 1. in fi. ff. de pecul. gl. in clemen. 1. de sepult. gl. fi. in l. cum proponas. C. de transact. Ias. in l. si quis id quod, ff. de iurisdict. omn. iud. Angel cons. 289. Ias. in l. gallus, in 2. lectur. col. pen. in 1. lectu. col. 14. de liber. & posthum. Alex. in l. si constãte § fin. ff. solut. matrim. Mars. sing. 39. Gozzad. cons. 43. col. 3. Soc. iun. ** cons. 3. col. 1. vol. 2. Est magis ** cõmunis opinio. Ant. Gabr. de verbo. signifi conclu. 6. num. 34.

Et ultra eum ratio esse uidetur,
10 quia lex † extenditur, & sic uenit per interpretationem passiuam, ut uno uerbo sentire uidetur, Rebuff. in l. 1. de uerb. sign. col. 9. uersic. nec refragatur.

Et hæc opinio mihi uerior, & æquior uidetur, si enim debitor, qui excutitur habet nomina debitorũ, qui exigi possunt, cur debet molestari fideiussor, uel tertius possessor?

QVÆSTIO III.

SVMMARIVM.

1 *Baiulus vel executor excussionem faciens in bonis ex forma statuti Tuder-*

Tudertini quid seruare debeat.

2 *Possessor tertius audiendus est super excussione.*

3 *Nomina debitorum capi debent in causam iudicati, alijs bonis deficientibus.*

* SED pone, quod extat * statu-
1 tum, prout Tuderti † in reformationibus rubr. 36. vbi mandatur excussionem fieri de bonis per baiulũ, vel executorem, qui referre debeat quid sit in bonis, certe referet de immobilibus, mobilibus vel se mouentibus, si referat de istis nihil reperiri, an erit excussio legitime facta? si postea apparerent aliqua nomina debitorum in chirographis, vel publicis instrumentis, vel ter-
2 tius possessor, † qui in subsidium communiter excipit de nominibus debitorum, crederem tertium conuentum, & opponentem de nomi-
3 nibus † debitorum audiri debere, ex quo alijs bonis deficientibus, in causam iudicati capi debent l. 2. & ibi Bart. C. quando fisc. vel priuat. l. a Diuo Pio, & ibi Ias. §. fin. in 1. notab. ff. de re iudic. sentit Rebuf. in l. bones, §. inter, col. 18. versi. nam & argentarius, ff. de verb. sign.

QVAESTIO IIII.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia existens in capsa venit in generali obligatione omnium bonorũ præsentium, & futurorum.*

2 *Pecunia reputatur res mobilis.*

3 *Pecunia mutuata à creditore hipothecam prætendente in bonis debitoris non dicitur venire in generali obligatione bonorum. Secus in alia alterius, quam creditoris. nume. 4.*

Assignatur ratio num. 5.

* DEBITOR ex mutuo * obligauit creditori suo omnia bona præsentia, & futura, an in hac sic generali obligatione veniat pecu-
1 nia † in capsa existens; & reposita? & sic in excussione facienda de bonis debitoris sit inuestiganda pecunia?

Et videbatur, quod sic, quia pe-
2 cunia † res mobilis reputatur, vt probat textus in §. quia parum authét. de nup. ibi ĩ pecunijs, aut alijs mobilibus, & ibi not. Angel. idem ponunt. Cain. Bald. & Alber. in l. ea demum, C. de colla. Tiraq. latius de retract. §. 1. glo. 7. n. 102. Addo bene loquentes, Rim. ad §. 2. quibus alia licet vel non, nu. 45. Mich. Crass. in §. legatum, q 19 n. 7. Menoc. de præsumpt. lib. 4. præsump. 138.

Si igitur dicitur mobilis, in obligatione bonorum veniũt mobilia, et immobilia, vt dictum est, meritò, & pecuniæ comprehendentur.

Pro resolutione in proposito, cõsiderandi sunt duo casus principa-
3 les. Primus est in pecunia † mutuata ab ipso creditore hipothecã prætendente, & illa non dicitur venire in generali obligatione bonorum.

Secundus casus, est in alia pecu-
4 nia † alterius, quam creditoris, & illa dicitur venire in generali obligatione bonorum, & hi duo casus colliguntur ex contextu in l. tabernã, §. fin. & ibi not. Bal. ff. de pign. vnus, s. in sensu directo, alius in sensu cõtrario, & hunc textum dicit singularem, & valde commendat Roma. singul. 611. Accipio. Neguf. de pig. in 2. memb. 2. part. num. 12. Paris. consi.

consi, 50. num. 24. lib. 1. Strach. de mercatur. tit. de mandat. in fine. Vbi concorditer rationem reddũt,
5 quia si mutuo tibi pecuniam, † verisimiliter hoc facio, vt expendas pro negocijs tuis, & sic volui in obligatione comprehendi, quod secus in pecunia aliena. Ego addo bonum locum Anto. Trigo. singul. 83. quem videas, quia bene, & clare loquitur.

QVÆSTIO V.

SVMMARIVM.

1 *Obligatione generali bonorum non venire bona emphyteotica, & liuellaria: contrarium verius, ex communi, num. 2. siue sint priuati, siue ecclesiæ, num. 3. præsertim si sit ex causa dotis, num. 4. cum ampliatione, nu. 5. sub ampliatione, num. 6.*
7 *Promissio de nõ alienãdo iurata tenet.*
8 *Iuramentum non impedit translationem dominij.*
9 *Promissio de aliquid non faciendo, quando valeat, & non.*
10 *Obligatio bonorum emphyteuticorum, quando valeat, & non.*
11 *Prohibitio hypothecæ, seu obligationis sub pœna, quomodo intelligatur.*
12 *Pactum, quod melioramenta non possint obligari, sub pœna, quo casu non valeat cum ratione, num. 13.*

* SED nunquid appellatione * bo-
1 norum veniat emphyteosis † recepta ita vt obligando generaliter omnia bona sua præsentia, & futura comprehendat bona emphyteotica, vel liuellaria?

Et videbatur, quod non ex l. obligatione generali, & ibi not. ff. de pign. ad idem textus in l. qui peculij, ff. de pecul. in l. 1. C. quæ res pig. oblig. poss.

Et hanc opinionem tenuit Alexand. loquendo tam in bonis liuellarijs, quam emphyteoticis, consil. 41. col. 1. volum. 6. tenuit, & Ange. in Authent. de restitut. & ea quę parit, Ripa. in l. obligatione generali, colum. 9. de pignor.

Contrarium est verius, siue loquamur in obligatione speciali, siue in obligatione generali, semper
2 enim veniunt bona † emphyteutica, glos. in l. fina. in verb. alijs vendere, C. de iur. emphyteot. quæ in
* hoc * communiter approbatur, vt ibi dicit Ias. num. 78. Iul. Clar. loquens in generali obligatione in §. emphyteusis, quæst. 18. Addo bonum textum, & clarum, & ibi not. omnes in l. tutor, § fi. ff. de pig. Bal. in l. lex vectigali, ff. de pign. glo. in cap. potuit, in verb. vendere, de locat. Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua versicu. 122. pulchre Grat. de
* * communi, consil. 54. num. 5. vol. 1. Rip. pariter, de communi in l. filiusfamil. §. diui, num. 90. de legat. 1. Alex. in l. constante, in 3. quæst. tertiæ quæstionis princip. Bart. ff. solut. matrimon. Redoan. de reb. ecclesi. de caducitat. ob rei alienationẽ vers. emphyteuta, num. 31. limit. 3. fol. 510. Anto. Gabr. de reg. iur. conclus. 12. numero 18. vbi pariter de communi.

Ampliatur vt procedat siue sit emphyteusis priuati, siue ecclesiæ,
3 † semper enim venit in generali obligatione bonorum, Ias. in d. l. fi. sub num. 78. vers. dicit tamen Saly
* cetus, Grat. de * communi, cõs. 55. num. 13. vol. 1. Negusa. pariter de communi

communi de pignor. in 2. membr. 2.par.num.28.

Subampliatur hoc esse verum etiam sine consensu domini directi. Eman. ex * communi in suo
* Thessau. recept. sentent. littera E. num.105.Bursat.consi.56.numero
* 11.vol.1. vbi pariter de * communi, & est mera veritas Bald. verba in l. lex vectigali, ff. de pignor. Et
4 † hoc magis verum si generalis hypotheca sit ex causa dotis, Bursa. ex
* * magis * * communi, consil.56.nu. 1.vol.1. Alciat. consilio 343. idem Bursat.consi. 32.num.10.vbi pariter de magis communi.

5 Ampliatur notabiliter † hæc cõclusio, vt etiam si emphyteuta in inuestitura promiserit non obligare, vel hypothecare fundũ emphyteuticum sine domini consensu, etiam cum iuramento, nam contra faciendo non cadit a iure suo, sed solum tenetur ad interesse, & efficitur periurus, Alciat.consi. 258.nu. 3. & 14. dicens de hoc esse casum in l.si creditor, §.fi.ff.de distract.pignor. secundum intellectum Bart. ibi scilicet nullam esse venditionẽ, & sic ille textus procedit etiam in pacto inter dominum, & emphyteutam, & hoc idem sentire videtur Fulgos.consil.213.vbi intelligit illum textum non solum in venditione, sed in quocunque onere, vel hypotheca, seu obligatione.

Subampliatur etiam notabiliter
6 etiam si promissio † facta esset sub pœna priuationis; adhuc enim hypotecando, vel pignorando non cadit a iure suo, nisi deuentum sit ad actum facti, verum per realem traditionem, vel fictum per constitutum. Neguſ. de pignor.in 3.membr. 2.part.num.78.vbi etiam post Bald. ab eo allegatum concludit, quod hypotheca in se est nulla.

Vnde tria in hoc casu resultant, primo, quod hypothecans non cadit a iure suo, secundum, quod tenetur ad interesse, tertium, quod efficitur periurus, capit.sicut ex literis, de sponsal.

Illud autem, quod hipotheca sit nulla, mihi verum non videtur; nã si quis cum iuramento promittat
7 † non alienare, alienatio tenet Inn. in cap. dilecto, col. 2. de iur.iuran. vbi Hostiens. col.4.Io. Andr.col.2. Ancar.col.fi. Imol.col.8. Card.col. 3. Alber. in l.ea lege, C.de condit. ob causs. in Authent. sacramenta puberum, col.4.versi.quid si Canonici, C.si aduers.vendit.Franc.in ca. licet mulieres, col. 2. de iureiurand. lib.6 Fely. in cap. si diligenti, col.penult.de for.competen. Castrens.cõsil.339.col.1.vol. 1. Oldrad.consil. 127.Cassan.consi.55. col.8.& in cõsuetud.Burgun. fol.377. col.2.Ioã. Crot.in l.filiusfamilias, §.diui.col. 31.de leg. 1. pulchre Ferrat.cautel. 48. vbi ex Bald. rationem reddit,
8 quia iuramentum † non impedit translationem dominij, Rot.decis. 103.in antiq.Rui.consi. 207.col.2. in fine, vol. 1. Ant. Gabr.de iur.iurand. conclusion. 1.num.15.Addo Seraphin.de iuramen.priuileg.75. num.18.& Guid. pap quæst. 569. num. 4.qui a nemine allegatur Gomes. de act. in princip. Alphan. reportat.611.

9 Vnde aut in casu, † quo quis promittit aliquid non facere, aut cum prohibitione hominis concurrit prohibitio legis, & tunc actus est nullus, & non tenet, puta emphy-

teuta non potest etiam de iure alienare, l. fin. C. de iur. emphyteut. si promittat non alienare concurrit duplex vinculum, merito erit nulla, sed si non concurrit nisi vnũ vinculum puta hominis, sed lex permittit, puta emphyteuta de iure non prohibetur obligare, vel hipotecare, prout superius vidimus, si promittat etiam cum iuramento non obligare, vel hypotecare, obligando, vel hypotecando erit periurus, sed hypoteca valebit.

Considerandum tamen est, quod
10 si emphyteuta † prohibitus, est hypotecare, vel obligare non simpliciter, sed in aliquem euentum tantũ, tunc in tali casu hypoteca, vel obligatio non valebit, sed eo excepto in alijs sic Grat. consi. 54. num. 8. & consi. 55. num. 16. lib. 1.

Et domini de Rota coram Domino Cantauio die 21. Februarij 1575. tenuerunt, quod prohibitio
11 † hypotecæ, vel obligationis sub pœna intelligatur in ijs casibus, in quibus, quis cõstituit hypotecam, & quacunque causa, s. obligatoria, ex qua esset debitor, etiam si esset fauorabilis dotis, non autem intelligatur prohibita hypoteca, quãdo quis rem non ex causa obligatoria, sed vt adimpleantur promissa in contractu conductionis hypotecaret, & ideo voluerunt vt pa-
12 ctum † quod melioramenta non possint hypotecari sub pœna deuolutionis non habeat locum in hypoteca melioramentorum facta ad finem, vt melioramẽta fieri possint, q̃ faciẽda cõductor se obligauerat.

Et facilius bona emphyteutica veniunt in generali obligatione, quando simul junguntur generalis, & specialis hypoteca. Gozad. consi. 20. prope finem.

Si tamẽ hypoteca, vel obligatio esset pro tanta quantitate, vt non esset spes luitionis, tunc non esset
13 licita obligatio, quia † hoc casu saperet alienationem, quæ prohibita est. Alciat. consil. 258. num. 1. Redoan. de rebus ecclesi. titu. de caducitat. ob rei alienat. versi. emphyteuta, nume. 31. Negusa. de pign. in 1. membr. 3. part. num. 27. vbi clare ostendit hanc esse alienationem.

QVÆSTIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Bona feudalia, vel emphyteutica an veniant in renunciatione facta a filia bonis paternis, vel maternis, vbi distinguntur duo casus, negatiuam in paternis, etiam si sit iurata, habes, num. 2.*

3 *Cautela, qua filius potest renunciare hæreditati patris in preiudicium creditorum, & habere bona feudalia, & emphyteotica cum declaratione, num. 4.*

5 *Renunciatio filij bonis paternis comprehendit bona feudalia, & emphyteutica, quod seruari in Regno Frãciæ dixit ex Rebuffo. nu. 6.*

7 *Bona emphyteutica quo casu veniãt ĩ excussione faciẽda ĩ bonis alicuius.*

8 *Bona emphyteutica, & feudalia veniunt in iudicium familiæ ercißcundæ cum distinctione, num. 9.*

* QVÆRO de vtili, & * notabili quæstione, filia renunciauit bonis maternis, vel paternis, an in tali renunciatio-
1 ne veniant † bona feudalia, vel emphyteutica?

In

In qua considerandi sunt duo casus principales, primus est quando renunciat hæreditati paternæ, & tunc in tali renunciatione non veniunt bona feudalia, vel emphyteutica. Bart. post Din. l. item videndũ. §. fi. ff. de petit. hæred. & ibi commẽdat Angel. in Authent. si quas ruinas, C. de sacros. eccles. Bald. in l. 1. q. 2. ff. de rerum diuis. consi. 337. colum. fi. late Alber. post Din. ab eo allegatum in l. tres fratres, ff. de pact. Gozadin. consi. 9. post num. 53. Aluarot. in c. 1. de eo qui fec. fie. Agna. * * & hæc est magis * * communis opinio Ias. in l. si nõ sortem. §. libertus, num. 34. ff. de condit. indeb. Alexã. consi. 110. col. fin. vol. 1. Roland. de lucr. dot. q. 54. num. 9. Alciat. regul. 3. præsump. 31. Dec. consi. 319. cõsil. 411. num. 7. Corn. consi. 13. lib. 3. Ias. in l. quod dicitur, num. 29 ff. de verb. obligat. post Bart. in l. si tibi, §. sic pactus, num. 9. ff. de pact. Menoc. lib. 3. præsump. 48. nu. 12.

Quæ conclusio vero est etiamsi
2 renunciatio † sit iurata Bald. in c. 4. col. 1. an agnat. vel filij Vnde dat ibi
3 Bal. cautelam, † quam dicit ab alijs non cogitatam, quod filius renunciet hæreditati paternę ad tollendũ molestias creditorum, & postea acceptet bona emphyteutica, & feudalia. Quæ cautela de facili colligitur stãte firma conclusione pdicta.

Declaratur tamen vt procedat, quando simpliciter concepta sit stipulatio emphyteusis pro se, & filijs secus si esset etiam additum, pro se, filijs, & hæredibus, quia hoc casu
4 † renũciando hæreditati paternę cõprehẽdit etiam emphyteusim. Bar. in l. vt iusiurãdi, §. si liberi. ff. de bon. libert. commendat Bal. in l. tale pactum, §. fi. in princ. per illum tex. ff. de pact. Salic. in l. 2. q. 20. C. de iur. emphyteut. Angel. Alex. & alij vbi Ias. nu. 34. in l. Gallus, §. & si parẽti ff. de liber. & posthum. Imol. in l. & facto, ff. de hęred. instit. in c. potuit de locat. latius in l. quod dicitur in 1. col. vbi Alex. num. 14. ff. de verb. oblig. Castren. in l. si mihi, & Titio, ff. eod. in l. cum filiusfamilias, ff. de leg. 1. in l. ex facto, §. fi. ff. ad Trebel. Alex. consil. 44. col. 1. & 122. col. 4. * * vol. 1. & est magis * * communis opinio Ias. in l. si nõ sortem, §. libertus, num. 35. ff. de cond. indebit. sentit Didac. vbi pariter de magis cõmuni varia. resolut. lib. 1. c. 18. sub num. 2. versi. 5. conclusio.

Secundus casus est, quãdo filius renunciauit bonis paternis, & tunc
5 veniunt bona † feudalia, & emphyteutica Ias. dicens hoc singulare, & valde commendans in Authẽ. vnde si parens, num. 8. C. de inoffic. testam. in l. Gallus, §. quidam rectè, num. 43. ff. de liber. & posthum. in prælud. feud. num. 45. Afflict. in c. in generali, num. 27. ff. si de feud. contr. fuer. inter dom. & agnat. Seraf. de iuram. priuil. 31. num. 35.

Vnde Ias. in prælud. feud. in citato loco in practica monet aduocatos, vt bene aduertant in concipiendis verbis renunciationum, sed hęc est cautela deceptiua renunciantis, sed melius erit monere, & instruere renunciantes de significatione verborum & dicere eis, si facis hoc, importat hoc, & colligere eius veram intentionem.

Addo vltra alios, quod hoc dictũ reputat valde singulare, Ias. in cõsi. 207. verba instrumenti col. 4. versi. tertio bene facit, libro 2. Corn. hoc valde

valde commendans in suis memorab. in verb. bonorum appellatione, & in verb. emphyteusis, & vtrobique dicit valde singulare.

Contrarium sentit Ias. in d. §. qui dam rectè, num. 43. versic. sed caue. Afflict. decis. 14. sub nu. 9. per cap. in generali si de feud. controuers. fuer. inter. dom. & agnat. ad idē Roland. de Luc. dot. q. 54. nu. 8.

Prima tamen opinio in materia renunciationis, de qua agitur verior videtur, vt † compræhendat feu
6 dalia, & emphyteutica bona, & ita in Regno Franciæ passim seruari te statur Rebuff. ad l. bonorum col. 4. versi. octauo, ff. de verb. significat. dicens hoc esse magni momenti pro renunciationibus, quas quotidie faciunt puellæ fratribus.

Si igitur, quæratur ad propositū tractatus excussionis, de quo agimus, an in excussione † facienda de
7 bonis alicuius, si habeatur respectus ad vim obligationis conceptæ & tunc veniunt bona emphyteutica, vel liuellaria, seu feudalia ex his, quæ dixi, quæst. 4. aut loquimur habēdo respectum ad vim, & proprietatem verborum, & tunc appellatione bonorum veniunt emphyteutica, liuellaria, & feudalia ex d. cap. in generali si de feud. contro. fuer. int. do. & agnat. & ita considerando materias, de quibus tractatur, cuius naturæ, & qualitatis sint, & quoad vim, & proprietatem verborum cōsiderauit Dec. in l. 1. In prima lectu. num. 9. ff. si cer. pet. Ari. Pinell. de bon. matern. rub. par. 1. num. 21. Et ad prædicta confirmanda facit bonus textus in l. item prædia, ff. fam.
8 erciscund. vbi dicit hæc bona † veni re in iudicium familiæ erciscundæ l. 7. ff. commun. diuidund. vbi & in iudicio communi diuidundo.

Vnde licet iuris interpretes habeant articulum pro admodum intricato, & difficili, & multi relique rint indecisum, crederem tamen de facili decidi posse, aut quod ad verborum proprietatem compræ-
9 hendantur, † aut, ex natura obligationis in se, & tunc idem, quia sunt apta obligari tacitè, & expressè, vt diximus, nec eorum naturæ repugnat, aut loquimur in alijs casibus, & tunc consideranda est natura, cōditio, & qualitas ipsius, aut respicit odium, vel pœnam, & non venit Crauet. consi. 26. Vrsill. ad Affl. decis. 14. nume. 18. vbi de communi, aut est stricti iuris, vt renunciatio, & pariter idem dicēdum est ex prædictis, & sic discurrendo materias.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum appellatione an veniat spes de hæreditate viuentis.*

2 *Obligatio de hæreditate viuentis non tenet in speciali hypoteca; cum declaratione, vt ibi.*

3 *Socij communicantes inter se, si qua iusta hæreditas alterutri obuenerit, intelliguntur de hæreditate ab intestato, non ex testamento, & assignatur ratio.*

4 *Spes in successione viuentis includitur generali obligatione bonorū præsentium, & futurorum.*

5 *Dispositio l. fin. C. de pact. an habeat locum in pacto vicissitudinario inter duos, quod vnus succedat alteri, in quo distinguntur duo casus, nu. 6.*

7 *Pactum futuræ successionis an veniat*

niat obligatione omnium bonorum præsentium, & futurorum.

QVÆRO, an appellatione
1 bonorum veniat spes † in hæreditate viuentis? est materia, l. fin. versicu. neque hypothecas. C. de pact.

Quare vltra alios in proposito considerandi sunt aliqui casus principales. Primus est in speciali hypotheca de hæreditate viuentis, & ta-
2 lis obligatio † non tenet, & ita loquitur textus in d. l. fi. in versi. hypothecas. Declara hoc verum in hæreditate hominis certi, secus in hæreditate hominis incerti ex l. 3. §. de illo, ff. pro soc. vnde in actu practico notabilis est ille textus nedum in obligatione, sed in societate, puta si
3 dicatur, communicant † ad inuicē, & inter se, si qua iusta hæreditas ad alterum obuenerit; nam intelligitur de hæreditate ab intestato, non ex testamento, & ratio est, quia hæreditas testamentaria defertur immediatè ex testamento, sed hæreditas ab intestato proprie defertur à lege: vnde verba contrahentiū proprie intelligi debent; & hoc verum siue dicamus de iusta hæreditate, siue de legitima: semper enim intelligitur ab intestato. Rebuff. ad l. lege. ff. de verb. signific. quicquid ibi aliter senserit Alciat. ex lib. 4. paro. cap. 7.

Secundus casus est in generali obligatione bonorum præsentium, & futurorum, & tunc includitur
4 † spes in successione viuētis. ita ibi colligit Dec. in octauo notabili, nu. 9. Trigo. singul. 83. num. 5. vbi hoc commendat pro valde singulari.

Ex quo discursu colligo vnum, quod si quis obligauerit omnia bona sua præsentia, & futura, venit ius in hæreditate viuentis, quod ab intestato deferatur, non quod ex testamento. Quod si fiat pactum vicissitudinarium inter duos, quod in præ-
5 moriendo vnus succedat alteri, † an sit locus dispositioni, l. fi. C. de pact. & multi tenuerunt, quod sic, vt Decius consil. 300. col. penul. Purpur. in l. fin. nu. 218. C. de pact. Buttigell. in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 9. Curt. iun. in l. pactum, quod dotali. C. de pact. Purpur. in l. licet, num. 43. C. de pact. Paris. consil. 24. num. 55. volum. 2. Ias. in l. licet, col. fin. C. de pact. Tiraquel. de iur. primog. q. 6. num. 5.

6 Quare considerandi sunt duo casus † principales, primus est, quando pactum istud vicissitudinarium est super omnibus bonis, & tunc non valet, & est locus dispositioni, l. fin. C. de pact. Secundus casus est, quando conuentio est de aliquibus bonis, & non de omnibus, ita vt nō tollatur libertas testandi, & isto casu valet, nec est locus dispositioni, l. fin. C. de pact. Oldrad. auctor huius opinionis, consilio 139. in 1. dub. &
* hæc est communis * opinio. Curt. iun. consil. 1. numero 16. Viui. lib. 1. opin. 233. in fine. Addo, Curt. iu. consil. 81. num. 4. Bello. consi. 60. n. 2. Eman. in suo thesaur. recept. sent. litera P, sub num. 7. de magis communi. Anton. Gabr. de pact. conclu. 1. sub num. 8. latissimè Osasch. dec. Pedem. 100. & in camera Imperiali obseruatum, & Germanica consuetudine latius receptum Misinger. relatus per Rouescal. ad Alexan. cōsil. 28. versic. consuluit, vol. 3. Andr.

Si igitur obligo omnia bona mea

Si igitur obligo omnia bona mea præsentia,& futura,veniat pa-
7 ctum † futuræ successionis,quando non est super omnibus bonis, & sic in casu de iure valido, & de hoc habenda erit ratio in excussione facienda vti sit comprehensum in bonis.

QVAESTIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Res alienata à debitore de consensu creditoris cui eius omnia bona præsentia, & futura erant obligata, si ad ipsum debitorem reuertatur, an reincidat in priorem obligationem, vbi quod sic contra, quod non nu.* 2.

3 *Dispositio,l.fin.C.de remis.pign.declaratur.*

4 *Res pignorata,& post alienata,si reuertatur ad priorem dominum, an & quo casu priori pignori subiaceat, & non.*

5 *Res obligata,alienata, si ad obligantem reuertatur,non ex prima,sed ex noua causa,& nouo titulo, non reincidit in priorem obligationem.*

QVAERO est côcepta obligatio omnium bonorum cũ clausula præsentium, & futurorum,postea de consensu cre-
1 ditoris alienatur per debitorem,† si redeat ad manus debitoris,& ĩ eius dominium reuertatur, an reincidat in priorem obligationẽ, prout erat ante alienationem?

Et videbatur, quod sic l.voluntate,ff.quib.mod.pig. vel hypothe. sol.l.sicut.§.superuacuum,ff.eod.

Contrarium,est verius l.final. C. de remiss.pign. vbi est textus adeo
2 singularis, † & notabilis secundũ, Bart. ibi vt quilibet prima facie cõtrarium diceret, & singularẽ dicit Anto.Tiigo.singula.83. in fine vbi valde celebrat,& commendat.Cur. iun.in l.fi.in vlt.notabili,C.de pact.

Et procedit, omissis multis, di-
3 spositio † d.l.fi. celebris,& singularis primo,quod creditor cõsentiat, non simpliciter sit præsens, & taceat,secundo, quod reincidat in dominium creditoris ex alia causa,nõ ex eadem,quia reincideret, & ita procedat textus in l. voluntate in contrarium allegatus, &c.

Vnde ad practicam reducendo, si de consensu creditoris vẽdo rem,
4 † ei pignoratam, si venditio ex aliqua causa resoluitur reincidit in obligationem res ipsa,sicut enim cõsulitur debitori, pariter,& creditori consulendum est; dedit enim licẽtiam creditor debitori,vt vendat,vẽditione resoluta, cur non erit resoluta licentia hac de causa data? Pariter si fuit absolutus venditor a traditione rei venditæ, & insuper in interesse condemnatus adhuc remanet firmum ius pignoris creditori, hæc enim accidere potuissent etiã si sine creditoris consensu venditio facta fuisset. Et hæc est non noua, sed eadem causa, de qua in l.voluntate,ff.quib.mod.pig. vel hypothe.
5 sol. Si vero eadem † res fuerit donata,vel legata debitori, tunc non reincidit in obligationem, quia est noua causa ex nouo titulo,& causa, & ita colligitur ex Bart.in d.l.fi. in eius distinctione.Dec. in l.creditor,ff.de reg.iur.Duen. regul.170. melius explicat Neguf. de pignor. in 3.membr.6.par.numero 21.ampliat.nona,

Bonum

Bonum igitur erit facere interrogatoria, si creditor consensit, an fuerit præsens tantum. Item si rediJt ad manus debitoris, & qua causa, & titulo.

QVÆSTIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum appellatione an in donatione veniant iura, & actiones, in quo distinguuntur quatuor casus principales.*

2 *Donatio omnium bonorũ an & quando valeat, & non in præiudicium facultatis testandi.*

NVNQVID in donatione * bonorum † appellatione ve
1 niant nomina debitorum, iura, & actiones? Considerandi sunt quatuor casus principales. Primus est in donatione omnium bonorum. Secundus casus est cum adiuncto præsentium; & futurorum. Tertius est cum alio adiuncto mobilium, & immobilium. Vltimus casus est cum vlteriori additamento vbique existẽtium. Primis duobus casibus veniunt iura, & actiones, & nomina debitorum. Vltimis duobus casibus nec iura, nec credita, nec actiones comprehenduntur. Bal. consi. 332. in 2. dub. lib. 2. quod se alibi non legisse dicit Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta, nu. 21. ff. de verb. oblig. & consuluisse in casu satis arduo, commendat pro singulari Cott. in memorab. in verb. bona, & in verb. nomina. latè Tiraquell. de retract. lignaier. §. 1. glo. 7. nu. 9. ex magis * communi Eman. in suo Thes. recept. sent. litera A. num. 61. & litera D. num. 178. cum sequ. Crauett. consi. 213. Bero. in c. nulli, num. 73. de reb. Eccles. Iulius Clar. in § donatio, q. 19. vers. pariter. Seraf. de iuram. priuileg. 107. Rimin. de donat. in prin. num. 70. Anto. Gabr. de verb. sign. conclu. 7.

Et considerando istos quatuor casus patebit resolutio an valeat do
2 natio † omnium bonorum in præiudicium facultatis testãdi, de quo Doctores admodũ dubitãt, sed iuxta istos casus facilis patebit decisio.

DE EXCVSSIONE in causis criminalibus, & earum confiscatione.

QVÆSTIO I. Q. X. principalis.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus venit in confiscatione bonorum, contra ex magis communi, num. 2. Distinguitur, nu. 3.*

4 *Confiscatio, quæ fit per iudicem ecclesiasticum includit ius patronatus, secus si fiat per iudicem laicum.*

5 *Iuris patronatus cognitio ad quem spectet.*

6 *Ius patronatus an transferatur in alium sine licentia Episcopi.*

7 *Ius exorbitans extendi non debet.*

8 *Confiscatio fieri debet per iudicem qui cognouit de causa.*

CONFISCANTVR bona delinquentis, * excussio faciẽda est, quæ bona comprehendantur in tali confiscatione? & subalternatim procedam per quæstiones subalternas.

Quæro igitur hic an iuspatronatus

1 tus † veniat in confiscatione bonorum? Et gloss. 1. in cano. filijs. 16. q. 7. tenuit, quod sic, quia transit cũ vniuersitate, vt latè dixi in repetition. cap. cum quid, parte 1. amplia. 2. cui addo Dec. bene loquentem in cap. quanto, num. 6. de iudic. Con-
2 traria † opinio videtur magis communis, vt non veniat in generali cõfiscatione bonorum, de qua testatur Gig. de crim. læsæ maiestat. q 4. num. 3. & magis piam canonicam, & magis communem dicit Viui. opin. 72. parte 2. Distingui solet a
3 multis, aut † tale iuspatronatus est transitorium adheredes extraneos, & tunc venit in confiscatione bonorum, quia fiscus est loco hæredis, gloss. in l. non intelligitur, §. cũ ex causa in verb. pertinet de iure fisci, & est communis * opinio. Crauetta, consi. 165. nu. 7. & ita distinguit Paul. de Cittadin. de iure patronat. par. 9. q. 23. num. 57. tacito authore Iul. Clar. in §. fi. q. 78. versic. quæro modo.

Ego autem puto distinguendos esse duos casus principales, primus
4 est quando confiscatio † fit per iudicium ecclesiasticum, alter casus est quando cõfiscatio fit per iudicium seculare, circa primum non habet difficultatem, quod veniat iuspatronatus ecclesiæ, circa secundum credo de iure verius non venire, & hanc opinionem tenuit gloss. reputata nobilis, & ab omnibus commẽdata in clemen. pastoralis, §. rursus in verbo subiectę de re iudicat. quã ibi Bonifac. num. 20. admodum laudat, & commendat Dec. in l. venia, sub nu. 2. C. de in ius vocand. Bald. in l. 1. num. 4. C. de bon. libert. Oldrad. consi. 17.

Et pro hac opinione primo loco mihi facere videtur, quia iuspatro-
5 natus † est quid spirituale, vt in c. quanto, de iudic. vbi Dec. num. 21. in vltimo notab. dicit, ex hoc, quod cognitio causæ iurispatronatus spectet ad iudicem ecclesiasticum etiã si incidenter occurrat.

Secundo mihi videtur hæc opinio confirmanda, quia certi modi sunt a iure introducti, ex quibus ius
6 patronatus † transfertur in alium sine licentia Episcopi, vt in c. 1. de iur. patron. libro 6. sed iste modus confiscationis non enumeratur, meritò, &c.

Tertiò, quia videtur ius exor-
7 bitans, † quod transferatur in aliũ ius spirituale sine licentia Episcopi, meritò extendi non debet regula, quæ a iure, lib. 6. Imol. verò in l. insulam, ff solu. matrim. dat temperamentum, & vult satisfacere vbique fisco, scilicet, quod applicetur fisco ecclesiastico, & hanc opinionem reputat veriorem.

Sed mihi videtur dura extensio, & violenta; postquam enim venit
8 casus, quod causa † spectabat ad iudicem laicum, cur ista bona sors in aliquo prodesse non debet, sed violentare extensiones, vt fiat applicatio illi fisco, qui non laborauit, nec causam cognouit?

QVÆSTIO II.
X. Q. principalis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis ecclesiastica non venit in confiscatione bonorum ex communi sententia etiam in crimine læsæ maiestatis, num. 2. sed reuertitur*

tur ad dominum, etiam filijs exiſtẽtibus, num. 3.

4 *Emphyteuta ex delicto ſuo præiudicat filijs ex duplici capite.*

5 *Filius habens patrem & filios, an ex delicto ſuo præiudicet filijs.*

6 *Diſpoſitio, l. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt. declaratur, quibus caſibus locum habeat. Et vt ei locus ſit, quid veniat probandum, num. 7. Quid de facto & conſuetudine, nu. 8. & quod illius pœnæ de conſuetudine non ſeruentur, num. 9. Nam ipſa lex continet odium irrationabile, num. 10.*

11 *Emphyteuſis recepta pro ſe, filijs, & nepotibus, ex delicto patris non trãſit in fiſcum, ſed remanet filijs, ſeu in inueſtitura comprehenſis.*

12 *Peculium profectitium donatum cũ ampla libertate filio à patre, non venit in confiſcatione bonorum ex delicto ipſius filii.*

13 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe, hæredibus, & quibus dederit, venit in confiſcatione bonorum, & tranſit in fiſcum, & aſſignatur ratio, cum declaratione, num. 14.*

15 *Bona emphyteutica veniunt in confiſcatione bonorum, vbi diſpoſitio loquitur in rem, ſecus ſi in perſonam.*

* QVÆRO ſecundo * an emphyteuſis eccleſiaſtica veniat in confiſcatione

1 † bonorum? Et vtique non, arguẽdo ab extraneo hærede ad fiſcum negatiue Specul. in titul. de locato, §. nunc aliqua verſ. 113. Bart. in l. vt iuſiurandi, §. ſi liberti, ff. de oper. liber. in l. ſi tibi, §. ſi pactus, ff. de pact. in l. Gallus, §. quidam recte, ff. de liber. & poſthum. in l. quod dicitur, ff. de verb. obli. Bal. in l. 2. C. de ſuis, & legiti. in l. aſſiduis, C. qui potior. in l. vſufructu, ff. ſolu. matrimon. referens, Bar. ita conſuluiſſe. Imol. in l. ex facto, la grande, ff. ad Trebellia. & hanc dicit magis communem * *opinionem Boe. deciſ. 268. nu. 7. ſubdens de conſuetudine Franciæ contrarium ſeruari, & eſſe potius abuſum, quam conſuetudinem. Iul. Clar. in §. emphyteuſis, q. 29. vbi appellat hanc opinionem magis æquam, & Eccleſię fauorabilem.

Addo bene in materia loquẽtes, & de communi pariter atteſtantes Addẽt. ad Alex. in l. etiam litera A. ff. ſolu. matrimo. Alex. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, num. 34. ff. de damn. infect. Iaſ. in l. 1. num. 72. C. de impuber. & alijs ſubſtitu. in præ lud. feud. num. 46. Ange. Aret. in §. ſed quia, il ſecondo, ff. ad Trebell. Rui. conſi. 68. col. 6. num. 10. lib. 5. Bero. conſ. 114. col. 11. num. 54. lib. 1. Gugliel. de Benedict. in c. Raynutius in verb. vxorem, nu. 240. Crauet. conſ. 128. col. 3. num. 6. Boſſ. in titu. Natt. conſi. 528. Quinctilian. Mandoſ. in addit. ad repertorium inquiſitorum hæreticæ prauitatis in verb. confiſcatio ſub litera K. Alciat. conſi. 522. num. 6. Roland. cõſ. 29. vol. 3. Ruin. conſi. 23. num. 34. vol. 5. de magis communi. Soc. cõſi. 121. num. 18. vol. 4. Dec. conſ. 442. col. penul. in prin. Roland. conſ. 96. num. 9. vol. 1. Port. conſi. 48. nu. 16. & 17. conſi. 49. num. 5. Menoch. de recupe. poſſeſſ. remed. 9. num. 82. Borgni. de vſufruct. mulier. num. * * 237. Burſat. pariter de magis * * communi conſi. 122. num. 3. vol. 1. Eman. in ſuo Theſſau. litera E, nu. 74. Corbol. de iure emphyteot. cõſ. 7. numero 61. vbi magis ęquam, & magis

* * magis * * communem appellat Menoch.de recup. possess.remed.9.numero 82.

2 Ampliatur hæc conclusio † etiã in crimine læsę maiestatis, Gemin. in cap. fœlicis,in vltimo notab. de pœnis,lib.6.Oldrad.consi.17.Rui. consi.117.num.5 & 145.nu.9.149. sub num.12.vers.non obstat vol.1. * & hæc est * cõmunis opinio. Gig. de crimi.læs.maiestat.in rub.quęst. 5.num.1.Viui. opi.71.in fine part. 2.vbi de communi. Vnde ad domi-

3 num † reuertitur, non autem transit in fiscum, vt supra citati Doctores attestantur. Quod dictum ampliatur etiam existentibus filijs, & nepotibus, vnde si emphyteusis recepta sit pro se filijs,& nepotibus,si emphyteuta committat crimen læsæ maiestatis ,emphyteusis perditur,non transit in fiscum,& reuertitur ad ecclesiam,& dominum directum:ita tradit Rui.consi. 117.nu. 5.149.num.12.ver.non obstat etiã quod bona,vol.1.& 155.num.9.eo. vol latè Bero.consil. 114.num. 38. vers.venio ad vltimum,vol.1.ea potissimum ratione, quia in crimine læsæ maiestatis delictum patris,nocet filijs.l.quisquis,C.ad l.iul.maiest.

Sed considerandum est, quod ex

4 duplici capite emphyteota † præiudicat filijs propter delictum suum, primo si emphyteota veniat directe cõtra cõtractum emphyteosis, puta alienãdo irrequisito domino, vel cessando per biennium , isto casu emphyteosis expirat, resoluitur, & nullatenus ad filios transit,sed reuertitur ad ecclesiam,& dominum directum, alio modo si filij non veniant,vt filij, sed vt hæredes patris, & sic quid paternum non ab extra, & aliunde quæsitum, iuxta l.3. vbi textus notabilis, & magistralis, & ibi sentit Bart.ff.de interdic.& relegat. pulchre idem Bart. consi.117. Oduuius de Corneto col. 2. Si igitur confiscantur bona patris rei criminis læsæ maiestatis , non sumus in primo capite,quia non contrauenitur directè, & immediatè contra ctui emphyteotico , nec erimus in secundo capite si filij veniant, vt filij,nõ vt hæredes. vnde cautela multorũ est,vt filij renuncient paternæ hęreditati, vt dixi superius, quæst. 4.Bald.autem in l emancipatum,§. fi.ff.de senat. dabat aliam distinctionem,aut

5 † filius est mortuus viuente auo;aut post mortem ipsius. primo casu stante auo non præiudicat nepoti: secundo casu sic,ea ratione, quia viuente auo nõ est radicatum ius in filio delinquente : vnde non potest priuari eo,quod adhuc non habet,& sic non nocebit nepoti,secus quando delinquat mortuo iam auo , quia inuenitur ius radicatum in filio delinquente . Quæ mihi facit aliquantulum dubitationis , cũ nepos non habeat, vt radicatum in persona patris: imò,vt in persona propria ob stipulationem in inuestitura factam; pręterea dictũ Bald. procedere posset si nepos veniret, vt hæres, secus si vt filius.

Præterea ad intellectum, l.quisquis, C. ad l.Iul. maiest. dicitur,qđ

6 † eius pœna, & dispositio procedit, si quis committat contra Principem, & sanè supremum, vel Rempublicam iure suo viuentem, nec recognoscentem superiorem, aliàs non est locus dispositioni, l. quisquis,& l.fi.ff.ad l.iul. maiest.glo.in §.publicorum in verbo publica.in-

stit.

ſtit.de public.iudic.gloſ.in §.per cõtrariũ in verb. poſt mortem,inſtit. de hæred. qualit. & different. vnde ſi committeretur contra Rempublicam Florẽtinorum,non eſſet locus diſpoſitioni,l. quiſquis.Angel. in l.1.col.1.verſi.in gloſ. ibi ex duobus caſibus.C.ne ex delict.defunct. ſequitur Vero.conſi.17.colum.4.in fine. Dec. loquens in Duce Mediolani, qui ab Imperatore maieſtatẽ habet,conſil.410.num 27. Vnde in
7 practica † non ſufficit probari,vt ſit locus diſpoſitioni, l. quiſquis, niſi probetur, quod Princeps contra quem ſit ſupremus,vel Reſpublica ſuperiorem non recognoſcat. Ang. conſi.223 col.1. vbi dicit ſibi videri impoſſibile, vt damnetur memoria hominis, & alia fiant, de quibus in l.quiſquis, niſi in certis caſibus, niſi quando machinatio facta eſt cõtra ſupremum Principem, vel Rẽpublicam, Auguſt.ad Angel.in tractа.malefic. in verb. qui iudex, nu. 46. Ægid. Boſſ.de crim.læſæ maieſta.num. 57. dicens, quod inſipide loquuntur aliter tenentes, & quod errant toto, vt aiunt,cœlo. Foller. in pract.verſ.item quod crimen læſæ maieſta.nu.92. Capy.deciſ.130. num.19.Crauett. conſilio 224.nu. 6.pulchre Ruin. conſilio 3. col. 6. in princip. volum. 5. vbi diſcurrit ſuper conſilio Dec. ſuperius allega
* * to, & hæc eſt magis communis * * opinio. Alciat. reſponſ. 467. col.2. verſi. ſecundo reſpondetur. Rolan. conſilio 1.numero 21.volumine 3.
8 De facto autem, † & de conſuetudine in Italia ſeruatur contrarium, vt atteſtatur Veron.conſi. . . .num. 19.volum.1. & poſt eum Iul.Clar. in §.læſæ maieſtatis.Forſter.de ſucceſſ.ab inteſt.lib. 2. titu.rub.quib. caſ. liber. parent. ſucceſſ. pellunt. caſ.2.Mich. Craſſ. in §. ſucceſſio.q. 5.in fine. Addo Cum. qui melius loquitur in Bononia, & terris eccleſiæ Caſtrenſ.in l. 3. num. 6. in fine, C.de epiſcop.audient. Viu.opinio. 71. parte 2.dicens, quod ita totus mundus obſeruat, licet non ita clarè declaret circa inferiores a ſupremo Principe, Gig. de crimine læſæ maieſt.rub.de pœn.lib.2.queſtio. 1. numero primo.

Illud non omittam, quod pœnæ
9 † l.quiſquis.hodie de conſuetudine non ſeruantur, vt dicit Soc. conſilio 275.colum. 2.verſic.confirmatur,volum.2.quem refert,& ſequitur Tib.Decian tract.crimin.in tit. de crim.læſæ maieſtat,cap.41.num. 48.in fine.

Et dixit Budæ. in annotat. ad legem ſecũdam, ff.ad l. Iul maieſt.qđ diſpoſitio l. quiſquis eſt hodie correcta per l.ſancimus,C. de pœnis,licet diſplicеat Duaren. anniuerſar. diſput. lib.2.cap.24.

Et negari non poteſt quin conti
10 neat, † l. quiſquis.odium irrationabile, vnde filius non portabit iniquitatem patris. Cano. Iudæi. 1.q. 4. Ideo dixit Bald. quem ibi ſequitur Saly.rub.C.res inter alios acta, quod cõſtitutiones,in quibus vnus pro alio punitur, ſunt contra ius naturale, & diuinum,idem Bald. in l.dotis,C.de iure dot.dixit, quod ſtatutum, quod filijs pro parentibus pœna imponitur,eſt durum, & valde rigoroſum. Vnde concludunt omnes pœnam, l.quiſquis eſſe reſtringendam, neque extendendam, nec de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum, & maxime

ximè in præiudicium filiorum, vt dicit Iul.Clar. in § læsæ maiestatis, versic.hæ autem pœnæ, &c.

Quare ad propositam conclusio
11 nem redeundo si emphyteusis † recepta sit pro se, filijs, & nepotibus ex commisso crimine læsæ maiestatis per patrem, emphyteusis transibit, & remanebit in filijs, quia non habent vti bona paterna, sed mediãte stipulatione vti filij, & sic vti quodammodo bona propria, & hęc mihi videtur etiam æquior opinio.

Ampliatur, secundo loco principaliter etiam si emphyteosis stipulatio concepta sit cum clausula prægnanti, vt primus receptor possit ad eius libitum, & voluntatem alienare emphyteosim tam inter viuos quam in vltima voluntate in præiudicium aliorum compræhensorum, & successiuè vnus ex comprænsis in præiudicium alterius, prout practicatur in statu Vrbini; adhuc enim ex delicto patris non confiscabitur, sed transibit in comprehensos in inuestitura ea ratione, quia sub potestate alienandi non venit ea, quę resultat ex delicto Bal.in cap.feudum, si de feud.cõtr. fuer.inter.dom. & agnat.late Tiraquell.de leg.connub.in fine glos. 5.num.158.

Imò notabiliter dixit Alexand. in l.si finita, §.si de vectigalibus colum.23. de dam. infect.loquens in
12 peculio profectitio, † quod etiam si pater dedisset liberam licentiam nedum donandi, sed dissipandi, adhuc non dicitur confiscatum, vbi dixit notandum, vti elegans dictum, commendat pro notabili Diaz. in pract.canonic. cap.124.col.9.circa medium fol.233.

Declara nisi emphyteusis stipu-
13 latio † sit aliter concepta, puta pro se, hęredibus suis, & quibus dederit, tunc veniet in confiscatione bonorum ex Soc.consi. 266.Dec.consil.171.nume.2.Curt.iun.consil.4. nu.3.& consi.131.nu.2.ratio est in promptu, quia cum sit effecta hæreditaria per stipulationem, meritò transit in fiscum.

Subdeclara ex mente Dec. in citato consi. vt sit hoc verum, quan-
14 do clausula, † quibus dederit ponatur absolutè, secus si vel ante, vel post ponantur, aliqua verba limitãtia; tunc enim restringitur, & reducitur ad terminos iuris communis, vt subtiliter considerat Dec. in dicto consilio colum.2. Vnde ponderanda sunt diligenter verba inuestituræ, & post dictam clausulam, nec statim prorumpere dicendo adest clausula, & quibus dederit, & sequi vestigia Dec. qui omni conatu nititur saluare bona emphyteotica in familia.

Et in hac materia, an bona em-
15 phyteotica † veniant in confiscatione bonorum etiam in crimine læsæ maiestatis, dicit vnum verbũ Dec.consi.605.num.11.aut dispositio loquitur in rem, aut in personã: primo casu compręhendit, secundo casu non: valde commendat Boss.de crim.lęs.maiestat.nu.142.& est vtilis in feudo, & in qualibet simili materia.

QVÆSTIO III.
X.Q. principalis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum non venit in confiscatione bonorum ex communi.*

Feudum,

2 *Feudum, & emphyteusis ijsdem rationibus procedunt.*
3 *Feudũ, quo casu ob delictum vasalli reuertatur ad dominum, et quo non.*
4 *Pater quo casu in feudo præiudicet filijs, & quo non.*
5 *Delictum quale esse debeat, vt vasallus feudum amittat.*

QVID in feudo? an veniat* in confiscatione bonorum vti
1 que non. † Bart. in l. si finita, §. si de vectigalibus, num. 3. ff. de dam. infect. vbi Roma. dicit hãc esse communem * opinionem August. ad Angel. in tracta. malefic. in verb. præsente Caio, post num. 40. Alex. in d. §. si de vectigalibus, num. 30. Iacob. in inuestitura in verbo dictaque vassalli, il primo, num. 61. Ruin. consil. 23. nu. 32. libro quinto, Cur. iun. consil. 4. nu. 20. Rube. consil. 134. numero 3. Iul. Clar. in §. feudum, quæst. 84. Addo vltra eũ bene in materia loquentes, & de cõmuni pariter attestantes Roland. consi. 28. num. 10. colum. 3. Plot. cõsil. crim. 130. num. 66. & 73. tom. 1. Arno. Ferro. consuetud. Burdegalens. tit. de feud. §. 10. versi. hæc faciũt, de magis ** communi. Dion. Pontan. consuetud. Blesens. articul. 20. vers. memini. Foller. in constitu. Regn. de episco. & cleric. cap. 5. nu. 6. & plene plura capita distinguendo Thom. de Mari. in tract. feud. titul. 7. num. 5. cum sequen. late Bursatt. consi. 122. num. 3. vol. 1. Borg. de vsufruct. num. 137. vbi de magis ** communi Eman. Soarez. litera C. num. 67. Bonacoss. litera F. in verbo feudum.

Et omnes supra citati videri possunt, qui alleganturan materia em-
2 phyteotica, † quia in feudo accommodãtur declarationes, quę in emphyteosi dictæ sunt, & Doctores promiscue loquuntur, vnde an isto casu cõfiscationis transeat in filios, vel redeat ad dominum directum distingue, & declara, prout dictum est superius in materia emphyteotica. Dat Iul. Clar. in citato loco in materia feudi suam distinctionem, quam videre potes; dat suam, Tho. de Marin. in citato iam loco.

Illud receptissimum est in feu-
3 dum † in se ex delicto admisso aut contra dominum, tunc ad eum deuoluitur, indistincte siue sit antiquum, siue nouum. si culpa est commissa contra alios, aut feudũ est antiquum, tunc ad agnatos si nouum ad dominum, si delinquẽs filios nõ habeat, & sumus in casu, vbi bona veniant confiscanda; alias simplex exilium, vel quid simile non sufficit, Hieron. Gabr. cons. 171. nu. 40. vltra Bursat. Iul. Clar. & alios plene profitentes Capra regu. 77. nu. 35.

Alio etiam modo materia distingui solet circa præiudicium filiorũ
4 † aut pater deliquit circa contractum ipsum, aut ab extra: primo casu filijs præiudicat in feudo, emphyteosi, & omnibus similibus, secundo casu non Ias. in l. 2. num. 191. C. de iur. emphyt. Curt. de feud. part. 5. numero 13.

Tertio vltra alios, si pater deliquit auo viuente non preiudicat. Galiaul. in reper. l. Gallus, §. & quid si tantum, nu. 6. de liber. & posthu. Duen. regula 346. per discursum. Hinc sunt plures defensæ contra fiscum.

5 Prima, quod delictum, † non est capitale: secunda, quod delictum

est commissum auo viuente. Tertia, quod non est commissum contra contractum. Quarta, quod feudum est antiquum. Quinta, quod adsunt filij, & concepta stipulatio pro se, & filijs, &c.

QVAESTIO IIII. X. Q. principalis.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum publicatione filij non veniunt bona aduentitia in præiudicium vsusfructus paterni.*

2 *Publicatione dotis vxoris ex suo delicto, non venit lucrum dotis debitum marito ex pacto, vel statuto. declaratur num. 5.*

3 *Bona alienari prohibita, quo casu veniant in publicatione bonorum ex delicto, & quo non.*

4 *Bonis filij, vel vxoris, ex delicto confiscatis, qualiter succurratur patri, vel marito.*

6 *Bonis mariti confiscatis, potest vxor propria authoritate occupare ipsa bona pro dote sua, cũ declaratione, vt ibi.*

7 *Confiscatio bonorum non præiudicat iuri tertij.*

8 *Peculium aduentitiũ filij non venit in publicatione bonorum in præiudicium patris, ratio ponitur ex communi, num. 9. & 14.*

10 *Domus in qua quis habet vsumfructum, non debet dirimi ex delicto proprietarij.*

11 *Filius non potest testari de bonis aduentitijs.*

12 *Fiscus in confiscatione bonorũ venit, vt hæres extraneus.*

13 *Executio quæ fit contra bona filii, an & quando præiudicet patri.*

14 *Bona aduentitia filii nullo modo veniunt in confiscatione bonorum ex suo delicto, cum ampliat. vt ibi, & numero 16. declaratur numero 17.*

15 *Dos filiæ non publicatur ex suo delicto, ratione spei consolidationis, quam habet pater.*

18 *Peculium aduentitium filii, quod veniat, quo ad proprietatem in publicatione bonorũ ex suo delicto, reseruato patri vsufructu, donec viuat, cum declarat. num. 19.*

QVÆRO 4. loco subalternatim in materia excussionis in publicatione bonorum, an appellatione bonorum veniant bona aduentitia † in præiudicium vsusfructus patrini, & Bar. in l. si quis in tantam, num. 12. C. vnde vi. tenuit, quod non ex l. quicunque cum ll. sequ. ff. de bon. damnat. vbi si ex delicto, per vxorem commisso veniunt publicanda bona † dotalia vxoris, intelligitur, sine præiudicio lucri dotalis debiti marito, & forma pacti, vel statuti.

Vnde circa hanc rationem, in qua se fundat Bar. & iura per eum allegata colliguntur duo in practica vtilia. Primum est, quandoque alienatio prohibetur fauore alienantis, & tunc talis delinquendo † amittit, ratio, quia propter suum delictum perdit suum priuilegium: quandoque alienatio prohibetur fauore alterius, & tunc quis delinquendo regulariter non præiudicat tertio, d. l. quicunque superius allegata.

Secundum est, quod de facili in practica occurrit, publicãtur bona † filij, vxoris, vel similium, quo iure succurritur patri? vel marito interesse

resse prętendentibus? vtique excipiendo, & agendo, si enim maritus, vel pater habens penes se talia bona, & tunc excipiendo retineat, aut non habet penes se, & tunc summarie agatur, & constito summarie de interesse fiscus debet cedere, ita Bartol. in d. l. quicunque, num. 3. per l. veteres, §. res. ff. de iur. fisci, sequendo Bartol. idem voluit Alberic. in tracta. statut. par. 3. q. 5. Bapt. de Sanct. Blas. in tract. de priuileg. dot. priuileg. 93. & in terminis statuti de lucr. dot. Are. in tract. malefi. in verb. & eius bona publicamus, versi. an vxore damnata, nu. 29. pulchre Socin. consi. 121. colum. 4. versic. secunda ratio, vol. 4. Anchar. in cap. deuenit, de hæret. in 6. Campeg. q. 80. in 8. priuileg. Afflict. in cap. 1. in verb. condemnatorum, num. 46. quæ sint regalia. Rolan. de lucr. dot. quæst. 59.

5 Ex quibus omnibus practicando colligitur, † aut lucrum debetur à statuto, & prædicta de plano procedunt, aut lucrum debetur ex pacto, & tunc inspiciendum est tempus pacti, aut factum est ante delictum incursum, aut post, primo casu non valet: secundo casu sic. Vnde videbis imperitos iudices, & merito appellandos latrunculatores, quod quando in confiscatione pater, vel maritus volunt vti beneficio retentionis, procedere criminaliter intentando, quod fuerit dictũ ius propria auctoritate, vel quid simile animo sportulandi, & assassinandi non lucrandi, vel furandi.

Imò notabiliter Angel. posuit duo dicta admodum vtilia in practica, & ad limitationem l. extat, ff. quid met. caus. ex l. si quis in tantam, C. vnde vi. in l. si quis, in princip. C. de bon. damnat. Primum est,
6 quod confiscatis bonis † viri potest vxor de facto, & auctoritate ppria occupare dotem, & iniicere manus in eis pro dote sua. Quod ego crederem verum si dos consistat in bonis stabilibus, vel similibus, secus si dos consisteret in pecunia, & bona omnia essent hypotecata quia tũc deberet prius summarie docere de iure suo ex no. per Imol. & alios in l. si marito in prin. ff. sol. mat.

Secundum est, quod si in confiscatione bonorũ reperiatur aliquid
7 tertij, tunc tertius † non aget via ordinaria, sed summarie docto de iure statim recuperabit ad propositum superius adductorum, & hoc quando possidebantur per tertium, alias plene probabit de iure suo, vt p cũ.

Et hanc opinionem, quod in con
8 fiscatione † bonorum filij non veniat peculium aduentitium in præiudicium patris, sequitur Alexan. consi. 23. num. 6. lib. 1. Aret. consilio 14. num. 7. Tiraquell. de leg. connubial. gloss. 3. nume. 8. Alciat. respons. 522. num. 3. & 4. Alberic. in tracta. stat. par. 3. quæst. 12. Nell. in tract. bannit. in prima parte 2. tempor. quæst. 25. num. 25. ea ratione,
9 quia peculium † aduentitium non est proprie filij, cum in eo non habeat administrationem, l. final. §. filijs autem, C. de bon. quæ liber. & ideo sicut non potest alienare contrahendo, multò minus delinquendo. Socin. iun. consilio 77. numero octauo, libro 2. Curt. sen. dicens
* hanc magis veram, & magis * communem opinionem, consilio 59. numero 12. vbi ponit pro constanti, & indubitato, idem testatur Ruin.

consilio 24. nume.6. libro 5. Parif. consilio 157. num. 1. lib. 4. Capell. Tholos. 120. Didac. var. resolut. lib. 2. cap. 8. nume. 7. versicu. ex his patet. Iul. Clar. in §. fi. quæst. 78. vers. sed quid in aduentitijs, & q. 86. versic. secundo infertur.

Addo bene in materia loquentes, Bald. in l. 2 §. si filius, num. 1. vbi Bartol. num. 2. Alexan. num. 2. Iaf. num. 1. Dec. nume. 4. ff. quod quisque iur. attestantur esse magis * * communem opinionem ea ratione deprompta ex textu ipso, quia factum filij non debet nocere patri, & ibi Bald. in materia vsusfructus extendit, quod propter delictum proprietarij non debet dirui do-
10 mus, † in qua quis habet vsumfructum, idem in cap. 1. §. rursus de cōtro. inuestit. Specul. de statu. Mona. quæst. 5. Angel. in Authent. bona damnat. Diaz. in pract. capit. 124. quæst. sexta. Iaf. in l. seruum filij, numero 6. ff. de legat. 1. Ægid Boss. de bon. publicat. numero 71. Francisc. Marc. decis. 827. parte prima, Placent. in epitom. delict. cap. 23. sub numero vndecimo, versic. secundo conueniri potest. Borgnin. de vsufruct. numero 235. vbi pariter asserit hanc esse communem * opinionem. Roderic. Soarez. in lege postrem iudicat. notab. 13. num. 5. Menoch. de recuperan. possess. remed. 9. num. 66. vbi pariter de * communi attestatur, & ei se subscribit Pedemont. quæst. 4. in princip. Boc. cōsilio 57. num. 17. lib. 1. Masur. ad Papiens. in form. inquisit. gloss. fin. in verb. si filius.

Ampliatur hæc communis conclusio, vt extendatur, & procedat etiam in illis casibus, in quibus pater non habet in dictis aduentitijs vsumfructum; nam adhuc non veniunt in bonorum publicatione, hæc fuit noua tunc temporis opinio, Ruin. consi. 24. num. 12. vol. 5. ea præcipue ratione, quia non po-
11 test isto casu filius † testari l. penul. C. qui testament. facer. poss. ibi Castrens. num. 2. Alexand. num. 4. Iaf. num. 2. omnes concorditer attestātur hanc esse communem * opinionem. Iul. Clar. in §. testamen. quęst. 18. versic. vera igitur est Viui. libro 1. opin. 121. Clement. de patr. potestat. effect. 9. num. 4. vbi dicit hanc esse magis * * communem opinionem. Si igitur nec in isto casu testari potest, & sic non succedit hæres
12 extraneus, ergo nec fiscus, † qui in confiscatione bonorum venit vt hęres extraneus, l. iura, vbi Bart. ff. de iur. patrona. l. eorum, ff. ad l. Iul. maiestat. l. 1. C. de bon. quę liber. Verū Soc. iun. consi. 77. num. 12. libro 2. dubitat admodum de hac Rui. extensione cum in isto casu cesset prę iudicium patris, & talia bona possunt inter viuos libere alienari, ergo veniunt etiam in confiscatione bonorū, & ita etiam arguit Menoc. de recup. possess. remed. 9. sub n. 85.

Sed iudicio meo consequentia non tenet, vnde est distinctio, Bar. in l. penult. C. qui bon. ced. poss. aut contra filium pro credito ciuili est
13 relaxata † executio in contumaciā & non præiudicat iuri, & interesse patris; aut filius se defendendo fuit condemnatus, & tunc aut ciuiliter, aut criminaliter: primo casu patri præiudicatur, etiam si consentire noluerit: secundo casu non: & sequitur ibi Angel. & ratio diuersitatis est, quia in criminalibus agitur

tur

tur ad vindictam, merito patri obesse non debet, secus in ciuilibus, quia ad particulare commodum, & interesse, Bald. hanc rationem reddens in l. si filiofamilias, la secunda, in princ. ff. solut. matrimon. sequitur Castrens. in l. 3. §. filiusfamilias, versic. ex isto textu, ff. de pecul. Brun. de cess. bon. quæst. 4. princip. num. 2. dicens hanc distinctionem communiter teneri. Vnde non est bona consequentia. Soc iun. & Menoch. potest alienari inter viuos, ergo talia bona veniunt in confiscatione.

Præterea fiscus venit in confiscatione, vt heres extraneus, vt alias diximus, ergo attendendum, an tale quid potuerit alienari in vltima voluntate, non inter viuos.

Et hæc opinio verior mihi videtur per supradicta, & æquior in odium pœnarum, & tenet Rui. in citato loco, cuius nō parua est authoritas. siue igitur in aduentitijs pater habeat vsumfructum, siue nonnunquam in publicatione bonorū

14 filij, veniunt † aduentitia. Ampliatur secundo etiam si pater non habeat vsumfructum realiter, & cum effectu, sed sit in potentia tantum, & in spe habendi, ita sentit Ruin. in allegato consi. 24. nu. 13. & in multis casibus spes consideratur, & attenditur, quorum multos enumerat Tiraquel. de leg. connubial. post leges, numero 34.

Addo, quod ob delictū filiæ dos

15 † non publicatur Authen. econtra. C. de repud. ea ratione, quia patri adest spes consolidationis, l. 2. § qd si in patris. ff. solu. matrimo. Cessio bonorum fit ab eo, qui nihil habet in bonis, ratione spei tantum, gl. & ibi Bald. in l. penul. C. qui bon. ced. poss. & de peculio dimisit, etiam si nihil sit in peculio, l. quæsitum, ff. de pecul. Petrus dixit Domino, qd omnia dimisit, & non habebat nisi nauiculam, vt dicit gloss. in d. l. pen. Addo Rui. consi. 19. num. 4. consil. 98. num. 15. lib. 1. Soc. Iun. cons. 95. num. 30. lib. 3. Alciat. respons. 171. in fin. Vltra alios, & late congesta per Tiraquell plene profitentem in citato iam loco.

16 Aut igitur pater † nullum habet vsumfructum, aut non habet re, sed spe tantum, aut cum effectu, & nō venit in confiscatione secundum hanc opinionem communiter receptam, & æquam.

Declaratur communis superius relata conclusio, vt non procedat

17 † si pater filio liberam reliquisset peculij administrationem, quia tūc venit in pupillatione bonorū, Bar. in l. si finita, §. si de vectigalibus, nu. 13. in fine, ff. de dam. infect. dicens esse textum clarum in l. penult. C. qui bon. ceder. poss. & Bart. sequuti sunt Alex. i d. §. si vectigalibus, col. 22. Paris. consi. 157. num. 15. 17. 18. lib. 4. licet contrariam sententiam probauerit Roma. in l. si filio. 2. ff. solut. matrimon. sed illius rationibus satisfacit Alexan. qui supra, & eisdem modis responderi potest ad ea, quæ attulit idem Roman consi. 154 col. 2. qui aduersus, Bart. sententiam consuluit Coras. in l. frater a fratre, num. 42. ff. de cond. indeb. Ass. in pract. §. 31. cap. 2. lim. 40. nu. 6. vbi idem si pater consensisset agere, & litigare.

Contrariam verò sententiam, scilicet, quod intelligatur publicatum

18 ... ulium † adue ntitium, quoad

proprietatem, reseruato vsufructu, patri tenuerunt Iac. de Aren. & Cyn. vt refert Bart. in d. §. si de vectigalib. numero 13. illos sequutus fuit Ripa in d. cap. sæpe, num. 76. de restitut. spol sentire videtur Bar. in l. si postulari, §. iubet. ff. de adult. dum affirmat ex delicto, filium amittere proprietatem reseruato vsufructu patri donec viuat, quam sententiam probauit, & ibi Angel. idem in Authen. bona damnatorũ, colum. 2. vers. sed si, C. de bon. proscript. nec dissentit Sal. in l. 1. C. de his qui bon ced. poss. Bal in titu. de contr. inuestitur. §. rursus, colum. 2. versicu. pone ergo. sed eorum rationes facile diluuntur ex discursu Menoch. de recuperan. possess. remed. 9. num. 76.

19 Declara, vt non procedat † in crimine læsæ maiestatis, Pedemon. 44. part. 1. Subdeclara in præbenda, vel beneficio ecclesiastico, glos. in Cano. satis distinct. 50. commendat, Abb. in cap. si laici de iur. patro. Aufrer. ad Tolos. quęst. 120.

QVÆSTIO V. X. Q. principalis.

SVMMARIVM.

1 *Peculium profectitium non potest publicari ex delicto filii in præiudicium patris.*
Etiam si filius habuißet a patre facultatem dissipandi, num. 2. 6 contra latrunculatores nostri temporis, num. 3.
4 *Clausula, cum facultate dissipandi, quid operetur.*
5 *Dissipator dicitur prodigus.*

QVÆRO quinto loco, quid in * peculio profectitio? an ob delictum filij publicetur eius peculium † profectitiũ in præiudiciũ patris? Et si superius cõclusimus negatiue in aduẽtitio, vbi pater solum habet vsumfructũ a fortiori, in profectitio, in quo, & pater habet etiam proprietatem, & in hoc nemo dubitat Rui. consi. 24. nu. 5. lib. 5. & * communem, sine dubitatione dicit, Cur. sen. consil. 59. nu. 12. Soc. iun. cõsi. 77. nu. 6. lib. 2. Iul. Clar. in q. 78. ver s. præterea, vbi ponit casum, pro indubitabili. Addo ab eo non allegatos, & bene in materia loquentes, Ias. in §. actiones, num. 62. instit. de actio. Ripa, in l. vltima, q. 53. C. de reuocand. donat. latissime Paris. consi. 157. libro 4. est bonus locus apud Boer. decis. 7. nu. 11. Nell. in tract. bannit. in 1. par. 2. temp. q. 25. n. 25. Clem. de patr. potesta. effect. 2. sub nu. 37. Didac. var. resolut. lib. 2. c. 8. vers. sic delinquente filio.

Ampliatur hæc conclusio de peculio profectitio vltra alios multũ, eleganter, & notabiliter, etiam
2 † si filius habuisset potestatem a patre donandi, immo fortius dissipandi dictum peculium profectitium, adhuc enim non venit in confiscatione bonorum ex delicto ipsius filij, ita egregie dixit Angel. in l. si filius, columna prima, in fine, ff. de damn. infect. quod reputauit notabile, & elegans Alexander in l. si finita, §. si de vectigalibus, nume. 50. ff. de damn infect. Diaz. in pract. canonic. cap. 124. quæst. 6. Aufrer. ad Tolos. 120.

Iudices latrunculatores nostri tẽ
3 poris † in confiscando contrarium sentirent.

sentirent, dicēdo si potest dissipare, ergo delinquēdo amittere, quia delinquens dissipare dicitur, sed ratio est in promptu, quia tempore concessionis non videtur cogitatum de delicto, l. conuenire l. iurisgentium. §. si paciscar. l. si vnus, § illud ff. de pact.

Dices si in concessione ad dissipādum excluditur delictum, quid igi-
4 tur facere poterit filius, † cum hac facultate ad dissipandum? Vtique large donare, & alia, quæ delictum excludant.

Vnde in l. 1. ff. de curator. furios.
5 dissipator † dicitur prodigus, qui neque finem, neque modum habet expensarum: idem innuitur in cap. quia sæpe de elect. lib. 6.

Ampliatur secundo notabiliter,
6 † quod si inter patrem, & filium fuerit factum compromissum, & arbitri laudauerint, vt possit filius libere disponere de vsufructu patris, si filij bona publicentur, patri nō præiudicat, nec econtra. Abb. consi. 66. li. 2. dicit singulare Boe dec 7. n. 16

QVAESTIO VI.

X. Q. principalis.

1 *Confiscatione bonorum filii, an ueniāt Castrensia, vel quasi, in præiudiciū patris, quod sic, cum ratione. Contra num. 2.*

3 *Peculium castrense, vel quasi, post mortem filii, est patris, in solatium amissi filii.*

4 *Confiscatione bonorum veniunt ea, quæ quis habet iure communi, nō iure speciali, vel ex priuilegio, nu. 5.*

6 *Ordo sacer, etiam presbyteratus non liberat filium à patria potestate.*

7 *Peculium filii qualecunq; sit, non confiscatur ex suo delicto, sed patri in solatium reseruatur.*

8 *Pater non potest impedire executionem in peculio castrensi, vel quasi filii, quando filius esset condemnatus ad certam pœnam pecuniariam tantum, & num. 10.*

9 *Occupari non potest, quod non vacat.*

QVÆRO sexto loco, quid in * Castrensi, vel quasi an veniat in confiscatione bonorum? & vide-
1 batur quod sic, quia † plene spectat ad filium, & habetur vti paterfamilias, l. 2. ff. ad Macedon. aliàs sequeretur absurdum, quod nihil confiscaretur, & ita originaliter tenuit Angel. in l. si filius, n. 2. ff. de dam. infec. & Ang. intrepidè sequutus est Nel. in tract. bannit. in 1. parte, secundi temp. q. 25. n 25. dicens ita tenēdū. Contrariam sentētiam, quod in pu-
2 blicatione non veniat, † tenet gl. in lege i. ff. de bon. damn.

Et pro hac opinione est textus in L. 3. C. de bon. damn. vbi Bart. dicit esse casum singularem, & notabilem, & non esse alibi.

Et ratio duplex est secundum Iacob. de Aren. quem sequuntur Bal. Alber. & Angel. ibi prima est, quia
3 peculium † Castrense, vel quasi est filij, d. l. 2. ad Maced. eo viuente, sed statim eo mortuo est patris in solatiū amissi filij, q̄ est ratio rationis.

Secunda ratio est, quia in cōfisca-
4 tione † veniunt ea, quæ quis habet iure communi, non speciali, prout habet filius peculium castrense, vel quasi.

5 Et sic in confiscatione † bonorū non veniunt quæ quis habet ex priuilegio, vel iure speciali.

Vnde

Vnde fortasse dici posset, quod si filius sit Doctor, vel miles Sancti Pauli, vel eques Hierosolimitanus, vel Sancti Stephani, & habeat fructus iure speciali, quod in confiscatione non veniunt, nisi aliter habet specialiter prouisum.

Et hanc opinionem tenet Ioan. Andr. in titu. de accusat. in 3. par. §. fin. in addit. ad Specul. incip. vt infra certum tempus post medium illius additionis per d. l. si filius. Gull. de Cun. in l. 3. §. sed an hoc auxiliũ, ff. de mino. Bal. in l. si filius, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. vbi dicit, quod aliqui dixerunt, quod illa lex esset correcta, sed dicit ipse, quod nõ recte considerauerunt, & hæc est cõ
* munis * opinio, & communis intellectus ad d. l. 3. C. de bon. damn. teste Alexand. in l. 3. §. si filius, nu. 3. vbi Ias. num. 2. Dec. nu. 4. ff. quod quisque iur. idem attestatur Paris. consi. 157. num. 36. Didac. in citato loco post num. 7. vers. hinc apparet. Boss. de bon. public. post numerũ 72. Iul. Clar. quæst. 78. versic. quæro etiam.

Addo bene loquentes, & de communi pariter attestantes Ias. de act. num. 62 Boer. decis. 7. nu. 12. Rode. Soarezz. in l. post rem iudicatam, n. 13. vbi dicit fortius, quod non solũ hæc est communis opinio, sed ipsa legis dispositio, & nullam habere difficultatem. Ema. Soarez. in Thesaur. litera P. nume. 70. Clement. de patr. potest. num. 37. in fin. Borgni. de vsufruct. num. 235. Amplia generaliter id, quod dictum est in quoli-
6 bet peculio † tam profectitio, aduẽtitio, castrẽsi, vel quasi, vt procedat, siue filiusfamilias sit laicus, siue clericus, cum sacri ordines etiam presbyteratus non liberent filium à patria potestate. Abb. in cap. constitutus, de restitut. in integrum in cap. si annum, de iud. li. 6. reprobata opinione gloss. in authen. presbyteros. C. de episc. & clericis.

Siue igitur filiusfamilias sit lai-
7 cus, siue clericus, siue peculium † sit profectitium, siue aduentitium, siue castrense, vel quasi patri firmũ, & securum remanet. Et hæc superius firmata conclusio de peculio castrẽsi, vel quasi est ni fallor optimũ argumentum in aduentitio: nam si castrense, vel quasi, quæ sunt absolute in patrimonio filij non confiscantur, sed patri in solatium remanent, multò magis remanere debet aduentitium, vbi pater habet vsum fructum.

Declaratur conclusio de peculio
8 castrensi, † vel quasi vltra alios, vt non procedat quando filius esset cõdemnatus ad certam pœnam pecuniariam tantum, quia tunc non potest impediri pater ratione peculij sibi applicati, sed solui debet, ita notabiliter Bal. in l. filius, circa mediũ, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. quod dictum reputauit valde notabile, & singulare, nec alibi legisse Alexand. in l. si finita, §. si de vectigalibus, colum. 24. num. 54. ff. de dam. infect. & diligentissime, & singulariter notandum Roderic. Soarez. ad l. post rem iudicatam, not. 13. num. 3. in fine. Et ratio est in promptu,
9 quia quod non vacat † occupari nõ potest, si igitur hoc casu peculiũ filij in totum non vacat, meritò per patrem occupari non poterit, secundo deuolutio peculij castrensis ad patrem fit ratione filij amissi, & in eius solatium, vt superius diximus ex ratione d. l. 3. sed quando soluit filius

lius pœnam pecuniariam non amittitur, meritò in isto casu patri peculium castrense, vel quasi non applicabitur.

10 Vnde si filius cõmittat † aliquod delictum, propter quod ex forma, vel statuti, vel bannimentorũ (hæc enim hodie absorbent iura, leges, regulas, & limitationes) imponitur pœna pecuniaria tantum, tunc veniret confiscanda, nec per patrem impediri.

QVAESTIO VII.
X. Q principalis.

SVMMARIVM.

1 *Publicatione bonorum patris venit peculium profectitium, contra num. 2. cum declaratione num. 3.*

4 *Banniti nostri temporis non amittunt patriam potestatem, ex communi, nisi sint banniti cum confiscatione bonorum.*

5 *Filius non potest absolutè pro se retinere peculium profectitium patris banniti, sed ut satisfaciat creditorib. fisco anterioribus.*

6 *Usufructus quem habet pater in bonis aduentitijs filij publicatur ob delictum ipsius patris, in quo distinguitur nume. 7. & an in totum, vel pro parte, num. 8.*

9 *Usufructus patri debitus in bonis filii, qua cautela conseruetur filio ne confiscetur ex delicto patris.*

10 *Peculium donatum à patre filio, non publicatur ex delicto patris, sed reseruatur filio loco alimentorum.*

QVÆRO septimo, quid ecõtra, an in * publicatione bonorum patris veniat peculium pro-

1 fectitiũ, videbatur, quod sic, † quia spectat ad eum pleno iure. Secundo sicut non publicatur peculium profectitium ex delicto filij, vt superius vidimus, pariter econtra, vt seruetur æqualitas, l. litigatores, §. idem Iulianus, ff. de arbitr.

2 In contrarium † est casus, in l. 3. §. sed vtrum, vers. nec eo moramur, ff. de minor. vbi Barto. dicit esse casum singularem, & non esse alibi, num. 5. & hanc dicit communem opinionem. Salic. in l. 3. C. de bon. proscri.

3 Declara hoc verum si pater ex ipsa condemnatione non amittat patriam potestatem, † secus si perdat patriam potestatem. Alexan. hoc dicens in iure verius, in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de damn. infect. nume. 45. Boss. de bon. publicat. nu. 51. in fine, vbi testatur hanc esse cõmunem * opinionem.

4 Banniti autem † nostri temporis patriam potestatem non amittunt, est communis * opinio. Alexan. in l. si cum dotem, §. si patri, nu. 4. ff. sol. matrim. Boss. de bon. public. nu. 69. Iul. Clar. §. fin. quæst. 71. vers. successiue, & licet se remittat inferius, versic. dixi autem, vbi multa dicit, vltra tamen eum credo conclusionem veram si sit bannitus cum confiscatione bonorum, tunc amittit patriam potestatem, aliàs secus, & hanc opinionẽ teneo veram ex Alexand. consilio crimin. diuers. in ordine 90. nu. 16.

5 Declara secundo vtiliter in practica, vt tale profectitium non lucretur absolutè pro se filius, † sed vt satisfaciat creditoribus fisco anterioribus, Bald. in l. filius, in fine, ff. de his, qui sunt sui. dicens hunc esse verum intellectum, d. §. sed vtrum, vbi

vbi conformiter dicit Alberic. col. fin. quod fiscus pro hoc potest petere à filio cautionem.

In aduentitijs autem respectu
6 † vsusfructus ad patrem pertinentis, Bart. in l. si postulauerit, §. iubet, ff. de adulter. tenuit, quod patre delinquente publicetur vsusfructus, & ita dicit vidisse in facto seruari in d. §. sed verum, n. 5. idem tenet Ang. in l. corum, ff. de damn. infect. idem tenet Bar. in l. si quis in tantam, nu. 19. C. vnde vi. Mansuer. in pract. tit. de pœnis, col. 4. versi. idem si bona patris, fol. 97. Ias. in § actiones, nu. 65. de actio.

Contrarium tenet Bald. in l. 1. C. de bon. quæ liber. s. vt non publicetur talis vsusfructus, quem sequutus est Cor. consi. 207. in fi. vol. 1.

Quare pro concordia Salic. in l. si quis posthac. §. si quid etiam in vltima quæstione, C. de bon. damnat. distinguit, aut publicatio fit ex causa, propter quā patria potestas per-
7 ditur, & tunc † vsusfructus redit ad proprietatem, & sic ad filium, & nō confiscatur, & ratio est, quia cessat causa propter quam cōceditur vsusfructus, & administratio, scilicet, patria potestas, & ita procedit opinio Bal. aut patria potestas durat, & tūc publicatur vsusfructus & post multa sequitur tandem Alex. in l. si finita, § si de vectigalibus, num. 50. & 51. de damn. infect. Boer. qui bene loquitur, decis. 7. nu. 4. vbi ampliat, quod si simus in casu, quo patria potestas duret, et sic vsusfructus publicetur, & pater nihil habeat nisi vsumfructum, quod filius est alendus per fiscum, dicens ita iudicatū per Arrestum, reputauit dictum notabile, & singulare Roderi. Soarez. in l. post rem iudicatam, num. 11. limitat. 2. & hæc distinctio est * communiter recepta, vt testatur Borgn. de vsufr. sub nu. 235. pulchre Nell. in tract. banni. in 1. par. 2. temp. nu. 27. q. 27. in fine.

Et vltra alios, in locis ordinarijs puto fieri posse aliam consideratio-
8 nem † scilicet, quando pater cōmittat delictum, propter quod patria potestas perditur, tunc dimidium vsusfructus sit filij, moueor ex hac ratione, quia quando pater amittit ius patriæ potestatis, ex facto suo dimidiam partē vsusfructus amittit, quæ filio applicatur. Bart. in authen. idem est, C. de bon. quæ liber. per textum in §. 1. institut. per quas person. nobis acquir. vnde isto casu de vsufructu dimidiam habebit filius, dimidiam fiscus, & ni fallor in hoc membro, dum soluitur patria potestas, mihi videtur rationabilis diuisio.

Non omitto etiam referre nonnullos casus notabiles in materia confiscationis faciendæ.

Primus est ab Angel. in l. adoptiuum, §. fin. in fine. ff. de in ius vocan.
9 quod pater renunciet † vsufructui, vnde refert de quodam patre, qui calore iracundiæ interfecit filium habentem multa bona materna, vnde ei non poterat succedere, nec filius, ne patri acquirat, vnde venirēt proximiores agnati: cōmendat pro cautela notabili Veronen. caut. 80. prout refert Boer. dec. 7. colum. fin. in princip. sub nume. 17. mihi verò cautel. num. 52. propter delictum, & adde Boer. dec. 25. de occidente coniunctum, vt eius successione priuetur.

Pariter non confiscatur peculiū, si re-

10 † si reperiatur a patre filio donati, sed reseruatur filio loco alimentorum, siue sit donatio simplex, siue ob merita, siue sit emancipatus, siue in potestate, Bald. in l. executoré, col. 10. C. de execut. rei iudicat.

QVAESTIO VIII.
X. Q principalis.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filij an sit detrahēda de bonis patris confiscatis, stāte principis decreto, quod bona delinquentis publicentur, vbi, quod non contra nu. 5. ex communi, vt num. 6.*

2 *Lex generaliter loquens generaliter intelligi debet, complectendo etiam casus priuilegiatos declara, vt n. 7.*

3 *Filius non habet legitimam in bonis patris viuentis, & num. 14. Declaratur num. 15. 16. 17.*

4 *Pater contrahendo, & delinquendo preiudicat filio.*

6 *Debita natura'ia sunt potentiora debitis positiuis, & ciuilibus.*

7 *Mentio specialis, vbi requiritur, non sufficit generalis.*

8 *Renunciatione hereditatis non includitur legitima, nisi de ea facta sit specialis mentio, & num. 9.*

10 *Statutum excludens fœminam propter masculos, non excludit eam à legitima.*

11 *Filiis non debetur legitima in bonis matris.*

12 *Legitima non debetur filiis in bonis patris publicatis pro crimine lesæ maiestatis diuinæ, & humanæ.*

13 *Filii quomodo dicantur quasi domini in vita patris, declaratur nu. 18.*

19 *Filiis, quando, & quibus debeatur legitima ex morte patris. 20. 21.*

22 *Legitima filiorum in bonis patris qualiter computetur.*

23 *Statuto fieri potest vt pater teneatur pro legitima filii.*

24 *Legitima debita filio in bonis patris viuentis non venit publicatis bonis filii ex ipsius delicto, nisi sit aliter prouisum, num. 25.*

QVÆRO subalternatim * septimo loco in materia excussionis in causis criminalibus. Extat constitutio, motus proprius, vel decretū Principis, quod bona homicidæ, vel similis publicētur, an sit detrahenda legitima † filiorum?
1

Et videbat, quod nō possit detrahi, quia lex generaliter loquens generaliter debet intelligi etiām complectēdo casus priuilegiatos, † & sic legitimam, vt late dixi in tractatu depositi par. 1. in repetit. l. si quis, q. 3. nu. 23. fol. 42. Addo Crot. in repe. l. omnes populi, n. 166. de iust. & iu.
2

3 Secundò, quia filius † viuente patre nō habet legitimam in bonis ipsius, lege 1. §. sed nec impuberes, ff. de collat. bonorum. ibi. Præmatura enim est collationis species, cum adhuc viuatis, cuius de bonis quae ta debetur. Barto. in l. fin. ff. de liber. agnoscen. in authent si qua mulier, in fine. C. de sacrosan. eccles. latè Berengher. ad l. in quartam, nu. 126. ff. ad leg falcid. Castrens. consil. 32. secundum antiquam impressionē, columna prima. Alexand. consilio 75. num. 13. vol. 1. Dec. consil. 438. col. 2. Angel. in §. si quis autem non implens. authent. de hæred. & falci. Ias. in l lex Cornelia, ff. de vulgar & pupill. Fabia. in authen. nouissima, numero 261. C. de inoffi. testamen.

Coras.

Coras.in l.filium,quem habente, n. 188.C.fam.erciscun

Tertio hanc opinionem confirmant Ioan.de Lignan. & Cardin.in Clemen.fin.q.7.dec re iudi. vbi per
4 viam contractus pater† præiudicat filio,ergo,& delinquendo.

5 Contrariam sententiam † tenet Papiens.in form.inquisitionis, glo. fin.nu.2.per l.1.cum ibi not.per gl. & per l.cum ratio in princ. & in §. ex bonis. C.de bonis damnat. Dec. consil.236.aliàs 235.nu.4. & 6.sed re vera allegatur à multis Dec. in hoc consilio, sed bene non probat, nisi an detur retentio pro legitima de quo in præsenti non loquimur. Bald.consil.171.volum.1.Fabian.in authent.nouissima,num.262. C.de inoffic. testam. Piens.in l.post contractum,num.23.& 32. vbi Ioann. Hannibal.nume.52.ff.de don.idem Piens.in l.titia,§.titia cum nuberet, num.58.ff. de legat.2. Berengar.ad l.in quartam,num.269.ff.ad leg.falcid.Gulielm. de Mont.Laudens.in clemen.pastoralis,de re iudi. Socin. iun.consi.69.num.9.volum.1.Tiraquel.in l.si vnquam. in verb. donatione largitus,num.332. C.de reuo cand.donat. Ripa,in l.ex facto, §.ex facto,nu.9.ff.ad Trebellian.Boss.de bon.publicat.in princi. Iul.Clar. q. 78.versic.videndum est. Rolan.pul
* chre dicens hanc * opinionem veriorem,& communem,cons.97.nu. 9.vol.2.vbi bene loquitur.

Addo clement.de patr.potesta. effect.16. nu.25. & hanc opinionem dicit verissimam Thesaur.decisi. Pedemon.104.par.2.Ang. de Guidon inter consil.crim.Zilet.35.num.21. lib.1. Plot.consil.30.nume.81. latè Anton.Peregrin. de iure fisc. lib.5. num.34.dicens communem,& pro ea pluries in decemuirali iudicio iudicatum.Thob.Neuiz.consilio 97. num.8.Bonacoss.in verbo confiscati, & vti æquiorem, & benigniorē amplectitur senat. Pedemon.prout apud Thesaur.decis.198.

Et facit etiam hæc ratio,nam le-
6 gitima † debetur filio de iure naturæ,l.cum ratio, ff.de bon.damnato. & publicatio bonorum est de iure positiuo, tot.tit.de bon. damnat.sed ius naturale est potentius iure ciuili, & ab ipso tolli non potest, l.iura sanguinis,ff.de reg.iur.§.sed naturalia instit.de iur.natural.meritò,&c.

Secundo hæc opinio mihi videtur confirmanda ex hac ratione,vbi
7 requiritur specialis mentio † non sufficit generalis.gl.in clemen.1.in verb.specialiter de iudic.Bar.in l.legitimos,sub numero 8.versic. quintum, ff.de legitim. tutor. vbi licet sit speciale officium tutoris pupillum defendere, tamen specificè apponi debet, pupillum indefensum non relinquere Imol.in clemen. cōstitutionem per illum textum de elect. Alexand.consil.122.volum.4. Ias. in l.sed, & si quis, §. quæsitum, num.11.ff.si quis cautio. sed vt quis excludatur à legitima requiritur,vt specialiter dicatur, vnde in genera-
8 li † renunciatione hæreditatis non intelligitur renunciatum legitimę, nisi de ea fiat specialis mentio. Gul. de Cun.in l.de his,de transact.commendat Ias.in l.si quando,§.& generaliter,num.5.C.de inoff.testamen. pulchre Are.in §. actiones num.16. ff.de action. vbi dicit hanc doctrinam singulariter notandam pro re-
9 nunciationibus † mulierum,quæ licet latissimæ sint, & prægnantes,

nunquam

nunquam excludunt legitimam, nisi fiat specialis mentio. sentit Alex. in l. lex Cornelia, iuxta principiũ, ff. de vulg. & pupil. Fabian. in auth. nouissima, nu. 225. C. de inoffi. testament. Sebast. Sapia. in repetit. l. precibus, nume. 102. C. de impub. Soc. iun. consilio 122. nu. 22. volum. 1. Ruin. consi. 37. num. 10. volum. 1. consi. 52. num. 5. vol. 2.

10 Et statutum excludens † fœminam à successione existentibus masculis, non excludit eam a legitima, quia statutum stricti iuris tantum valet quantum sonat. Bart. in l. 3. §. hæc verba, ff. de negoc. gest. Salic. in auth. nouissima, q. vlt C. de inoffic. testam. Ias. in l. ex facto, ff. de vulga. Rui. in l. gallus, § & quid si tãtum, ff. de lib. & posthum. post Alex. cõs. 88 col. 4. vol. 6. cons. 7. col. 3. vol. 2. Corn. consi. 290. vol. 3. Socin. consi. 150. vol. 1. Curt. consil. 17. in fine, & 81. in fine, Soc. iun. consi. 113. num. 54. vol. 1.

Declaratur hæc communis conclusio, vt non procedat in matre,
11 † cuius bona si publicentur, filijs legitima in eis non debetur, & hoc absolutissimi iuris est, l. de bonis C. de bon. proscript. & ita communiter tenetur August. ad Ang. in verb. & eius bona, num. 28. Et ratio est secundum Alber. ibi, quia filius, quicquid acquirit, patri acquirit, secus in matre.

Declaratur secundo in crimine maiestatis Diuinæ, & humanæ, scilicet, læsę maiestatis, & hæresis, in
12 quibus filiis, legitima, † non reseruatur, l. quisquis, §. filij, C. ad l. Iul. maiesta. l. fin. C. de bon. damnat. 6. q. 1. Cano. siquis, cum militibus, Cin. in l. final. C. de bon. proscript. Pedemont. 104. in prin. par. 2. partic. Siman. tit. 63. Et ex prędictis infertur intellectus ad l. in suis. ff. de liber. & posthum. vbi videtur communiter
13 colligi, quod filij † sunt quasi domini in vita patris, & sic legitimam deberi viuente patre. Nam illud nõ est dominium verum, & propriũ, sed fictum, intellectuale, & imaginarium tantum, cum lex intelligat parentes omnia, quæ acquirunt acquirere filijs, & illud esse commune votum parentum, l. cum ratio de bon. damnat. l. scripto, ff. vnde legitimi, per quos eorum memoria cõseruatur, & liberi fiunt, l. liberorũ, ff. de verb. significat. vnde non sunt vere domini, cum duo non possint insolidum possidere, l. si duobus, ff. commod. l. 4. §. ex contrario, ff. de acquiren. poss. vnde ponuntur ibidẽ multæ distinctiones improprietatis, quodãmodo l. prætor, §. 1. vbi Bart. ff. de eden. l. 1. & ibi Bart. ff. rerum amot. l. quod vir, vbi Bart. ff. solut. matrimon. l. 4. §. cato. ff. de verb. vbi Bart. & Aret. in 2. not. dicit esse textum meliorem de iure: item dictio, Quasi, quæ est nota improprietatis, l. si ante nuptias, vbi Bart. ff. solut. matrimo. Addo bonum textum in l. 1. §. largius, ff. de success. edict. ibi, quæ pœnę ad bona propria veniant, ex l. 1. §. nec impubere, ff. de collat. bo. ibi præmatura &c. de qua superius diximus, l. pretia rerum in princip. ff. ad l. falcid. & ita tenet gl. expressa i l. 3. C. de iur. & fact. igno. Bart. clare in l. fin. nu. 2. ff. de liber. agnos. in l. post emancipationem, §. 1. ff. de lib. legat. in l. sciẽdum, quęst. penult. ff. qui satisd. cogantur, in l. is potest. num. 6. ff. de acquir. hæredit. latè in materia, Tiraquel. ad l. si vnquam

quam in princip. sub num. 15. cum sequen. C. de reuoc. dona. & dicitur ius conditionale, scilicet, si patri superuixerit, non dispositiuum patre viuente, sed conseruatiuum. Becc. consi. 74. num. 24. libr. 2. Mansuer. ad Papiens. in fine.

14 Vnde legitima non † debetur filio in vita patris, Bar. in d. §. sed nec impubere, per illum textum in authenti. si qua mulier circa finem, C. de sacros. eccles. Bal. Angel. & alij in l. lex cornelia, ff. de vulg. & pupilla. in l. illud, quæst. 5. C. de sacros. eccl. in l. quamquam, C. ad l. falcid.

Et hæc est receptissima opinio Maiquard. in tracta. de iudic. in 3. par. cap. 6. num. 3. vbi limitat in fi-
15 lijs iudæorum, † hæreticorum, & aliorum infidelium, qui fideles existentes legitimam petere possunt in vita patris infidelis. Viu. pariter de communi, libro 1. opin. 199. vbi pariter ex communi limitat in filio
16 † ingresso monasterium. Eman. in verb. legitima, num. 67. Cucch. de legitima in verb. ex substantia, numero sexto, vbi hoc receptissimum testatur.

Et hoc in patre nolente; secus si
17 velit, † quia potest, vt habetur Lucæ, Da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit, Ias. in l. in suis, n. 18. ff. de liber. & posthu. Mant. in authen. nouissima, num. 23. C. de inof. testam. Duenn. regul. 356. limita. 2. nu. 2. vbi si pater assignauerit, & filius dissipauerit, iterum pater assignare non tenetur.

Non omitto tamen, quod Vacon. declarat. 50. declarãdo, l. in suis ibi,
18 nume. 5. dicit † quod filius est vere dominus, & possessor patre viuente, sed non habet liberam administrationem eo viuente, & hanc libere acquirit post eius mortem, & facit, quod scribit Men. de præsumpt. lib. 6. præsumptio. 62. num. 8. quod olim possedit pater durare in filio ex regula l. siue possidetis, C. de probat. Alciat. regu. 2. præsum. 20.

Ampliatur hęc communis, & re
19 cepta conclusio † siue filij sint legitimi, & naturales, siue adoptiui, dũmodo adoptio non sit fraudulenta, l. fin. C. de bon. proscript.

Ampliatur secundo, vt legitima
20 † debeatur filijs isto casu, non à die mortis naturalis, sed à die mortis ciuilis non expectata morte naturali. Roland. consil. 97. num. 38. libro 2. quod consilium admodum frequẽtatur in hac materia. Anton. Sala. ad nou. constitut. de edict. ann. glos. 13. num. 14.

Et vltra alios cõfirmo hac ratione, in his, quæ concernunt effectũ iuris, vt succedere, testari, & similia
21 mors † ciuilis æquiparatur naturali, l. 1. §. fi. ff. de contr. tabu. Sebast. Med. de mort. parte 1. in principio, num. 23.

Declaratur hæc materia, vt si pater habeat vsque ad duos filios, &
22 non plures, legitima † est dimidia bonorum: si verò vltra duos non consideratur amplius legitima, sed omnia bona sunt filiorum gl. in l. 1. in verbo etiam portionem, in l. cũ ratio, §. si plures in verb. si plures, ff. de bon. damnat. gloss. in l. si deportatus. C. eod. Rol. in d. consilio 97. num. 30. lib. 2. Anton. Peregri. de iur. fisc. lib. 5. titu. 1. nu. 38. Cucch. de legitim. §. verum, num. 8. Plot. cõ
** silio 30. num. 87. & ** communissimam dicit Thesaur. Pedemon. 104. sub num. 2. Et si bona sint exigua,

&

& vnus, vel duo tantum sint filij, nõ legitima, sed tota substantia eis debetur Ant. à Sala dicens hanc opinionem æquissimam ad no. constit. tit. de edict. anno. gl. 12. n. 13. Cucc. in citato loco, n. 9. Thesa decis. 104. col. 2. reprobata aliorum opinione.

Et ponit Imperator ille in l. cum ratio elegantem, & notabilẽ rationem, fauorabilem apud me causam liberorum Albini filiorum numerus facit, cum ampliari imperium hominum adiectione potius, quam pecuniarum copia malim.

Quam vtinam considerarent iudices moderni, nec anhelarẽt ad hominum exterminium.

23 Potest tamen statutum, † constitutio, vel motus proprius hoc dispo nere, vt pater teneatur pro legitima filij, & quoniã hoc non respicit materiam in excutiendis bonis, ob id relinquo.

Et econtra publicatis bonis filij

24 non venit legitima, † quæ debetur ei in bonis sui patris, eo tempore viuentis Bald. in l. si qua, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Alc. cons. 38. col. antepenul. lib. 1. Soc. iun. consil. 51. libro 1. Didac. var. resol. capit. 8. vers. ex his apparet.

Addo, quod hæc est communis opinio, Aldob. in §. præterea, n. 51. instit. quib. mod. ius patr. potest. sol. Duenn. reg. 356 nu. 2. vbi limitat,

25 nisi statutum, † vel decretum aliter disponat, prout ferè vbiq; viget, ob id non insisto, quia non respicit materiam excussionis faciendæ de bonis delinquentis, Clem. de pat. potesta. effect. 16. n. 59. Viu. lib. 1. opi. 199 & 401. Cucch. de legi. in verb. ex substantia, nu. 10. Iul. Clar. quęst. 86. in princ.

QVAESTIO IX.

X. Q. principalis.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatione bonorum an veniant iura, actiones, & nomina debitorum, & num. 3.*

2 *Iura, & actiones non veniunt appellatione mobilium, & immobilium.*

1 NVMQVID in confiscatione bonorum † veniant iura, & actiones, & nomina debitorũ? Duo sunt casus principales, primus est, si ponatur verbum, Bona simpliciter, vel cum signo vniuersali tantum, & tunc veniunt iura, & actiones, & nomina debitorũ: secundus casus est

2 † si adijciatur mobilia, & immobilia, tunc non veniunt iura, & actiones, Alex. in l. si constante, §. fi. nu. 9. ff. solu. matri. vbi dicit venire etiam annuos redditus modico tempore non duraturos, latè idem Alc. consil. 244. libro 6. vbi in terminis loquitur, & hæc est cõmunis opinio. Iul. Clar. quæst. 78. in verbo successiue.

Addo hoc valde cõmendans, Cor. in memora. in verb. publicatio, vbi hoc dicit notabile, & singulare, Neguś. de pign. memb. 2. par. 2. nu. 10. Tiraquell. de retract. in princ. glos. 7. nu. 9.

3 Declara, vt conclusio non procedat in casu, † in quo de iure cõmuni venirent cõfiscanda iura, & actiones, nam tunc licet sententia loquatur per verba possessiua, erit relatiua ad ius commune, & secundum ipsum intelligetur, & sic per tacitam relationem venient iura, & actiones. Pinell. de bon. matern. in princip. nu. 28.

QVÆSTIO X.
X. Q principalis.

SVMMARIVM.

1 *Dos an veniat in confiscatione bonorum, & quod non, constante matrimonio, nisi in quinque casibus ibi enumeratis, secus soluto matrimonio, ex communi, nu. 2. vi, num. 43.*

3 *Mariti bonis confiscatis etiam in stricto crimine læsæ maiestatis, vxoribus reseruantur dotes, & donationes illis à maritis factæ, cum declaratione, vt ibi.*

4 *Vxores non perdunt dotem etiam si sequantur virum de rebellione damnatum.*

5 *Dispositio, l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. licet videatur odiosa, tamen rationabilis declaratur.*

6 *Filij nobilitantur virtutibus parentum, & eorum vitiis obscurantur.*

7 *Mariti bonis, publicatis, dos integra vxori restituitur, eo exulante.*

8 *Exilium, seu peregrinatio sola paupertatem inducit.*

9 *Marito ad triremes etiam ad tempus transmisso, est locus repetitioni dotis.*

10 *Dispositio, l. traditionibus. C. de pact. non procedit in dote soluto matrimonio.*

11 *Confiscatio bonorum mariti non præiudicat vxori in dote, nec in donatione sibi à marito facta, nisi sit dos confessata, num. 16.*

12 *Donatio confirmatur morte, tam ciuili, quam naturali.*

13 *Vxori reseruantur bona vndecunque quæsita, licet bona mariti publicentur, & ei quomodo succurratur, numero. 14. 15.*

17 *Mulier ĩ dote præfertur omnibus creditoribus mariti in pari statu existentibus, cũ declaratione, num. 18.*

19 *Mulier in dote confessata ante matrimonium præfertur mariti creditoribus in paritate existentibus, cum requisitis, vt ibi.*

20 *Dos præsumitur vere numerata, & creditoribus præiudicat, si est confessata ante contractum, & lapsa sunt tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotes, contra num. 24.*

21 *Fideiussor agere potest aduersus principalem debitorem, ex pura creditoris cõfessione, se esse satisfactum, etiam elapsis triginta diebus.*

22 *Fideiussori competit actio ex sola confessione creditoris, & assignatur rõ.*

23 *Debitori soluenti fideiussori quomodo consulatur, si creditor vere pecuniam non habuisset.*

25 *Lex, si cui, C. de non numera. pecu. declaratur.*

26 *Lex si quis post hac. C. de bon. præsc. declaratur.*

27 *Priuilegio an quis vti possit in præiudicium illius à quo habuit.*

28 *Maritus alimentando vxorem præsumitur ab ea dotem recepisse.*

29 *Maritus præsumitur alere vxorẽ amore potius coniugali, quam ratione receptæ dotis.*

30 *Confessio receptæ dotis facta præcedente promissione, præiudicat nedũ confitenti, sed etiam creditoribus.*

31 *Dos ex quibus præsumatur vere numerata.*

32 *Rei iudicatę vis quanta sit.*

33 *Lex ingenuum, ff. de sta. hominum declaratur.*

34 *Bald. dictum in cap. nosti. de electio. discutitur.*

35 *Instrumentum iuratum, & guarentigia-*

NVMQVID in publicatione
1 bonorum veniat † dos: distinguendum videtur, aut loquimur in vxore, aut in marito, si in vxore, aut constante matrimonio, aut eo soluto, constante matrimonio regulariter non publicatur. Fallit in quinq; casibus, scilicet, læsæ maiestatis, Iuliæ, vis publicę, veneficij, parricidij, & de sicarijs, l. quinque legibus, ff. de bon. dam. Pedem. 94. n. 8. Et hoc casu in materia statuti, de Lucr. dot. vide supra in hac materia, q. 3.

Et habent ista quinq; delicta superius expressa tot capita, & membra, & tam latas habenas, vt multa comprehendant.

Si verò sumus in soluto matrimo-
2 nio, tunc indistincte dos † publicatur, & est communis opinio. Nell. de bannit. in 1. parte, 2. temp. q. 28. August. ad Angel. in verb. & eius bona publicamus.

Si verò sumus in casu mariti, tūc publicatis bonis mariti non publicatur dos, sed vxori libera reseruatur, l. ob maritum, C. ne vxor pro marit. l. 1. C. ad l. Iul. de vi public. Quod verum est etiam in stricto crimine læsæ maiestatis, l. quisquis, §. fin.

fin.C.ad l.Iul.maiest. subampliatur ex eo contextu, vt non solum reseruentur dotes, sed donationes à † viris vxoribus factę, vnde aut donatio est absoluta, & mulieribus reseruatur, aut est reuersura ad filios, vel maritum, & in hoc subintrat fiscus ex eo contextu.

3

In istis autem donationibus filiæ fœminæ legitimā petere poterunt per illum textum.

Ampliatur secundo, vt in crimine læsæ maiestatis vxores † nō perdant dotem, etiam si sequantur virum de rebellione damnatum. Gigas.de crim.læs.maiest.tit. de pœni. quæst.19. Boss.de bon.public.nume. 65. attestans ita iudicatum. Tiber. Dec.tractat.crim.lib.2.capit.12.numero 34.

4

Vnde in crimine læsæ maiestatis mitius agitur cum vxoribus, quam cum filijs.

Et licet, prout late superius dixi, videatur odium irrationabile dispositio, † l.quisquis, C.ad l.Iul.maiestat. tamen considerando putaui, quandoque rationem esse, quia nihil magis arcere potest, patrem à delicti perpetratione, quam scire filios ob sua ipsius mala acta affligendos, & paupertate afficiendos, atque notādos infamia, scripsit si quidem eleganter Cicero ad Brutum.

5

Nec verò me fugit, quā sit acerbum parentum scelera filiorum pęnis lui, vnde præclare legibus comparatum est, vt caritas liberorum amiciores parentes reipublicæ redderet, & sicut filij † hominum bene meritorum parentum meritis nobilitātur, quamuis ipsi nihil fecerint, propter, quod nobiles essent, vt eleganter disserit Senec.libro 4, de benefic. sic è contra male meritorū filij parentum scelere obscurantur, et infamia iuste notantur, bona siquidem corporis, & fortunæ à parentibus naturaliter in liberos transeūt, vt Plutarch.tradit in lib.de Ser. numin. Vindict.c.vergentis, de hæreti. & hoc etiam sentit Menoc.cons.99. nu.220.lib.1.& de præsumpt.lib.6. præsump.56.num.6.

6

Et hæc considerare placeat pro intellectu, & ratione, l.quisquis, C. ad l.Iul.maiest. quæ procedit in filijs hæreticorum, cap.2.§.hæretici, de hęret.lib.6 cap.statutum eod.ti.

Sed ad rem redeundo ampliatur tertio, vt publicatis bonis † mariti sit omnino locus repetitioni dotis, & hoc procedit, & locum habet siue bona publicentur in totum, siue in parte tantum, siue in nihilo, sed simpliciter in exilium mittatur. Barto. in l.si constante, quæst.5.1.par.principal.num.18.vbi Alexan.num.22. Castrens.num.16 Ias.num.166. Ripa, nu.42.Crot.nu.47.ff.solu.matrimon.vbi rationem reddūt, quia exiliū, † seu peregrinatio sola paupertatem inducit, gl.in authen. de exhibend.reis, in princ.immo, & si sine aliqua culpa, vel delicto sit missus in exiliū, puta partialitatis; adhuc .n.locus est repetitioni dotis, Ale.in l.si cū dotem, §.transgrediamur, in primo notabili, ff.solut.matrim.

7

8

Et habui in facto in Ciuitate Tuderti, quod quidam fuit trāsmissus † ad triremes per quinquenniū, cū publicatione partis bonorum, quo casu mulier egit ad repetitionē dotis, fuit allegatum pro marito, quod erat trāsmissus ad tēpus, & poterat sperari reditus, nihilominus fuit cōclusum esse locū repetitioni dotis;

9

si

si enim procedit in simplici exilio, non culposo, quod etiam sæpius est temporali, cur non in transmissione ad triremes?

Ampliatur quarto vltra plene scribentes in repetit. l. si constante, ff. solut. matrim. vt tali casu condemnationis, Viri recta via sine alia traditione, vt sentit Bald. Nouel. de prileg. dot. par. 7. priuileg. 17. & par. 8. priuileg. 6

Et sic habetur limitatio ad l. traditionibus, C. de pact. vt non procedat
10 † in dote soluto matrimonio.

Ampliatur quinto notabiliter, vt per condemnationem factam de marito nedum saluetur dos, sed etiã
11 donatio † causa mortis, vnde, qui timet ne sua bona a fisco vendicentur faciat donationem vxori causa mortis, quę verificatur in morte Ciuili, & per eã confirmatur sicut per mortem naturalem, ita dixit notabiliter Bald. in l. executorem, col. 9. nu. 27. vers. quæro, quidem timens, C. de execut. rei iudic. per textum notabilẽ, qui bene probat in l. sed si mors ĩ principio, ff. de don. in. vir. & vxor. commendat pro valde singulari, Castren. in l. post contractum in fi. ver. ff. de don. valde etiam commendat Ias. in l. si stipulatus fuero, §. 1. in penult. col. ff. de verb. oblig. Io. de Arno. soliloq. 1. vbi valde exclamat. Cott. in memorab. in verb. donatio causa mortis. Rod. Soarez. ad l. post rem iudicatam, no. 13. col. penul. vbi valde commendat in actu practico.

Ex quibus infertur correlarie ad
12 duo; primum, quod donatio † ita confirmatur morte ciuili, sicut naturali, secundũ, quod mors ciuilis, & naturalis in hoc æquiparantur.

13 Ampliatur sexto loco generaliter, vt reseruentur vxori † generaliter bona quouis modo, vel titulo quæsita ex l. si quis post hac in principio, de bon. dam. ibi vxor eius res proprias ex quocũq; titulo quæsitas, veluti manu iniecta mox vendicet.

Et modum practicandi, quomo-
14 do succurrat vxori, † vide superius in hac materia, q. 3. vbi tetigi de lucro dotis ex forma statuti, vel pacti.

Et hanc ampliationem tenet Io. Lup. in repe. rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 66. n. 24. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 2. §. 2. in fi. Did. à Segur. in tract. de acq. constan. mat. n. 16. Didac. Couar. Var. resol. lib. 2. c. 8. n. 8. versi. ex his patet.

Cõmittat igitur maritus quodcunque crimen etiam grauissimũ,
15 vxori † non præiudicatur nec in dote, nec in donatione, nec in quouis titulo quæsitis.

Declaratur hæc conclusio, vt nõ
16 procedat in dote † confessata, ita textus mct, in d. l. si quis post hac. p quem ita tenet Iser. in c. 1. versi. d. finimus de statut. & consuet. contra liber. eccles.

In hac tamen materia, quia valde practicabilis est, cõsiderandi sunt nonnulli casus, qui deseruiunt nedum cum fisco creditore, sed alijs quibuscunque creditoribus.

Primus casus est, quando omnes creditores sunt ĩ pari statu, quia omnes nituntur in debito confessato
17 tantum, & tũc mulier † in dote cõfessata præfertur, & nocet alijs creditoribus, pariter confessionem habentibus, Bald. in l. assiduis, num. 8. C. pot. in pign. Angel. in l. 1. nu. 5. ff. solut. matrim. & hæc est mera veritas, & * communis opinio, Ias. in §. fuerat sub nu. 91. inst. de actio.

18 Declaratur hic casus, † quando creditores, qui vellent præferri essent creditores ex eo contractu, in quo possit opponi exceptio non numerationis, vel cõsignationis, puta ex mutuo, tunc.n.mulier præfertur in pari statu, Alexand.in l.1.nu.35. vbi Aret.nu.7. Soc.n.88. ff.sol.matrimon.Gozzad.loquens in contractu vẽditionis, vt mulier in pari cõfessione ei non præferatur conf.28. num.28.Dec.loquens in confessione furti, cons.96.in fine, vbi præfertur confessioni dotis, vnde creditor ex locato, vendito, deposito, vel simili in pari confessione pfert mulieri.

Data tamẽ paritate iuriũ vtriusque præfertur, † mulier, f.si confes-
19 sio dotis facta sit ante matrimoniũ, & sint elapsa tẽpora opponendi exceptionem non numerationis, vel consignationis, etiam si creditor tẽpore anterior vellet probare realẽ numerationem, vt deducit Didac. Var.resolutio,lib.1.capit.7.col.24. vers.ex præmissis,fol.mihi 145.

Quæ decisio mihi videtur aliquãtulum dura, quia data paritate non opponendi creditores aduersus mulierem veniunt præferendi, quia sunt anteriores in tempore, & sic de iure communi præferendi, & si sunt exclusi a biennio probando veram numerationẽ non dicuntur esse amplius in statu confessionis, sed consignationis, & sic nõ in pari gradu. Et ideo pro cautela dat, vt probetur numeratio. Mising.hoc valde commendans centur. 1. obser. 61.

Secũdus casus principalis est pariter ante matrimonium cõtractũ, quando adest dotis confessio, & pariter lapsa sunt tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis;
20 nam tunc dos † præsumitur vere numerata, & creditoribus præiudicat. Bart.in l.si constante, num.100. ff.solut.matrimo.in l.assiduis, nu.8. C. qui potior. in pign. habeantur, & ibidem Angel. & Salic. Imol. in capit. ex litteris, num.12. de pignor. Aret.cons.86.col.2.Alex.in l.1.nu.35.ff.solut.matrim.consil.90. nu.5 lib.3.Bald. Nouell.de dot.par.10.num.12.Affict.decis.402.nu.10. Rub.cons.78.nu.4. & 10. Crauett. dicens hanc * communem, cons.40. nu.6. & veriorem dicit Didac. Var. resolu.lib.1.c.7.n.6.versic. quod si confessio, Menoch.de præsump.lib.3.præsumpt.15.nu.14.

Ego addo vltra eum bene loquẽtes, & de communi audacter attestãtes Boer. qui distincte loquitur decis.330.nu.3.Rolan.cons.85.num.42. vol.2. vbi hoc maxime verum dicit si concurrant alia adminicula, puta in alio instrumento realis numeratio de aliqua portione dotis post confessionem emanatam, non enim verisimile est, qd fieret actualis numeratio de vna parte si de alia non esset facta, licet instrumentum cautet in meram cõfessionẽ. Villalob.in recollect.in verb.dos, n.173. Bursat.cons.32.num.30. & 42. vol.1.Caputaq. attestans, * communẽ, & secundum eam ita in sacr.Rot.iudicatum, dec.196.par.1.

Fundatur autem hæc cõclusio ex illa celebri opinione, qd fideiussor
21 † agere potest aduersus principalẽ debitorem ex confessione pura creditoris, se esse satisfactum, etiam elapsis triginta diebus, iuxta l.in contractibus, §.super, C.de non numer. pecun.Bart.cons.160.Titius promisit, & ibi Additionator eius, Ias. ex com-

communi in l. duobus, §. 1. sub n. 7. & ibi dicit Paul. Castrens. quod ita consuluit Florentiæ, Alexan. consi. 90. num. 3. vol. 4. & consi. 123. vol. 6. Cepoll. consi. ciuil. 12. Deo. in l. 2. § fi. ff. si cert. pet. cons. 493. num. 6. Et hanc dicit veriorem Marsil. de fideiuss. quæst. 35. num. 265. vbi dicit nedum veriorẽ, sed magis ** cõmunem, Afflic. & ibi bene Vrsil. de communi, decis. 91. nu. 3. & 94. nu. 3. late Tiraquel. de retrac. Lignaier. glo. 16. nu. 84. & de retract. conuen. glo. 6. nu. 17. Duen. dicens hanc veram, & communem opin. reg. 337. nu. 4. Viu. de magis ** communi, li. 1. opin. 139. & lib. 2. opi. 113. Eman. in suo Thes. littera, F. numero 165. Mascard. conclusi. 373.

Sed hæc ratio licet ab omnibus allegetur ad hunc casum deducendum est vera in se, tamen posset in contrarium retorqueri, si enim cõ-
22 petit actio fideiussori † ex simplici confessione creditoris, hoc ideo est, quia resultat liberatio ad fauorem ipsius debitoris, meritò cũ recipiat hanc vtilitatem conueniri poterit, sed contrarium euenit in casu proposito creditoribus, quia nedum recipiunt commodum ex confessione mariti, sed semper incommodum, detrimentum, & præiudicium.

Vnum addo, quod Ias. mouet in l. duobus, n. 9 in fine de iureiurand. quod si elapsis 30. diebus a die confessionis ad liberandum, iuxta l. in contractibus, §. super, C. de non numer. pecu. si creditor assumat onus probandi confessionem erroneam, & vere pecuniam non habuisset,
23 quomodo succurretur debitori, † si fideiussori soluerit.

Ad hoc credo posse de facili responderi, quod licet Ias. in multis locis fuerit huius opinionis, quod post tempus audiatur assumendo onus in se, tamen veritas est in contrarium, vt elapsis triginta diebus in confessione liberatoria, vel biennio in confessione non numeratæ pecuniæ, non audiatur etiam assumendo onus probandi in se, ita notabiliter concludit Imol. in c. si cautio, num. 24. vbi Feli. nu. 60. de fid. instrument. Bald. in l. sub specie, C. de postulan. Salic. in l. non singuli, C. si cert. petat.

Et hoc adeo verũ est, vt nec per confessionem aduersarij ad positiones, vel iuramenti delationem audiatur. Duenn. hoc valde commendans, reg. 261. ampliat. 1. vnde fideiussor agere poterit, & elapso tempore debitor erit tutus, nec creditor cõtrarium probare poterit, meritò igitur Felin. in dicto c. si cautio, in fine prædicta limitauit in cõfessione irrefragabili ex lapsu temporis, vel renũciatione. Addo Marsil. singular. 222. Seraphin. de iurament. priuileg 60. limit. 3.

Contraria est itaque sententia in supradicto casu, quod licet sint elapsa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, & sic sit
24 exclusus maritus, † non tamen erũt exclusi creditores, & ita tenuit Bal. in l. neq; C. de compensat. in l. generaliter, col. 2. C. de nõ nu. pec. Imol. i l. stipulatus, §. Chrisogonus, n. 11. ff. de uerbor. oblig. Rom. in l. 1. nu. 22. ubi Aret. nu. 7. Soc. num. 90. ff. solut. matrim. Aret. in §. fuerat, nu. 15. ubi Ias num. 75. instit. de act. Felin. in c. si cautio, num. 44. de fid. instrument. ex l. si cui. C. de non num. pecu. ubi non prohibentur tertij

creditores opponere exceptionē nō numeratę dotis, licet debitor principalis ea exceptione vsus non sit.

25 Sed iste textus in hac l. si cui † parum facit, considerando duos casus; primus est casus, infra legitima tempora, sed principalis morosus est, nec curat eam opponere, tunc istud differre nō impedit creditores quin opponere possint: alter est casus qn̄ sunt vere elapsa tempora, & tunc vterque erit exclusus, & haec omnia probat textus in finalibus verbis ibi, sed possint illi si conueniantur infra statuta tempora eadem se exceptione tueri.

Et ad propositum materiae, de qua agimus, sic erit intelligenda, l.
26 si quis post hac, † C. de bon. proscript. quo decisum est fiscum posse vti exceptione dotis aduersus vxorem illius, cuius bona fisco ob crimen addicta fuerunt; nam id procedit infra tempora à iure definita ad proponendam huiusmodi exceptionem; resoluto enim iure authoris extinguitur ius successoris.

Ex quibus correlarie sequitur ad
27 illud, an † quis priuilegio vti possit in pręiudicium illius, à quo habuit. Et vtique non potest ad extinctionem dicti priuilegij, nec in retorcutionem ipsius, Bald. in l. amicissimos, §. fin. num. 2. ff. de excus. tut.

Tertius casus est, quando cum confessione concurrat aliqua coniectura, vel inditium. Bal. in l. vnica, C. de priuileg. dot. col. 3. num. 6. versic. vnde quęritur, sequitur Dec cōsilio 536. col. 3. circa medium, versic. & ad hoc etiam facit. Socin. consil. 122. colum. 3. post medium, lib. 3. dicens esse * communem, & ab ea in iudicando non esse recedendum. Gozad. consil. 43. col. 3. Cur. sen. cōsilio. 70. col. 1. vbi dicit, quod semper magnifecit dictum Bal. latè de communi, consilio 7. Menoch. num. 10. lib. 1. Didac. var. resolut. lib. 1. capit. 7. versic. sic ex confessione. Menoch. de praesumptio. libro 3. praesumptio. 12. num. 22. & praesumpt. 13. num. 18.

Addo Boer. decis. 133. Felin. vbi declarat in cap. si cautio, nume. 81. de fid. instrument. Ant. Gabr. dicens communem, * de iur. dot. conclus. 4. numero 4. puta quando post confessionem maritus praestitit alimenta
28 vxori; † nam non pręsumitur alimētare vxorem si ab eà dotem non recepisset, ita Bal. in citato loco sequitur, et commendat Roland. consilio 85. num. 43. lib. 1. Menoch. consilio 7. num. 10. lib. 1. dicens errare, qui contrarium tenent.

Sed hoc refellitur à Bal. Nouell. de lucr. dot. part. 10. num. 15. Socin. in l. 1. numero 80. & 93. ff. soluto matrimon. Ioan. Crott. in l. si constante, in lectur. fol. penult. Gozad. consilio 38. num. 24. et 32. Didac. in citato loco. Grauett. de antiquitate tempor. parte 1. versic. propositum nostrum, num. 72. fol. 35. ea ratio-
29 ne, quia † praesumitur dedisse amore coniugali potius quam ratione receptae dotis. Men. sibi cōtrarius in citato loco dicens melius cogitasse.

Concorda quando per decenniū alimētauerit. Socin. in l. 1. col. 15. ff. soluto matrimon. est * communiter receptum, decis. Perus. 66. num. 22. parte secunda.

Et notā lector in hoc pūcto, quod magni viri fuerunt inter semet in proprijs scripturis contrarij; nam Socin. consilio 82. column. 2. vol. 3. dicit

dicit vnum in l. 1. ff. soluto matrim. se excusat, & contrarium dicit Crauet. consi. 40. cum Bal. tenet, versic. quarto principaliter, de antiquita. temp. in citato loco se excusat, & contrarium tenet Menoch. consi. 7. libro 1. num. 10. tenet cum Bald. & audacter reprehendit contrarium tenentes in præsumpt. 12. num. 23. in fine, libro 3. se excusat, & contrarium tenet.

Sicut etiam quando confessioně

30 præcedit promissio † dotis, quo casu præiudicatur nedum confitenti, sed etiam creditoribus. Angel. & Castrens. in l. 1. in fine, ff. soluto matrim. Afflic. attestans ita iudicatum in sacro Regio Consilio, decis. 402. Bouer. in singul. suo confessio. 1. Fely. in cap. si cautio, colum. 21. de fid. instrumen. & hanc dicit * communem Ruin. consil. 183. col. fi. vol. 1. Lofred. consi. 22. col. 1. versi. nec obstat, quod dicit Alex. consi. 78. col. fi. versi. 3. respondeo, ex communi. Anton. Gabr. de iur. dot. conclus. 4. num. 2. decis. Perus. 66. numero 25. parte secunda.

Addo Didac. var. resolut. lib. 1. cap. 7. vers. cæterum egregia est, vbi appellat hunc casum egregium, & reprehendit Bald. Nouell contrarium tenětem de priuileg. dot. par. 10. num. 18. Aym. consil. 40. & 44. qui pulchre loquitur Bello. consil. 4. num. 7. Villalob. in repert. litera D, nu. 176. qui communem dicũt.

Vel instrumentum dotis, & confessionis ipsius iuratum, & guarentigiatum, quod ex forma iuris municipalis loci habet vim rei iudica-

31 tæ: nam tunc dos † adeo præsumitur numerata, vt nulla exceptio nõ numerationis opponi possit, Bald. in l. vnic. col. 3. circa medium, sub num. 6. versi. idem dico, & in l. pecuniæ, nu. 5. C. de solu. sequitur Abb. consil. 73. num. 4. lib. 2. Soc. in l. 1. num. 79. vbi Bald. Nouell. in repet. num. 214. ff. solut. matr. Menoch. de præsumpt. lib. 3. pręsumpt. 12. num. 21. Seraphin. de iuramen. priuileg. 60. sub num. 10.

Circa quod dictum aliquantulũ insistendo dico, quod magna est vis

32 † rei iudicatæ, vnde mutat naturalia sanguinis vincula, & de falso verum, si non essentialiter, bene effectualiter, Bal. singulariter in capite in præsentia, col. fi. nu. 5. in fine de renunciat. quem commendat Ias. in l. Iulianus, verum debitorě not. 2. num. 2. ff. de cond. indeb. vnde facit eum filium, qui vere filius non est, & patrem, qui non est, & vt altera natura ius facit, & origině creat, prout eundem Bal. dicere solere refert Cur. iun. consi. 23. circa finem ex l. 1. ff. de liber. agnoscen. & facit de albo nigrum, & de nõ ente ens. Bal. in c. nosti, de electio. quem commendat Cagno. in l. res iudicata, nu. 2. de reg. iur.

Ex quibus infertur ad ampliatio

33 nem † l. ingenuum, ff. de stat. hom. vt procedat etiam cũ iudex inique decernit, l. pen. ff. de iust. & iur. l. seruo inuito, §. cum prætor, ff ad Trebellia. l. sed si contra, in princi. ff. de liber. agnosc.

Etiam in his, quæ iuris naturalis sunt, quia naturæ æquiparatur, l. quoties cunque, C. de decur. lib. 10. vbi textus comparat naturam, originem, vel iudicium inter partes, bona glos. in l. si non sortem, §. hęredem, ff. de cond. indeb. cum igitur in proposito casu ex forma statuti instru-

instrumenta confessionis dotis habeantur pro veritate, nil opponi poterit contra assertam cōfessionem.

Primo loco considerandum, est
34 circa hoc dictum, † nam loquitur Bal. quando statutum vtitur his verbis, scilicet, habeat vim rei iudicatę, vnde ex mente Bal. considero duos casus, primus est, quando statutum dat executionem tantũ, puta, quod habeat executionem paratã, & isto casu exceptio non tollitur: secundus casus est, quando statutum dat vim rei iudicatæ, & tunc præiudicat, & ita sentit Roderic. Soarez. ad l. post rem iudicatam, par. 2. ver. sed pro euidentia, folio mihi 642.

Secundo loco considerãdum est, quod si hoc dictum, Bal. verum esset, operaretur multiplicata priuilegia vno, & eodem tempore, primũ enim esset, quod instrumentum haberet, executionem paratam, quod de iure communi non habet, vt l. 4. §. si conuentione, ff. de iud. Bar. in l. si possessio, §. & si possessio, ff. de acquir. possessio l. minor. 25. ann. cui fideicommissum, ff. de mino.

Quem textum ad hoc propositum dixit singularem, & non esse alibi, Ang. in l. ait prætor, §. 1. de re iud. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. solu. matrim. Rui. cons. 144. num. 7. vol. 4. Cott. in verb. instrumentũ publicum, vbi dicit esse meliorme de iure Boer. decis. 295. num. 9. Pedemon. 129. num. 2. Cagnol. in l. in testamentis, num. 8 de reg. iur. Menoch. de adipiscen. remed. 4. nu. 695. de arbitr. lib. 2. cas. 17. Carau. ritu. 166. num. 31. Roderic. Soarez. in l. post rem iudicatam vers. secutus, nu. 6. Afin. de execut. §. 1. cap. 2. Secundum, quod habet nedum executionem paratam, sed vim rei iudicatę. Tertium, quid operetur contra tertios possessores
35 instrumentum † enim iuratum, & guarentigiatum non operatur contra tertium via saltem executiua, Bal. in l. 1. num. 6. C. commun. de legat. Ang. in l. si vnus, §. ante omnia, vbi Ias. num. 4. ff. de pact. idem Ias. in l. certi condictio, §. quoniam, nu. 10. ff. si cer. petat. in l. iurisgentium, §. prætor ait, num. 9. ff. de pact. in l. Imperatores, in princ. num. 2. ff. de transact. Dec. cons. 198. nu. 5. Rui. consi. 209. num. 21. vol. 1. Alex. cõsil. 83. num. 11. vol. 1. Bart. de guarentig. q. 9. col. 3. vers. aliquando occurrit, Ias. in l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebell. Roder. ad l. post rem iudicatã, lim. 1. fol. 575. Galles. ad form. camer. par. 2. q. 2. num. 3. Duen. regu. 275. num. 6. Menoch. de adipiscen. remed. 4. num. 848. inferens ad statutum Papiæ. Afin. in pract. §. 31. limit. 25. & de execu. §. 1. c. 44. Rolã. consi. 5. nu. 8. & 9. lib. 2. Vant. quis poss. dicer. de nullita. nu. 17.

Bald. tamen Nouell. de priuileg. dot. par. 10. nu. 20. in fine dicit Florentię obseruari etiam contra tertios possessores, & propterea dicit
36 cogitandum. Vel per maritum † iuratum dotem sibi fuisse numeratam, ita Bal. & Salyce. in l. vlt. C. de non numera. pecu. Castrens. consil. 383. circa finem, col. 2. versi. nos autem libro 2. cum late adductis per Menoch. consi. 7. nu. 11. lib. 1.

Addo Rui. cons. 190. num. 8. lib. 1. consil. 132. nu. 7. lib. 4. Ema. Costa. in l. si ex cautione, limit. 9. num. 2. versi. sed & Bartholomæus Soci.

Verum, & hæc coniectura dubi-
37 tationem facit, quia † exceptio nõ

nume-

numeratę pecuniæ non impeditur quibuſcunque verbis prolatis a cre ditore, ita Bald. in l. ſi ex cautione, num. 2. C. de non nume. pecun. immo nec per iuramentum ipſum in contractu appoſitum, vt latè deducit Seraphin de iuramen. priuileg. 60. num. 13. dicens hoc verum tam de iure ciuili, quam canonico.

38 Quare crederem conclusionem eſſe veram † cum requiſitis in materia, vel quod ſint lapſa tempora opponendi, vel quod expreſſe renũciatũ ſit huic exceptioni, vel quod iuratum ſit omnia, & ſingula vera fuiſſe, & eſſe: de primo, Dec. conſil. 536. ante num. 10. immo nec tunc valebit probare pecuniam nõ fuiſſe numeratam. Marſ. ſingular. 222. de ſecundo, Barr. in l. vlt. C. de non numera. pecun. quem ſecuti ſunt Salycet. in l. ſi ex cautione q. p. C. de non numer. pecun. Gozad. conſilio 28. num. 25. Alexã. conſi. 36. col. 6. vol. 1. Iaſ. in §. fuerat, poſt num. 82. de action. Bal. de dot. par. 10. col. 4. & hæc eſt * cõmunis opinio, Cor. conſil. 52. col. 2. verſicu. licet enim vol. 1. conſi. 284. col. 2. eod. vol. conſilio 61. col. 2. vol. 3. conſi. 195. col. penul. & 293. col. 3. vol. 4. De tertio. Soc. conſi. 61. vol. 1. Rui. conſil. 190. col. 3 vol. 1. Seraph. de iuram. priuil. 59. num. 2. vbi nec abſolutionem a iuramento hoc caſu petere poterit.

39 Pariter præiudicabit confeſſio † ſi fiat ſuper rebus immobilibus Bal. in l. 1. nu. 6. C. de priuileg. dot. in l. in contractibus, q. 1. num. 4. C. de non numera. pecu. Didac. var. reſolut. lib. 1. cap. 7. in fine, vbi rationem reddit, quia in bonis ſtabilibus, ceſſat ſuſpicio fraudis, & ſimulationis, Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 12. num. 36.

40 Sicut nec quando maritus, † cõfitetur recepiſſe ab extraneo, id eſt omni alio, qui non habet in poteſtate, Bald. in l. 1. num. 6. C. de priui leg. dot. Salyc. in Authent. ſed iam neceſſe, C. de donat. ant. nupt. dixit dictum ſingulariſſimum, Iaſ. in §. fuerat, num. 89. de act. Dec. conſil. 536. nu. 14. Rub. conſi. 78. col. vlt. Io. Lup. in repetit. rub. de dona. int. vir. & vxor. §. 30. num. 12. Marſ. ſingu. 345. Seraph. de iuramen. priuileg. 60. num. 16.

41 Contrarium † tenet Bal. Nouel. de priuileg. dot. par. 10. lim. 3 num. 14. Couarru. var. reſolut. lib. 1. cap. 7. verſ. eſt, & alia, rationibus, de quibus per eos.

Ego verò ita diſtinguendum putarem, aut ſumus in vxore, vel alijs, qui ferè idem reputantur, puta pater, tutor, curator, & ſimiles, & tũc idem, quod in vxore, quoad iſtos dicerem, ſi verò ſumus in extraneo, & tunc procedat opinio contraria ex his, quæ not. Bald. in l. pollicitatione in fine, C. de do. ant. nup. vbi dicitur promiſſio, & factum filiæ, ſiue fiat ab ipſamet, ſiue patre, ſiue aliquo eius adminiſtratore, & militat eadem ratio.

Vel dicerem, quod concluſio vera ſit in extraneo, ſi ſubſequatur promiſſio, quæ eſt loco realis numerationis, & tollit exceptionem non numerationis, Bar. & Caſtrenſ. in d. l. in his, §. 1. vbi etiam Alexan. ſequitur.

Secundus caſus principalis in hac materia eſt, quando conſtante

42 matrimonio eſt facta confeſſio † dotis, & in dubio præſumitur facta ſpe

spe futurę numerationis, & consequenter non pręiudicat creditoribus etiam in instrumento guarentigiato, & renuntiatum sit cum iuramento exceptioni non numeratę dotis, vel lapsa sint tempora ad eam opponendam, prout in praecedenti capite dictum fuit. Rui. cons. 137. num. 4. lib. 4. Bello consi. 48. Didac. var. resolu. lib. 1. cap. 7. num. 6. vers. quamobrem, Menoch. de pręsump. lib. 3. pręsump. 13. num. 30. cum sequen. Et declarationes, & dicta in primo capito hic accommodari possunt, cũ Doctores promiscue procedant. Et maxime non praeiudicat si posteriores creditores habeant causam onerosam. Campeg. de dot. q. 53. Bello. cons. 47. num. 6. latè decis. Perus. 66. nu. 34. ita intelligens Ruin. cons. 132. col. 3. lib. 4. Rolã. consi. 93. num. 32. lib. 1.

Redeundo igitur ad principalẽ cõclusionem, scilicet publicatis bo
43 nis mariti non publicatur dos, † quam habuit ab vxore, si constat de reali numeratione, vel si non constat de reali numeratione, auditur vxor contra fiscum, & alios creditores stante confessione simplici, sed lapsa sint tempora opponendi exceptionem non numeratae dotis, vel cum iuramento appareat expresse renunciatum exceptioni non numeratae dotis, vel cum confessione concurrant aliqua adminicula, vt promissio praecedens, vel quid simile.

Et sic ex praedictis patet intellectus ad allegatam l. si quis post hac, C. de bon. damnat. vbi fundatur tota hęc materia. Alio modo, & pulchre, & sub compendio verborum concludebat Boer. decis. 230. nu. 3. aut confessio emanauit antequam ipse maritus, siue confitendo, siue contrahendo alijs se obligaret, & tunc creditoribus, & fisco praeiudicabit: si verò confessio emanauit post ius quaesitum fisco, vel creditoribus, & tunc aut sunt elapsa tempora, vel nõ, primo casu adhuc praeiudicat, aliàs non.

Illud bene crederem aequum, & rationabile, quod data ignorantia
44 † creditores, & multò magis fiscus veniret restituẽdus, saltem ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, & licet Boer. hoc non approbet in d. decisione, quia de facili fieret fraus mulieribus a creditoribus ignorantiam allegantibus casu, quo ipsę non possent probare dotẽ, nisi per cõfessionem maritorum, sequi videtur Boui. dicto statut. praescrip. glos. 3. num. 14. Quia respondetur, quod consulẽdum est mulieribus, sed econtra etiam creditoribus, & eorum indemnitati prouidendum: quid enim scio ego creditor, qui bona fide contraho si tu cum alijs contraxisti, nam nedũ in extraneo, sed in vicino, & coniuncto, in quibus
45 alias cadit praesumptio † scientiae, praesumitur ignorantia contractus facti per alium vicinum, vel coniũctum, vt voluit Alexan. consi. 80. colum. 3. versic. nec obstat quod testis dicat, volum. 2. consi. 71. col. penul. & seq. vol. 1. Dec. consi. 445. col. fin. versic. 10. Caepoll. consi. ciuil. 47 colum. 2. Corn. consi. 147. col. penult. vol. 2. Curt. iun. in l. 1. colum. 9. vbi Purpurat. col. 14. ff. si cer. peta.

Vnde non potest attestari coniũctus, & dicere ego scio coniunctum meum non fecisse talem contractũ. Castrens. in d. l. 1. in fi. ff. si cert. pet.

Fely.

Fely. in cap. literis, col. 2. de præsump. Rui. consi. 23. num. 19 & consilio 25. colum. 2. volum. 5. Anton. Gabr. de præsumpt. conclus. 6. num. 14. Menoch. lib. 6. præsumpt. 24. num. 4.

46 Præterea in facto alieno probabilis est ignorantia, † l. si. ff. pro suo, latè Menoch. lib. 6. præsumpt. 23. num. 51.

Imò, & vicinus, & coniunctus præsumitur ignorare factum, si cũ eo non conuersetur. Socin. consilio 187. num. 22. versi. secunda via, libro secundo, quem sequitur Dec. in l. 1. in 3. lectu. num. 59. vbi Ripa, num. 46. Purpura. num. 115. Neguf. num. 37. ff. si cer. pet. Quomodo igitur scire potero confessionẽ factam inter maritum, & vxorem?

47 Præterea scientia † in facto alieno præsumitur si tendat ad ipsius commodum. Maran. in l. is potest, num. 229. ff. de acq. hæredit. ergo si ad damnum resultet, prout in casu isto, ignorantia est præsumenda.

Nec videtur quomodo deduci ad actum practicum possit id quod contra creditores in dicta decisione subiungit Boer. quod debent consulere iurisperitos etiam rustici, & mulieres, sicut vadunt ad ciuitatem pro indulgentijs, & ad nemus pro lignis ex d. Bal. ad l. iuris ignorantia. C. qui admit.

Quia quid possunt concludere iurisperiti si aliquid est factum, vel non, & a quo sit factum, cum a multis, & diuersis potuerit esse factum, debent ne creditores tuba canere ad reperiendum si confessio facta fuit, vel non?

48 Et si adhuc replicetur contrahens † cum aliquo debet perquirere conditionem illius l. qui cum alio, ff. de reg. iur. l. penul. ff. ad Macedon. quia respondetur, quod cõclusio in se verissima est, sed semper venit limitanda, ex iusta, & probabili ignorantia. Hinc dicebat Aretin. in l. 2. in principio, col. penul. ff. solut. matr. in dubio præsumi creditorem sciuisse debitorem sibi delegatum fuisse inopem, & imputandum est, quod illius conditionem non perquisiuit, nisi creditor deducat iustam eius ignorantiam, aut fuerit delegantis dolo inductus, asserentis esse idoneum, iuxta l. inter causas, §. abesse, ff. mandat. pariter dicebat Aquens. in l. 2. C. de pact. quod si emptor hæreditatis non sit soluendo, & creditor hæreditatis egerit contra eum, de rigore iuris non poterit ad venditorem redire, cum in dubio facultates eius sciuisse præsumatur, ex ęquitate tamen subueniri creditori per replicationem allegando probabilem ignorantiam, ne debitor locupletetur cum aliena iactura, idem in recipiẽte fideiussorem minus idoneum, vt ex probabili ignorantia excusetur, Alex. consi. 60. vol. 5.

49 Pariter igitur excusandi videntur creditores † contrahentes post confessionem dotis, deducendo probabilem, & verisimilem ignorantiam, & hoc mihi ęquissimum videtur, & ita tenet Gui. Pap. q. 173. & q. 301. Alciat. regu. 2. præsump. 24. num. 5. Pinell. in l. 2. par. 2. numero 38. C. de rescind. vendit. Menoch. de præsumpt. lib. 3. pręsump. 88. num. 16. & 17.

50 Quare creditores † veniunt restituendi ex probabili ignorantia, cum ex ea regulariter cõpetat restitutio.

tutio.Bart.in l.1.§.si quis,ff.de itin. act.priuat.in l.filiusfamil. §.in hac, ff.de verb.obliga. in l.Æmilius,nu. 5. ff.de min.& est communis opi-**nio.Alexã. de magis **communi, consi.3.num. 12.lib.5.Sfort.de restit.q.8.artic.9.

Et fraus non parua contra creditores presumitur si maritus statim post confessionem contrahat multa debita. Vrsill. ad Afflict.402.nu. 2.ex Aret. in §. item si in fraudem, col.7.insti.de act.

Et per prædicta infertur notabiliter ad quæstionem,quæ sæpius in facto occurrit in hoc malitioso viuendi genere, quidam donauit alicui omnia bona sua, postea vendit,
51 vel alio simili modo contrahit† cũ aliquo,an succurratur emptori, vel creditori post donationem contrahenti ex aliquo capite? & vtique facit quod sic declaratio superius allegata, scilicet, quod creditoribus contrahentibus post confessionem mariti dotis receptæ succurritur ex capite probabilis ignorantiæ.

Et vltra allegata in hoc discursu confessionis dotis addo dictum Bal. singulare,& ab omnibus commendatum in rub. C. de reuoc.his quæ in frau.credit.sub num. 5. vers. sed pone,vbi vult,quod si primo donaui filio meo emancipato omnia bona, postea recepi sub cambio multas pecunias, quod istis creditori-
52 bus† succurritur, non obstante donatione præceden. sequitur Petrus de Vbal.de duob.fratr.part.8.q.31. dicunt singularem,& notabilem Aret.& Ias. in §.item si quis in fraudem ille, num. 30, iste num.60.instit.de act. Sebast. Medic.de compẽ. pat.2.q.10.num.78.& subdit Bald. in citato loco,maxime quando creditores posteriores essent ex causa onerosa, prout sæpissime occurrit.

Ad idem facit,quia in contrahẽ-
53 do tacens † aliquam qualitatem, quam si expressisset aduersarius nõ contraxisset, dicitur esse in dolo, Alex.consi.109. col.pen.versi.plus dico,lib.4. vbi loquitur in tacente qualitatem rei feudalis, quam vendit,idem cons.14.col.fi.& 95.vol.5. Castr.cons.411. in fi.lib.1.Corn.cõsil.190.col.6.vers.tamen in casu,libro 6.pulchre Crau. consi.192.sub nu.1.vers.quinimò, vbi bene loquitur.idem consi 83.num.3.221.nu. 8.vers. similiter, qui multis similibus comprobat,consi. 282.num.7. 670.num.3.630.num.13.936.nu. 30.Bero.consi. 177.num.42.& 43. lib. 1. latè Mascard. de probat.conclus.531.num. 32.Menoch.de præsump. lib 5. presump.3. nu.73.Sebast.Medic.de cas.& peric. par.1.q. 10.vers.19.

Tertio moueor ex alia ratione; nam quotiens cõcurrunt simul cau
54 sa † lucratiua, & causa onerosa,attenditur onerosa,ita sentit Bald.in rubr.C. de reuoc. his, quę in fraud. credit.in primis verbis,sequitur Socin.reg. mihi 155. emptorum,lim. 5. Alex. ad Bart.in l. siue autem,§.si duobus, ff. de publician. Ias dicens hanc limitationem fortem,& notabilem,in l.quotiens,limit.10. C.de rei vendicat.Maximam, & singularissimam, in §. item si quis in fraudem,sub num. 116.instit.de act.sentit Marsil. in l. qui duobus, nu.10. ff.de fals. Ferrat.cautel.48.in fine allegando Bald.in citato loco Anton. Trigo.singular.15.Paris.consil.11. col.antepenul.vol.1.& consilio 69. col.

col. 16.vol.3.pulchre Io.I up.in ru bri.de dona.inter vir. & vxo.§.8 i. num. 15. vbi loquitur ad casum de quo agimus quando præcessit donatio.

Quarto facit consilium Dyni al legatum,& approbatum per Bar.in l.si mater,§. fi.ff. de exceptio.rei iu-
55 dic. vbi donatarius † non admittitur ad probandum contra emptorem, qui post donationem emit.

Nec obstat regu.l. qui cum alio,
56 † quia non procedit stante dolo,qa tacuit,quod præiudicabat. Alexan. consi.60.lib.5.Dec.& Cagnol.in d. l.qui cum alio, & datur probabilis ignorantia, quia donationes,vt plurimum secreto fiunt iuxta ea, quæ supra diximus. Et facit in simili in materia fraudis, quod dispositio,
57 † l.quotiens, C.de rei vendicat.nõ procedit,nec habet locum si secundus emptor, cui res tradita fuit, emit in fraudem primi; nam tunc non obstante,quod secundo res tradita fuerit, præfertur primus, cui competit reuocatoria contra secundum, ita dixit singularissime Bald. in rubr.C. quæ in fraud. credit.in primis verbis, appellans hanc conclusionem mirabilem, sequuntur ibi Alber.Salyc.in decima opposit. Ias. in nona limitatione appellans hoc dictum singulare.Socin.regul. 118.limit. quarta. Alex. ad Bart.in l.siue autem, §. si duobus,ff.de publican.idem Ias. hoc valde commẽdans,in l.fi. col. penul. C. de sacros. eccles. in §.item si quis in fraudem num. 116. de act.vbi appellat maximam,& singularissimam limitationem.Marsil.in l.qui duobus,col. 2. de fals.Trigo. singular. 15. vbi extollit vti dictum singulare. Paris. consi. 11.col.antepen.vol.1.consil. 69.col.16.vol.3.Ferrat.cautel.48. in fine,Io. Lup. in cap.per vestras, in rubr.illius tituli, §. 81. num.11. fol.94. vbi appellat singularem, & vulgatissimam doctrinam. Anton. Gabriel.de empt.& vendit.conclusio.2.num.30.lim.4.

Addo, quod hæc est communis * opinio, a qua in iudicando non est recedendum.Gomes.de cõtract. tom.secundo,cap.secundo,in secunda limit. huius conclusionis, & ex præfatis Doctoribus colligitur fraus data scientia secundi emptoris.

Vnde cautela est, vt deducta scientia primum emptor præferatur non obstante traditione facta secundo, quæ debilitatur a fraude secundi emptoris.

Limitatur tamen principalis
58 conclusio,quod confiscatis † bonis mariti non veniat dos in præiudicium vxoris, vt non procedat in commoditate fructuum, quæ est mariti constante matrimonio;nam illud venit in confiscatione,ita Ioã. Lup. in repetit. rubric.de donatione inter virum & vxorem, §. sexagesimosexto,sub numero vigesimo tertio,folio septuagesimotertio,versa pagina.

Et illud addam in practica quod
59 dos † confessata elapso decennio habeatur pro vera numeratione, nec maritus,nec fiscus,nec creditores excipere possunt. Natta consilio 438.numero octauo,libro secundo, Ancar.consil. 407.Boui de stat. pref. gloss.tertia, numero decimotertio, ex textu in Authent. vt exact.dot.

QVÆ-

QVÆSTIO XI.

X. Q. principalis.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommißo supposita, quod veniant in confiscatione bonorum, durante vita grauati, num. 6. contra num. 7.*
2 *Testatori non licet suis bonis dicere legem, quæ noceat fisco.*
3 *Testator prohibendo alienationem, de qua præsumatur cogitaße.*
4 *Prohibitio alienationis non impedit prohibitum alienare pro tempore vitæ suæ pro satisfaciendo creditoribus.*
5 *Taciti, & expreßi par est virtus.*
8 *Cautela qua pater potest prohibere ne bona veniant in fiscum ex delicto filij.*
9 *Prohibitio alienationis potest expressè fieri respectu fisci.*
10 *Formula conficiendi prohibitionem alienationis in fiscum.*
11 *Fideicommißum iniunctum alicui si sine filijs deceßerit, intelligitur de morte naturali, non de ciuili.*
12 *Prohibitio ad tempus facta filijs censetur fauorabilis, etiam in legitima num. 13. Idem in Trebellianica, num 14.*
15 *Cautela ne filius poßit dicere testamentum nullum.*
16 *Filius, quod poßit renunciare dilationi sibi fauorabili.*
17 *Fideicommissarius, quomodo possit renunciare fauori suo.*
18 *Fauori suo, quilibet potest renunciare quatuor concurrentibus.*
19 *Lex filijs matrem, C. de inof. testam. quod non sit correcta per l. quoniam in prioribus, C. eo.*
20 *Patri aßerenti se actum facere in fauorem filij an standum sit. 22.*
21 *Confessio facta a libera persona, quæ non potest, actum facere nisi concurrat illud quod aßeuerat, est suspecta & presumitur in fraudem, ad hoc vt ille actus fieri possit.*
23 *Pater, in dubio, præsumitur semper eligere salubrius consilium pro filio.*
24 *Prohibitio hominis, expressa, vbi concurrit vltra fideicommißum factũ a testatore, confiscatio bonorum, nõ admittitur.*

SED nunquid in confiscatione bonorum veniant bona fideicõ
1 misso † supposita? Et pro parte affirmatiua facit textus in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de leg. 2. vbi alienationis prohibitio non nocet fisco,
2 cum non liceat testatori † talem legem dicere, quæ verba proprie referuntur, quando fiscus occupat propter delictum, si enim occuparet ex causa tributorum, prout multi interpretantur, satis fuisset legislatori excipere creditores, nihilominus excipit in specie fiscum, vnde ibi probari videtur, quod bona vetita a testatore alienari propter delictum, possunt confiscari, & ad hoc ita ponderat illum textum Alciat. consilio 783. qui subdit rationem esse, quia non est verisimile ipsum testatorem † intelligere, voluisse de alienatione necessaria, l. peto §. fratre, ff. de legat. 2. sicut nec de ea, quæ fit per successionem ab intestato, l. cum pater, §. cum inter, ff. de legat. 2. quæ tamen non est, adeo necessaria, cũ possit testator ad sui libitum testari, & alteri relinquere.
3
Secundo

Secundo pro hac opinione facit textus, in l. peto. §. prędium, ff. de legat. 2. vbi prohibitio, † alienationis
4 expressa facta hæredi, non impedit, quin possit alienare bona prohibita alienari pro satisfaciendis creditoribus, donec vixerit, demum reuocatur, per quem textum dixit Castrēs. in d. §. diui, col. fi. vers. cętera, quod etiam bona expressè prohibita alienari per hæredem propter eius delictum transibunt in fiscum vita delinquentis durante.

5 Tertio taciti, † & expressi par est virtus, l. cum quid, ff. si cert petat. hinc videmus, quod sicut conditio expressa impedit ortum obligationis, l. cedere diem, ff. de verb. signifi. item sicut dies expressa interpellat & constituit debitorem in mora, ita, & hæc, l 2. in fine, C. de iur. emphyt l. & si mora, ff. solut. matrimo. sed nos habemus, quod qui habet
6 bona † subiecta restitutioni fideicōmissi, quæ tacitè prohibentur a lege alienari, l. fi. §. sed quia, C. commun. delega. Auth. res, quę, C. eod. si committatur delictum, confiscantur durante vita grauati, & adueniente conditione per fiscum restituuntur, l. Statius. §. Cornelio. ff. de iur. fisc. l. cum pater, §. hæreditatem ff. de legat. 2. l. ex facto. §. ex facto, ff. ad Trebellianicam, ergo idem dicendum in expressa prohibitione.

Et hanc opinionem vltra, Castrens. in citato loco tenuit Roma. in l. si constante. §. fina ff. soluto matrimonio, Ang. in l. Papinianus. §. meminisse, ff de inofficioso testam. & hanc dicit veriorem, & magis * communem Alciat. respon. 783. Quare pro resolutione considero aliquas conclusiones principales.

7 Prima sit conclusio, bona † expressè prohibita alienari a testatore non possunt in fiscum transire etiam durante vita prohibiti, Bart. & Ang. in l. Imperator, ff. de fideicommiss. libert. Ioan. And ad Spec. titu. de feud. §. quoniam, versiculo 40. Alexan. consil. 23. volum. 1. Ias. in §. diui, in 2. Lectu. colum. 4. vers. 6. pondera, vbi Ripa, num. 47. Ferdin. Loapez. num. 114. Opizzo. numero 47. Crot. num. 42. Soc. consi. 121. num. 22. volum. 4. Marsil. in l. fina. num. 191. ff. de iurisdic. omniū iudicum Dec. consil. 442. colum. 3. num. 27. Boer. decisio. 268. num. 6. Ruin. consilio 23. num. 11. volum. quinto, consi. 24. num. 10. consilio 25. num. 10. eod. volum. consil. 124. num. 5. cons. 125. num. 4. volum. 2. Alciat. consilio 522. 533. in princ. & 650. vbi dicit hanc esse * communem opinionem, quam vidit obseruari tempore, quo exercebat officium aduocationis, Roland. pariter de communi consilio 118. nu. 14. libro secundo, Iul. Clar. quæst. 78. vers. item quarto.

Addo bene loquentes, & de communi pariter attestantes Cur. iun. consilio 120. numero decimo, Curt. sen. consilio 60. numero 22. Soc. iun. consi. 77. col. fi, vol. 2. consi. 49. volum. 3. Abb. consilio 1. ante numerum 16. Boss. dicens hanc opinionem etiam vsu receptam in tit. de publica. bonorum, num. 39. 41. 59. Crauet. consi. 373. num 2. Ber. consilio 28. num. 12 libro primo, & quæst. familiar. 41. pulchre Hierony. Gabr. consilio 123. num. 16. libro primo, Grammat. decisi. 105.

numero 31. Boer. decisione 268. numero 6.

Quare Angel. ad tollendam malignam fiscalium iudicum tergiuer
8 sationem excogitauit quandam † cautelam in l. quotiens, C. de fideicommiss. vt parentes, qui habent filios dissolutos, iubeant non alienare, & in casu alienationis illa bona adiudicari tali hospitali, vnde dicit se fecisse filios alienare præcedente prius repudiatione, vel transactione cum præpositis hospitalis, iuxta cautelam, l. de his. ff. de transact. cõmendat ibi Ias. & Veron. cautel. 210. dicens pluries practicasse, Cott. in memorab. in verb. testamentum circa medium, vbi dat securiorem cautelam si obtinere posset, scilicet, vt tale testamentum cõfirmaretur a principe.

Secundus casus principalis est,
9 quando fit expressa prohibitio † ratione fisci, & tunc pariter hoc fieri potest, vt respondit Alciat. consilio 533. in fine: clarius idem Alcia. hoc dicit ad §. diui. dicendo, quod testator potuit hanc legem imponere, nec ipse fraudem fisco facere videtur, qui nihil deliquit, & potuit testator legem imponere rei suæ, & delinquentem hæredem, quod in se est, bonis suis priuat, & ad aliũ trãsfert, & idem ibi tradit Rui. in quarto notabili.

Vnde cauti patres, & testatores, verbis admodum exquisitis, & accommodatis disponere solent in huiusmodi casibus, ad fugiendas con-
10 fiscationes, † & vnam approbat Ruin. consil. 129. colum. 2. volum. secundo, quem commendat Rolan. eius discipulus, consilio 56. numero 11. vol. 1. Et si aliquis ex dictis hæredibus suis tempore mortis suę vel alio quouis tempore tentauerit, vel mẽte conceperit aliquid moliri, propter quod indignus posset fieri, vel incapax hæreditatis, & bonorum suorum, quod eo casu, & actu, quo talia moliri contigerit, hę reditas, & bona perueniant, & peruenire debeant in N. &c. subiungẽdo etiam, & si aliquis institutorum veniret ad aliquem actum, vel cogitatum, quo cœpto, nec dicta hæreditas, & bona venirent confiscanda, tum ipso iure, statim, & incontinenti antequam ad cogitationem ipsam deuenerit ipsa bona veniant, in N. qui talia non tentauerit, & in summa iuris intellectu deuolutio bonorum præcedat principium, cogitationis ad malum. hanc eãdem formulam sentit Soci. iun. consilio 34 numero septimo, & octauo, consilio 49. libro tertio, vbi respondet ad multa contraria, Natt. cons. 528. Alba consilio septimo, Marza. de fideicommiss. par. 2. quęstion. 47. vbi addit ponendam aliam clausulam ad maiorem declarationem, declarans mentem suam esse principaliter, prouidere pro conseruatione bonorum suorum in familia, non autem facere aliquam fraudem fisco, & per hoc tollũtur multæ obiectiones Ripæ, & aliorum.

Aliam assignat cautelam Boss. de publicat. bonorum num. 305. quod filius exhæredetur. idem tradit Curt. iun. consilio 182. Soc. iun. consilio 51. libro 1. Ferret. consilio 169 Dec. consilio 438. Paris. consil. 155. in fin. libro 4. vbi refert Dec. in allegato consilio. Silua. consilio 79. num. septimo, vbi refert simpliciter Curt. iun. Riminal. consilio

136.

136. Ruin. consilio 124. libro 4.

Tertius est casus, fideicommis-
11 sum † iniunctum alicui si sine filijs decesserit, intelligitur de morte naturali, non ciuili, l. statius, §. Cornelius, vbi tex. not. ad hoc, ff. de iur. fisci. quem textum dixit notabilem Bald. consilio 280. libro 1. quod fideicommissum iniunctum si sine filijs decesset it, non verificatur per ingressum religionis mendicantiũ, & si hęres vendiderit, & postea ingressus sit religionem, emptor non debet interim molestari, donec sequatur mors naturalis. Alexan. consilio 121. columna prima, libro secundo, in l. si finita, §. si de vectigalibus, sub num. 30. ff. de damn. infect. Rub. consilio 154. Ripa, in l. ex facto, §. ex facto, num. 11. ff. ad Trebel. & in l. filiusfamilias, §. diui, sub num. 47. ff. de legat. primo, Bero. quæstione 41. & consilio 78. viso themate, libro primo, Afflict. decisio. 282. Boer. decisi. 278. Natt. consilio 528.

In omnem tamen casum si condemnetur filius detrahitur legiti-
12 ma, † quæ non est supposita oneri fideicommissi, vno tantum casu excepto, quando pater propter minorem ętatem filiorum prohibuisset alienationem omnium bonorum vsque ad certum tẽpus; talis enim prohibitio non censetur onerosa filijs, sed potius fauorabilis, & ideo valet etiam respectu legitimæ, & * hæc est communis * opinio. Dec. consilio 442. num. 28. Boss. de bon. publi. num. 41. Ruin. consilio 23. libro quinto, Kiminal. consilio 243. Iul. Clar. in §. fina. quæst. 78. versic. item quæro.

Vnde si pater videt filios parum industriosos, vel minus idoneos ad conseruationẽ bonorum, vel quia minores, vel prodigi, vel dissipatores, vel similes potest eis prohibere
13 alienationem † legitimę vsque ad certum tempus sibi ad fauorem filij bene visum. Ita vltra supranominatos scribentes tradit Alexand. in l. multi non notę, ff. de vulgar. & pupilla. Ias. hoc valde commendans in l. filijs matrem, num. 2. in 6. omnimodo, colum. 2. limit. 1. C. de inoff. testam. & ibi latè Roderic. Soarez. in prima limitat. Rip. in d. §. diui, num. 24. Crot. num. 16. Opizzo. num. 34. Alciat. num. octauo, Ferdinand. Loaz. num. 22. Dec. in l. in quartam, num. 122. ff. ad l. Falcid. Boer. quæst. 38. colum. 2. Bero. quæstio. 87. Galiau. in l. Centurio, num. 241. de vulga. & pupill. Gugliel. in cap. Raymutius, in verb. reliquit, numero 32. de testam. vbi dixit esse multum vtile in practica. Ruin. cõsilio 87. colum. penul. volum. 4. consilio 23. num. 15. volum. 5. Abb. cõsilio 7. num. 21. consilio 57. num. 10. Rub. Alexã consi. 27. 34. & 97. Alciat. reg. 2. præsump. 1. consi. 645. Dec. consi. 386. col. 2. versi. dico, consilio 442. col. penul. vbi inquit hanc * esse communem * opinionem. Ias. reputans hoc vbique valde notabile, prout in §. diui. in 1. lectu. col. 1. in fine, versicul. limita notabiliter. Roland. consilio 31. num. 30. vol. 1. vbi idem dicit fieri posse in prohi-
14 bendo trebellianicam, † quæ non est adeo fauorabilis, prout legitima & consilio 98. num. 25. vol. 2. vbi hoc ponit pro constanti, & indubitato. Ioan. dilect. in cautel. testand. de varijs stat. percept. conclus. secunda, Anton. Gabr. de legitim. conclu-

 sio.

sio.prima,numero vigesimo,vbi dicit hanc esse magis * communem opinionem.Card. Alban.ad Bartol. in l.quoniam,in prioribus,numero quarto,Mich.Crass.recept.sentent. in verb. legitima, quæstio.37.nu. 16. vbi dicit hanc esse magis communem opinionem.

Ad tollendas autem difficultates
15 datur consilium † a Bart. in l.cum ex filio,num.3. ff.de vulg.& pupill. eligendo mediam viam.scilicet, vt filius instituatur in quinque vncijs,& residuum legetur in tempus pubertatis, vel simili; nam isto casu filius non potest dicere testamẽtum nullum, quia reperitur institutus, nec poterit statim agere ad supplementum,quia querela non competit,l.multi non notæ, de liber. & posthum. l. cum ex filio, de vulg.& pupill.sed ius agendi ad supplemẽtum cõpetit loco querelæ, l. si quis filius & l. omnimodo, C.de inoffic. testam.ergo ei non competit ius agendi ad supplementum, vti excluso a querela commendat Roderic. Soarez.ad l.quoniam, limitatio prima, colum. 6. in fine dicens esse bonam cautelam.

Et prædicta colliguntur esse ve-
16 ra † quando sumus in claris talem prouisionem filio prodesse, secus si essemus in dubio, quia tunc reijcitur, ita Roderic. in citato loco, sub num. 5.

Declarantur vlterius prædicta, vt filius, in cuius fauorem est apposita dilatio, vsque ad certum tẽpus possit ei renunciare, & dicere, ego vti creditor in legitima volo eam absolute reiecta tali dilatione etiã ad fauorem meum, ita Bald.in Authen. [illegible] causa,num. 23. in quarta opposit.C.de liber.præterit. & in l. si pater,columna 2. C. de instit.sub condit.fact.per textum,in l.si ita relictum,§.pegasus, ff.de legat. 2.qui textus iunctis, ibi not.maximè per Castrens. probat in argumentum Bald. conclusionem: quærit enim ibi Petr. & post eum Bald. & Castr. in fine si sit appositum tempus in fideicommisso ad fauorem fideicõmissarij,puta,quia impubes in tempus pubertatis, an possit petere ante tempus,& concludunt,quod sic,
17 quia † fideicommissarius potest renunciare fauori suo.

Sed ad hoc de facili respondetur, quod fideicommissarius impubes potest petere ante tempus in sui fauorem appositum,& ei renunciare, si hoc magis expediat, aliàs non, prout dictum,§.pegasus a Bald. allegatum,& eius materiam melius explicat Castrens.in l. cum patrem,§. curatoris, ff. de leg. 2. & ibi etiam notabiliter sentit, quod si quæratur an tempus sit appositum fauore hæredis, vel fideicommissarij, quod si in fideicommissario concurrat qualitas inhabilitatis, quia impubes, prodigus, dilapidator, & similes,quod tempus præsumitur appositum fauore fideicommissarij, & hoc clare si bene ponderetur,innuit textus in d.§.pegasus.

Ex quibus postea infertur declaratio ad regul. l. penult. C.de pact.
18 quod fauori † suo quilibet renunciare potest:licet enim longa serie multa dicat Fely. in cap.si diligenti de for.compet.Socin.regul.419.renunciare.Castrens.in d.l. penult.tamen dari potest vtilis, & compendiosa doctrina quadripartita: iuri, & fauori suo, quilibet renunciare

potest

potest quatuor concurrentibus. Primo, quod sit ius positiuum, & non ius naturale, vel sanguinis. Secundo, quod sit inductum mero tãtum fauore renunciantis. Tertio, quod renunciatio non inducat aliquid contra bonos mores, vel ad peccandum. Quarto, quod persona, quæ renunciat libere a iure possit renunciare non sit minor, mulier, vel similes. Quinto, quod renunciatio maiorem afferat vtilitatem, quam non renunciare, prout in casu, de quo agimus, & sic credo dari posse compendiosam doctrinam in hac vulgari, & in ore omnium conclusione, licet antiqui, & alij profundant integras columnas. Vnde ad propositum non expedit filio renũciare tempori præfixo ad fauorem suum pro legitima, quia si fortasse est impubes caret iudicio, & nescit consulere rebus suis, sed effectus pubes melius consulet, & sic discurrendo in prodigo, dilapidatore, & similibus, quia eorũ defectus fortasse cessabunt in tempore præfixo in restitutione fideicommissi: posset etiam accommodari vnum aliud de supradictis requisitis, quia non est in merum fauorem filij tantum, sed tangit publicam vtilitatẽ legitimam filijs conseruari, prout dotes mulieribus, & sic non est in merum fauorem renunciantis. Adducit etiam Bald. pro hac sua opinione textum: stipulatio hoc modo concepta in §. inter certam, ff. de verb. obligat. sed ibi loquitur in debitore, qui potest diem certum præuenire: nos autem loquimur in filio, cui non expedit renunciare huic dilationi a patre in legitima appositæ.

Et reperio, quod contra Bal. auctoritatem tenuit Alexan. in l. multi non notæ, in fine, & Iaſ. in l. filijs matrem, C. de inoffi. testam.

Et in specie Bald. opinionem offendere videtur textus in dicta l. filijs matrem, vbi apertè denegatur filio querela, si est institutus sub cõditione fauorabili, nec ibi fit distinctio an filius velit, vel non: immo aperte denegatur filio potestas querelandi.

Præterea Bart. Bald. & alij in d. l.
19 filijs † matrem, aperte tenent eam non esse correctam per l. quoniam in prioribus, ergo non potest dici esse in voluntate filij parere conditioni, vel illam spernere volendo legitimam sine dicta conditione, cum dicta l. expresse permittat patri hoc facere, & filio expresse deneget querelam.

Sed nunquid standum erit asser
20 tioni † simplici patris se id facere, vt filio consulatur, & ad ipsius fauorem? & Alciat. in l. cum proponas, columna tertia, in principio, versiculo sunt tamen, C. de pact. tenuit assertioni patris in hoc standum: non esse ex doctrina gloss. in l. si donatione, vbi Bartol. numero secundo, pariter Bald. eodem numero Alexan. & Castren. numero sexto, Iaſ. numero quinto, C. de collat. dicentes illam gloss. esse valde notabilem, & singularem, & quod tota die allegatur, quod quotiescunque assėueratio fit a libera persona, quæ non potest actum facere, nisi concurrat illud, quod asseuerat,
21 talis confessio † est suspecta, & præsumitur in fraudem, ad hoc, vt ille actus fieri possit, Bart. in l. si forte, numero tertio. ff. de Castrensi peculio,

culio, in l. per diuersas, C, mandat. in Authent. si quis in aliquo circa finem, C. de edend. Bald. in Authen. hoc ius porrectum num. 7. C. de sacrosf. eccl. in l. cum aliquis, C. de iur. delib. Io. And ad Spec. super rub. de reb. eccles. non alienand. nisi aliqua probabilis vlterius coniectura concurrat, argumento, l. etiam, §. 1. ff. de manumis. vindict. Cano. in cap. quamuis, il primo de re iudicat. & eandem sententiam consulendo tenuit idem Alciat. respons. 635.

Contrariam sententiam, quod
22 in hoc stetur † asserrioni patris tenuit, Pic. in repetit. l. in quartam, num. 123. ff. ad l. Falcid. dicens hoc perpetuo menti tenendum, Ferdin. Loaz. in repetit. §. diui, num. 22. Alciat. contra morem suum sibi contrarius, respons. 522. Roland. consi. 98. num. 29. vol. 2.

Et mihi admodum satisfacit, cũ in hoc casu non possit imaginari fraus per patrem contra filium, & in dubio semper præsumitur patrẽ
23 † eligere salubrius consilium pro filio, l. nec in ea, ff. de adulter. Alcia. regu. 1. pręsumpt. 2. vbi in discursu hanc opinionem tenere videtur.

Si tamen filius apud omnes reputetur sani, integrique iudicij crederem illam prohibitionem cessare debere præsertim post legitimam ætatem, & superius formatam conclusionem ponit Ferrat. cautel. 35. ponens hoc pro cautela firma, & solida.

Altera sit Conclusio. Vbi vltra fideicommissum factum a testatore concurrit expressa prohibitio
24 † hominis, tunc non poterunt publicari, nec venient in confiscatione bonorum ex quo in hoc casu adest duplex vinculum prohibitionis, l. fin. § fina. ff. de legat. 2. Alexander in l. quidam testamento §. finali, ff. ad Trebellian. Ruin. consilio 168. numero vigesimosecundo, volumine tertio, consilio 82. numero quarto, volumine quinto, est communis * opinio de qua per Rolan. consilio nonagesimooctauo, numero vigesimo, volumine secundo, Bero. quæstione quadragesimaprima, numero quinto, responsio ad contraria.

Et conclusio superius firmata in modo prohibendi alienationem legitimæ vsque ad certum appositum tempus, extenditur ad Trebellianicam, vt latè deducit Roland. consilio trigesimoprimo, numero trigesimoprimo, vol. 1.

QVÆSTIO XII.
X. Q. principalis.

SVMMARIVM.

1 *Filius tenetur alere patrem bannitum idem in filia nupta, num. 3.*
Imò eum hospitari, & receptare, nec ob id punitur, num. 3.
Et ei etiam dare vestitum, quod venit appellatione alimen. num. 4.
Nisi esset bannitus propter pacem ruptam, num 5.
6 *Pater bannitus non debet ali de bonis sibi ablatis ex delicto, & filio applicatis.*
7 *Patri bannito ex crimine læsæ maiestatis non debentur, per filium alimenta, cum declaratione, & extensione, num. 12.*
8 *Filio an liceat occidere patrem bannitum.*
9 *Patriæ potius parendum est, quam paren-*

parentibus, data paritate.

10 *Patri non licet occidere filium bannitum, nec econtra.*

11 *Filio licet occidere patrem hostiliter venientem contra patriam, & liberos, in actu flagranti, siue bannitum, siue non.*

13 *Legatum alimentorum non venit in confiscatione bonorum, immo damnato alimenta legari, vel promitti possunt, & num. 15.*

14 *Damnatus restitutus recuperat alimenta præteriti temporis.*

15 *Alimenta sunt iuris naturalis.*

16 *Legatum alimentorum petitur iudicis officio, & dicitur habere naturalem præstationem, quæ iure ciuili non infringitur. Exorbitat ab alijs legatis, num. 17. quia alimenta capit natura, non persona ibi.*

QVÆRO an alimenta veniat in confiscatione bonorum, vel illa sint detrahenda, quæstio vtilis est, & practicabilis, & pro clariori intelligentia ponam aliquas conclusiones.

1 Prima sit Conclusio, filius † alere tenetur patrem bannitum, §. si vero contigerit iuncta gloss. Auth. de incest. nupt. & ibi not. Bart. numero quinto, Authen. incestas nuptias, & ibi not. Bald. numero quinto, C. de incest. nupt. per quę iura, ita tenet Bar. in l. si quis a liberis, §. sed vtrum, ff. de liber. agnoscen.

Et ratio, quia licet pater ex delicto legum contemptor sit, parens tamen est, vt dicit textus, in d. §. si verò contigerit, in fine.

Ampliatur hæc conclusio etiam
2 in filia † nupta, quæ tenetur alere patrem bannitum, l. mutus, §. manente, ff. de iur. dot.

Ampliatur secundo, vt etiam vestitum præstare teneatur gloss. in d. §. si verò contigerit in verb. alia necessaria, bene facit textus in l. legatis in l. vlt. ff. de alimen. & liber. leg. Bart. in l. cum dotem, §. sin autem. ff. solut. matrimon. in tract. de aliment. num. 6. Soc. sen. consilio 10. num. 15. libro primo, Ruin. consil. 139. numero secundo, libro quarto, Pont. de aliment. cap. 17. num. 20. Menoc. de præsump. libro quarto, pręsumpt. 157. nume. 15. immo
3 † hospitari, & receptare, nec de receptatione punitur Socin. consilio 157. columna secunda, libro secundo, Soc. iun. consilio 54. num. 10. libro tertio, Menoch. de arbitr. quæstio. 90. sub numero 44. versic. hinc videmus.

Ex qua gloss. in d. §. si verò contigerit, vltra alios, in materia alimentorum colligitur vnum ad ampliationem l. legatis, & l. fina. ff. de aliment. & liber. legat. vt appellatione
4 alimentorum † veniat vestitus, etiã si alimenta sint præstanda patri impio, & legibus odioso.

Limitatur hęc conclusio primo, quando pater esset bannitus pro-
5 pter pacem ruptam; nam tunc † nõ est alendus a filio, cap. 1. §. si quis hominem in titulo de pac. tenend. & illius violat. vbi no. Bal. num. 7. Afflict. num. 22. Gregor. vol. fi. in l. secunda, titu. 19. par. 4.

Limitatur secundo quãdo patris bona ex aliquo delicto sunt sibi ablata, & filiis reseruata, quia ex istis
6 pater bannitus † ali non debet. Bal. in c. 1. §. si verò violator, per illum textum de pace tenenda dicit notabile, idem Bald. in Authen. bona dãnatorum, num. 4. versi. hic quæro,

C.de bon. proscript. Socin.consilio 123.columna tertia versi.confirma tur,lib.3. Tiraquel.de retracta.Lignaier. §. 1. gloss. quarta, num.72. Roma in l.si verò.§ de viro, nu.39. ff.solu.matrimon.Io. l up.de dona. inter virum & vxo. ante notab. §. 19 num.3. Aret.in tract.malefic.in verbo eius bona publicamus, col. fi.clemen.de patria potestate effect. 17.num.7.

7 Limitatur tertio in patre † bannito ex crimine læsę maiest.Io.Hãnibal. ad l. post contractum, num. 266.ff.de don.Curt.in addi.ad Pau. Castrens.in l.1. §.ius naturale, ff.de iust. & iur. Cordub. de liber. agnoscend.§. sed vtrum, num.16.

Sed quod filius teneatur alere patrem de rebellione damnatum si habeat bona, vnde se alat, dato qđ ex eius delicto patiatur pœnas, de quibus in l.quisquis, C.ad l.Iul.maiest. tenet Io. Igne. in disputatione, an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem, num. 117. sequitur Gig. de crimine læsę maiesta.tit.de plur. & var.quæst.quæst.3. Tibe.Decian.tract. criminal.tomo secundo, cap.12.num.46.

Limitatur quarto in filio veniẽte contra patrem,quia eum nedum alere debet;immo impune. Alex.ad Bart.in l.si quis a liberis,§.vtrum, ff.de liber. agnoscen. Tiraquell. de pœnis,caus.20. numero vndecimo, Duenn.opiniones conciliando,reg. 68.sub numero decimo,versicu. & non obstat.Cordub.ad d.§.sed vtrũ, numero decimoseptimo,& quoniã hęc quæstio pendet ab illa an filio

8 † liceat occidere patrem exbannitum, pro intelligentia ponam aliquas conclusiones.

Prima sit data paritate parendū

9 est potius patriæ † quam parentibus. Ias. ex communi, in lege prima,§.huius studij,numero 13.ff.de iust.& iure.

10 Secunda sit conclusio,patri † nõ licet occidere filium exbannitum, nec ecõtra, Ang. in l.si adulterium, §.liberto,ff. de adult. & in Authen. de incest. nupt. in princip. numero primo,collat.secunda,quam esse tutiorem asseuerat Barto. Cæpol.consilio quinto, num. 26. vbi bene loquitur circa intellectum l. minime,ff.de relig. & sumpt.fun.qui est textus moralis secundum Alberic. ibi hoc idem tenet Nell. in tract.de bannit. in secunda parte, secundi temp. quæstione decima, numero decimo,& rursus tertia parte,secundi temp. quæstione 54. Hippolit. consilio 121.singular.110. Ioan.de Arno. sibi contrarius soliloq. 66. cautela quinta,Ludo.Carrer.in sua parte,numero 197. & hanc opinionem dicit veriorem Gomes. in §. rursus, numero vigesimosecundo, de action. & humaniorem dicit Petr. Plac. in epitom. delict. libro primo,cap.trigesimosexto,sub numero tertio, licet affirmet casum esse admodum dubium, & communem esse in contrarium, quam communem contra patrem iniquã & crudelitatis plenam nominat, & tenet Iul.Clar.in §.homicidium, columna trigesimaquinta,versicu. sed hic quæro,vbi aperte tenet filio patrem bannitum occidenti caput amputandum,Roland.consilio 66. num.44.libro primo.

11 Tertia sit cõclusio filio † licet occidere patrem, siue bannitum,siue nõ, hostiliter veniẽtẽ cõtra patriã,

&

& liberos, in illo actu flagrāti, quia tunc occidit defendendo se ipsum, ac etiam defendendo patriam, cui est natus prius, quam patri, lege prima, §. si ea. de ventr. in possess. mittē. ita declarat Angel. l. minime, ff. de relig. & sumpt. fune. in d. §. liberto, nu. 1. ita etiam declarat idem Ang. consil. 223. Dec in cap. quæ in ecclesiarum, nu. 14. de constit. post Nell. quem refert Soc. iun. consil. 54. nu. 20. lib. 3. & ita loqui videtur Claud. qui ita communiter * concludi attestatur in lege prima. §. ius gentiū, ff. de iust. & iure. Gig. de crimine læsæ maiest. parte vlt. quæst. 7. Plac. in epitom. delict. capitu. 22. sub numero 14. & videtur esse cōmunis opinio, vt sentit Alberic. in quarta parte statu. quæstio. 27. Iac. Menoch. de arbit. iudic. quæst. 90. num. 46. Tib. Dec. tract. crimin. c. 15. n. 9. 11. p. 2.

Quem censum vltra iuris interpretes bene probat Cicero, lib. 3. de offic. quid si tirannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater, silebit ne filius: immo verò obsecrabit patrem, ne id faciat: si nihil proficit, accusabit, minabitur etiā: ad extremum si ad perniciē patriæ res spectabit, patriç salutem anteponat saluti patris. Quç verba īstruūt admodum moraliter filium quomodo gerere se debeat contra patrem patriæ proditorem. Et isto casu licet occidere, insectari, alimenta, & similia denegare. Ampliantur prædicta omnia, & sic altera principalis conclusio sit, vt quæ dicta sunt in filio erga, & contra patrem, & ampliationes, & limitationes firmatæ in filio procedant, verificentur, &

12 locum habeant † in vxore cum viro, fratre cum alio fratre, & similibus, vt colligitur ex omnib. auctoritatibus superius allegatis, qui promiscue, & indifferenter exemplificant, & vnanimiter concludunt: addo Ponta. de aliment. c. 2. n. 17. Rip. in l. si constante, n. 47. ff. sol. mat. vbi declarat si fructus dotis sufficiant, vel aliàs mulier sit diues. Io. Lup. in rubr. de don. §. 64. n. 14. & 15.

13 Tertia sit conclusio legatū † alimentorum in confiscatione non venit: immò, & damnato alimenta legari, vel promitti possunt. Barto. loquens in damnato ad mortē, vel ad perpetuos carceres, in l. si in metallū, ff. de his, quæ pro nō scripta, vbi hoc valde commendat, in l. is cui, ff. de alimen. & liber. legat. vbi damna-

14 tus † restitutus recuperat alimenta prçteriti tpis. Bal. in l. corruptionē, col. fin. C. de vsufr. Nell. in 1. par. secundi temp. q. 36. & 84. Salic. in l. si ademptis, C. de senten. pass. Boss. dicens in facto obtinuisse de public. bo. n. 72. Hier. Mag. Ro. Lu. 84. n. 19

Et ratio est multiplex: primo, qa

15 alimenta † sunt iuris naturalis, cuius est capax damnatus ad mortem. Maran. ad l. is potest, n. 114. ff. de acquir. hæredit.

Secunda, quia legatū alimento-

16 rum petitur iudicis officio, † l. pen. §. illo, iuncta l. seruus, C. de necess. ser. hær. inst. l. seruo alieno, §. si post, ff de leg. 1. l. ex parte, §. seruo, ff. fam. ercisc. vbi legatum non valet, & hæres iudicis officio prçstare cogit.

Tertia, quia legatū alimentorū dicitur habere naturalem præstationem, quamobrem iure ciuili non infringitur, l. eas obligationes, ff. de capit. dimin.

17 Quarta, quia legatum † alimentorum exorbitat ab alijs legatis,

quia

quia in facto consistit, l. legatum, ff. de capit. dimin. sed ea, quæ in facto consistunt nulla iuris cõstitutione mutari possunt. l. deniq;, ff. ex quibus caus. maior. l. in bello, §. facta de capit. & postlimin. reuers. Cuman. consilio 35.

Aliam rationem considerat Feli. in cap. qualiter, & quando, il secondo, num. 28. de accus. quia alimenta capit natura, non persona, quia damnatus præsumitur quidem esuriens, argumento capit. non satis, & c. pasce 86. distinct.

QVAESTIO XIII. X. Q principalis.

SVMMARIVM.

1 *Bona alienata per delinquentem multo ante commissum delictum, & nulla existente suspitione donata, excludunt fraudem, siue donatio sit ex titulo lucratiuo, siue ex oneroso cum ampliat numero 2.*

3 *Reuocatio bonorum, quæ à fisco fit in pœnam, specialis, & dilucida probati delicti fieri debet.*

4 *Donatio à delinquente facta ante cõmissum delictum, quando per fiscũ reuocari possit cum extensione, n. 5.*

6 *Dispositioni, l. si vnquam, C. de reuoc. donat. locus est, siue donatio sit omnium bonorum, siue maioris partis, idem in alienatione melioramentorum meliorum rerum, nu. 7. Et licet facta sit interpolatis diebus, modo de vna re, modo de alia, num. 8. & num. 12.*

9 *Alienatio patrimonii facta per frusta, dicitur intricatio.*

10 *Statutum, quod qui emerit bona alicuius teneatur ad debita, et credita, non habet locum in emptore rerum singularem.*

11 *Monasterium capiens bona ingressi singulariter, & non in vniuersum, non tenetur ad eius debita.*

13 *Venditio facta ante delictum ex quibus fraudulenta præsumatur, & numero 14.*

15 *Alienatio ex causa necessaria, & onerosa non præsumitur in fraudem fisci facta.*

16 *Fiscus prætendens causam lucratiuã tenetur refundere precium.*

17 *Alienatio facta incontinenti post delictum, siue ex titulo lucratiuo, siue oneroso, præsumitur in fraudem siue sit omnium, siue maioris partis bonorum nisi aliqua ratio repugnet, vt in exemplo nu. 18.*

19 *Alienatio ex quibus præsumatur in fraudem fisci facta, & nu. 20.*

21 *Coniunctus emendo a coniuncto post delictum præsumitur particeps fraudis.*

22 *Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti etiam per participationẽ criminis, in delictis occultis, et in terminis cogitationis tãtũ ex stetibus.*

23 *Coniunctus an, & quando præsumatur scire facta coniuncti, & quæ facta, num. 24. & in quo sensu, nu. 27.*

25 *Ignorantia etiam iuris præsumitur in coniuncto, quãdo resultaret delictũ.*

26 *Coniuncti ex præsumpta scientia factorum cõiuncti torqueri nõ possunt.*

28 *Cõiunctio sola sanguinis inducit præsumptionem fraudis, & quomodo, num. 29. & 31.*

30 *Coniuncta persona, quæ dicatur, & dicta de coniuncto, an procedant in valde amico, num. 32.*

33 *Ardor liciti amoris habet vim clausulæ codicillaris, & clausulæ derogatoriæ.*

34 Fraus

91 *Allo-*

91 *Allocutio ad aures an faciat præsumi consilium ad delictum postea commissum, quod sic tribus concurrentibus, num. 92. 93.*

94 *Homicidium sequutum post alloquutionem ad aures, quomodo ex qua causa presumatur.*

95 *Celeritas temporis celebris est in delictis.*

96 *Creditori, qui non se informauit de fideiussore sibi dato à debitore, an subueniatur.*

97 *Venditor equi an teneatur de eius morte breui tempore sequuta post venditionem.*

98 *Famulus licentiatus a delinquente, si breui tempore post reuertatur, præsumitur dolose licentiatus.*

99 *Donatio causa mortis facta à delinquente censetur reuocata, sequuta cõdemnatione donantis.*

100 *Bona permutata post delictum, veniunt in confiscatione.*

SED numquid in confiscatione bonorum, veniant alienata per delinquentem ad materiam l. post contractum, ff. de don. vbi Bar. dicit esse practicabilem, & quotidianam, ob id considero aliquos casus.

1 Primus est casus, † quando donatio facta fuit multo tempore ante commissum delictum nulla delinquendi existente suspicione, hoc casu nulla præsumitur fraus, siue donatio sit titulo lucratiuo, siue oneroso, ita docuit Bart. in d. l. post contractum, nu. 2. & alij sequuti sunt.

Extenditur hic casus, vt locum habeat etiam quãdo de delicto fuit in genere cogitatum; nam nec tũc præsumitur in fraudem alienatũ,

2 † ita egregie docuit Salicet. in l. post hac, num. 4. C. de bon. proscr. quem commendat Alc. in d. l. post contractum, n. 37. vers. cęterum. Vnde pulchre subdit Alciat. si iuuenis rixosus, & male moratus, ne quandoque contingeret aliquod crimen cõmittere, donasset amico suo, responsum fuit firmam fuisse donationem, cũ

3 reuocatio, † quæ a fisco fit in pęnã, specialis, & dilucide probati delicti fieri debeat, l. sed & si maritus, §. fin. ff. qui, & à quibus. non autem si in genere tantum fuit de delicto cogitatum, nam tunc causa proxima donationis non est delictum, glo. in l. si mulier, ff. rerum amot. sed facilitas naturæ, l. si quis cum sciret, ff. pro emptor. aduersus quam facilitatẽ prouisionem facere voluit.

Et idem respectu creditorum docuit Bald. in rubric. ff. de his, quæ in fraud. credit. Declara nisi talis donatio clam facta fuerit, vt declarat Alciat. in cit. loco.

4 Secũdus casus principalis est, qñ donatio † facta fuit multo tempore ante commissum delictum, sed aderat aliqua suspicio committẽdi delictum, vt quia habebat inimicitias capitales, quæ vsque ad tempus delicti perdurarũt, si probat fiscus inimicitias, vsque ad illud tempus perdurasse. ita Bart. in d. l. post contractum nu. 2. Pic. nume. 36. Alc. n. 40. Dec. cons. 235. colum. 1. versi. 1. est. Boss. in tit. de bon. publ. n. 45. Cęph. cons. 325. num 3. & num. 48. lib. 3. Natt. consi. 549. num. 6. lib. 3. & debet esse securum delictum in persona illius, cum quo erãt inimicitiæ, vt docet Blanc. de iudic. nume. 47. & hæc est bona declaratio, quid enim resultat habere inimicitias cum vno, & cum alio non inimico delictum committere?

Exten-

5 Extenditur hic casus etiam † in donatione maioris partis bonorũ, Alciat. in d.l.post contractum, nu. 40.cum sequen.Soc.consil.264.nu. 2.volum.2.Mascard.conclusi.558. num.2.

6 Addo,quod dispositioni † l.si vnquam,locus est siue donatio sit omnium bonorum,siue maioris partis eorum Bal.in l.1.quæst.3.C.si quid in fraud.patron.Bart.in l.nomen, §. filio in fine,ff.de leg.3. Rip. ex * cõmuni in repetit.d.l.quęst.7.Anton. Gabr. de donat. conclus.2. ampliat. 2.num.6.Iul.Clar.§.donatio,quęst. 22.in fine. Tiraquell.in verb. bona, num.6.Eman. in suo Thesau. littera D.num.258. Rim.ad §.1.nume. 1378.de donat.

Extenditur secundo in donatio-
7 ne † melioramentorum meliorum rerum,vt not.Angel.in l.2.C.de donat ant.nupt.qui ita allegat à Dec. sed apud me non dicit, sed bene ponit pro notabili in l.si quis posthac, colum.2.circa medium,C.de bonis. proscript.sequitur Dec.consil.235. num.2.

Extenditur tertio etiam si inter-
8 polatis diebus † donatio facta fuisset modo de vna re,modo de alia re, diminuendo per frusta totum patrimonium.Bartol.in l.nomen,§.filio, in fine,ff.de legat.3.Bald.in l.1.col. fin.circa medium, C.qui bonis.ced. possunt.in l.2.C.de tepu.hæred.Angel.in l.omnes,§.Lucius,ff.quæ in fraud.credit.Ancar.consilio 57.Ias. in §.item,si quis in fraud.col.7. de
9 act.& talis alienatio † dicitur intricatio secundum Angel. in citato lo lo,siue fiat vna res vni,alia alij,siue vni tantum diuersis temporibus, quia semper fraus arguitur, vt per Alciat.in l.post contractum, nume. 40.Bald.in l.fraus,ff.de legib.in l.sicut,§.superuacaneum,ff.quib.mod. pign.vel hypotec.soluitur.

Sed in cõtratium facit,quod per illum textum not. Bart.in l.si peculium, la seconda, ff.de pecul. legat.
10 vbi si extat statutum, † quod qui emerit bona alicuius, teneatur ad debita, & credita,non habet locum in emptore singulariter rerum alicuius debitoris, & ibi etiam Alber.
11 infert ad monasterium, † quod nõ teneatur ad delicta ĩgressi, si capiat omnia bona singulariter, & non in vniuersum. Sed si rectè consideremus diuersus est casus, & ratio decisionis.

Extenditur quatto etiam in ven-
12 ditione, † vel alienatione titulo onc roso,glos. in l.qui testamentum, ff. de probat.quam ibi Bartol. & Bald. sequuntur, & commendant. idem tenet glos.in l.patronus,ff.eod.titu. Bart.in l.post contractum,nume.2. versic.2.præsumptio, vbi Alciat. n. 40.de donat.

Quæ conclusio vera est,& procedit in venditione facta clam, & in occulto, & pro lõge minori precio, quam sit iustum, secus si palàm facta sit,& pro iusto, vel parum minori precio, vt pulchre Imol. declarat ad d.l post contractum,num.2.

Vnde ttia arguunt in hoc casu,ven-
13 ditionem † in fraudé, ante delictũ, in occulto, & pro lõge minori precio. Et sic habetur ampliatio ad l. omnes, § Lucius, ff.quæ in fraud. credit. vt procedat,& habeat locum in donatione, prout loquitur, & in venditione modo prædicto.

Declaratur secundo, nisi delin-
14 quens † verisimiliter existimaret

ex eo delicto puniri non posse, quia clam, & in nemore deliquit, vt crederet delictum sciri non debuisse; nam tunc in alienatione non præsumitur fraus, nec reuocatur. Cin. in l. si quis post hac, quęst. j. C. de bon. proscript. Natt. consil. 212. num. 4. lib. 1. 549. num. 10. lib. 3.

15 Declaratur tertio si alienatio † fieret ex causa vrgenti, & necessaria, vt pro maritāda sorore, vel filia, pro redimendo carceratū pro vita, vel ad triremes condemnandum, vel cō demnatum pro monacatione, & similibus; nam nec donatio, nec alienatio onerosa præsumitur in fraudem. Angel. in l. si quis posthac, col. penul. de bon. proscript. Dec. consi. 235. num. 1. versicu. item qualitas, Natt. consilio 212. nu. 2. lib. 1. Boss. de bon. publi. num. 45. Bursat. cons. 149. n. 63. lib. 2. Pic. in d. l. post contractum, numero 44. vbi Alciat. numero 34.

16 Declaratur quarto, vt fiscus † prętendens causam lucratiuam teneatur refundere precium, Cin. in l. fi. in fine. C. ad l. Iul. maiest. quem cōmendat Imol. in d. l. post contractū, num. 2. dicens hanc opinionem esse veriorem, quam Bartol. in l. si debitor, ff. quæ in fraud. credit. vbi Alexand. & Barba. in addition. hanc vti æquissimam amplectuntur.

Tertius est casus, quando alienatio
17 † facta est incontinenti post delictum, tunc præsumitur in fraudē, siue ex titulo lucratiuo, siue oneroso. Pic. in d l. post contractum, nu. 36, vbi Io. Hannibal. num. 163. Alciat. num. 52. & 54. Dec. consi. 235. col. 2. versi. quinta præsumptio. Ancar. consil. 252. num. 3. Natt. consil. 549. n. 9. lib. 3. Blan. de indit. nu. 58.

Siue sit omnium, siue maioris partis bonorum, vt ex supra citatis apparet, & ulterius addo Dec. in l. petens, in 2. not. C. de pact. Rui. consilio 130. nu. 30. libro 2. Tiraquell. de retract. consang. gloss. 7. §. 1. numero 76. Boss. de bon. public. n. 51. versic. quintus casus.

Declaratur hic casus nisi ratio ali
18 qua † repugnet, unde si delictū sit casuale, uel in rixa non comprehenditur. Gomes. uar. resolut. to. 3. cap. 14. num. 4.

Secunda coniectura si fiat dona-
19 tio, † uel uenditio coniunctæ personæ, quia inter eas de facili præsumitur fraus, & deceptio, l. data, ubi glos. fin. Bartol. Bald. & Alberi. not. C. de donat. & in specie se extendit Bald. quod coniunctus, dum tractat de proprio interesse de facili machinatur contra coniunctum, & hisce temporibus passim experimur, l. cū oportet in princi. ibi, quod grauius est ex d. C. de bo. quę lib. per quæ iura, ita tenet Barto. in lege post contractum, num. 3. ff. de donatio. Soc. consi. 264. nu. 2. lib. 1.

20 Quæ conclusio uera † est alijs adminiculis concurrentibus, aliàs nō, quia adesset inimicitia capitalis ex parte alienantis, cum eo, cum quo commisit delictum, tunc istis duobus concurrentibus, uel similibus causis fraus præsumitur, ita Bartol. in d. l. post contractum, num. 3. ubi Pic. num. 45. Alciat. num. 41. Ioan. Hannibal. num. 105. Ancar. consil. 251. num. 5. Rom. consi. 367. nu. 17. Alex. consil. 54. num. 19. lib. 7. Dec. consi. 235. lib. 1. Blanc. de indit. nu. 88. Boss. de publicat. bonor. nu. 46. Cæphal. consil. 325. num. 53. lib. 3. Alciat. respons. 125. num. 8. in fine,

Natt.

Natt.consil.549.num.3.&4. Anto. Peregr.de priuileg. fisc.lib.5.titu.1. num.159.Alciat.regul.1. præsump. 49.num.4. Iaf.in §. item si quis in fraudem,colum 8.institutio.de act. Pic.iterum,consil.587.num.9. versiculo quarto mouetur, & consilio 659.nume.2. Curt. iun. consilio 6. numero 6.

Extenditur hæc conclusio,vt cō-
21 iunctus † emendo à coniuncto præsumatur particeps fraudis. Bartol. in lege post contractum,sub n.3.

Addo Specu. in titu. de emptio. & vendit. §. nunc dicendum, nu. 3. in fine. Bald.consilio 436.circa medium,vol.5.Purpurat.in l.1.colum. 15.post Bart.col.3.ff.si cer.pet. Anton.Gabriel.de præsumpt. conclus. 6.num.9.Menoch.de præsumpt. libro sexto,præsumpt.25. nume. 34. Duenn.regul.124.num.2.

Quibus omnibus addo hanc esse * communem* opinionem. Menoch. de præsumptio.lib.3.præsump.124. sub num.26.versic. cęterum is, &c.

Et sic vicinus, seu cōiunctus prę
22 sumitur scire † facta coniuncti, et per participationem fraudis, & delicti. Vnde licet præsumatur cōiunctum scire alium coniunctum esse blasphematorem,aleatorem,prodigum,fornicatorem,vel quid simile. Bald.in l.conuenticulam,C.de epis. & cleric.Purpurat.in l.1.nu.108.ff. si cert.petat.vbi Bolo.num.31.in fine,& si dissentit Alex.consi.72. lib. 1.consil.100.libro 3. tamen hoc verum etiam in delictis occultis,& in terminis cogitationis tantum existentibus.

Verum hæc cogitatio participationis fraudis in coniuncto emente redditur aliquantulum dubia, quia
23 licet † coniunctus præsumatur scire facta coniuncti, tamen non procedit in facto, quod potest esse occulte,vt not.Bald.per illum textum in l.quoniam,C.de iur.deliber.Angel. in l.tres fratres, ff. de pact. bonus textus in l.Titius,§.1.in fine, ff. de liber.& posth.late Ant. Gabr. de præsumpt.conclu.6.num.16.limit. 1.Menoch.de præsumpt.lib.6.præsumpt.24.num.5.

24 Vnde coniunctus † non pręsumitur scire stuprum coniuncti,quia fit in camera & secreto Bald.in l.1.nu. 5.C.de collus.deteg. Purpur. in l.1. num.118.ff.si cert.pet. Niger.num. 39.Decian.consi.93.num.100.li.2.

Et quando resultaret delictum
25 † ignorantia etiam iuris in coniuncto præsumitur, vt declarat Ruin. consil.10.num.5.& 108.numero 2. volum.3.

26 Vnde coniuncti † ex hac pręsumpta scientia torqueri nō poterunt. Bald.in l.1.num.2.versi. ego credo, C.de his,qui latro. Dec. in cap. cognoscentes,num.49.de constitutio. Decian consi.93.num.97.lib.2.reiecta opinione Bart.in l.domini horreorum in fine,ff.locat.quem sequutus est Purpurat.in l.1.nu.123.ff.si cert.pet.Menoch.de præsumpt. lib. 6 præsumpt.24.num.4.

Et hæc opinio mihi videt æquior, & licet coniunctus præsumatur
27 † scire inimicitias coniuncti,tamē in dubio interpretandum est,vt voluerit vlcisci via iuris, nō facti,arg. glos.notabilis, vbi Ias.num.5.in l. 1.C.de his,quibus, vt indign.commendat idem Ias.in l.1.num.23.C. de seru.fugit.Concurrente maxime aliquo alio adminiculo, scilicet, qđ palā, & bona fide emptio facta fuerit

rit iuxta consilium, Ruin.100.n.5. & 108.num.2.lib.3.

Et hanc opinionem, quod sola coniunctio nõ sufficiat nisi alia adminicula cõcurrant vltra superius adductos tenet Cum.consi.145. col. 2. Imol.in d.l.post contractum col. 1.in fine.Dec.consi.230.col.2.Cast. consil.65. Angel.48. colum.1.Bart. consil.294.colum.1.Bald.consi.70. colum.2. volu.1. Licet re vera Pic. ad d.l.post contractum dicat, quod in practica seruatur, quod sola con-

28 iunctio † sanguinis induceat p̃sumptionem fraudis, quod magnũ ver bum reputauit Boss.de public.bon. nume.46. fortasse, quia erat præceptor suus, prout ibi paulo inferius attestatur.

Et inter alias coniecturas, quæ cum coniunctione inducunt suspicionem fraudis, est si coniunctę personæ fiat donatio, sed omnium bo-

29 norum, † nam isto casu de facili pręsumitur fraus, Imol.in d.l.post con tractum, col.1.in fine, in discursu sal tem: altera coniectura ex eodẽ Imo. si coniunctus cui donatur, sit talis, cui donãs imperare possit, vt filius, vxor, & similes, ex l.penul.in princ. C.de bon. lib. vel talis, vt ab eo omnia facile obtineantur ex l.data, C. de don. vel si post donationem coniunctus restituat. Bart.in l.si gener. ff.de his, quibus, vt indign. Ias.in l. ex facto §.Iulianus de vulgar. & pu pill. Boss. hoc valde commendans de public.bonor. sub num.46.

30 Coniuncta † autem persona, quę dicatur certe iudicis arbitrio relinquitur ex Ias.in l.cum alienam, nu. 12. C.de leg. vbi de * communi. Addo Barbat. consil.21. col.penult. lib. 2. consil.45. col.penul. prope finem, lib.4. Marsi.in l.quæstionis, nu. 27. ff.de quæst. Paris.consi.49. num.13. lib.2. Mant.capit.vlt.numero 17. de consuetud.

Declara vt vsque ad quartum sine aliquo scrupulo omnes dicantur coniuncti, vltra vero quartum gradum intret iudicis arbitrium. Iacob.Menoc.de arbitr.iudic.cas.146. num.6.

Vnde in l.sed & eæ, ff.de procur. enumerantur parentes, liberi, affines, maritus, & similes.

Et iudicio meo semper reputarē

31 maiorem suspicionem † in coniuncto, cui imperari potest, quã in alijs, quia fratres sunt peiores extraneis, nec ab eis sperari potest aliqua restitutio, iuxta l.cũ oportet, circa prin. C.de bon.quæ libe. ex poeta, fratrũ quoque gratia rara est.

Ampliatur dicta de coniuncto

32 † procedere in valde amico. Pic. in d.l.post contractum, nu.46. Alciat. nu 42. Ioan.Hannibal.num.118. facit primo loco quod amicus capit ex testamento minus solenni, glos. singularis in l.in testamento, ff.de fideicommiss.libertat.

33 Secundo facit, quia † ardor liciti amoris habet vim clausulæ codicillaris. Bald.in l.si iure, C. de testam. manumiss.

Quod dictum ampliatur, vt operetur etiam clausulam derogatoriã. Rom.sing.consil.179.num.3. exclamat Ias.in l.exigendi, numero 5. C. de procur. dicens alibi non legisse ad materiam, l.si quis in princip. ff. de legat.3. in l.cum alienam, nu.5. C.de leg. in l.in dubium, col.vlt. C. eod. Gramm.decis.62 num.27. Menoch.de præs.lib.4.præs.89. sub nu. 68. versic. tertio affertur, & libro 5.

præ-

præsumptio.166.numero 43.

34 Sicut igitur fraus † præsumitur in donatione facta coniuncto, pariter in amico, sed magna amicitia cõiuncto ex Ias. in leg. exigendi, C.de procur. & quandoque magis confidimus in fraudem alterius valde amico, & confidente, quam de quouis coniuncto, vnde data paritate maior est suspicio in valde amico, quam in coniuncto.

35 Tertia côiectura, si alienans † remansit in possessione post alienationem factam, leg. sicut, §. superuacuum, vbi Bart. Bald. & Angel. not. ff. quib. mod. pign. vel hypotec. solu. l. si is qui, vbi Bald. not. ff. de acquiren. hæred. per quæ iura ita tenet Bart. in l. post contractum, numero quarto, ff. de donat. vbi Pic. nu. 47. attestatur per omnes teneri. Alciat. num. 43. Ioan. Hannibal num. 119.

Quibus accedunt Ancar. consil. 251. numero quinto, Soc. sen. consil. 264. col. 2. vers. septimo, & vltimo libro secundo. Dec. consil. 235. col. 2. vers. præsumptio. Blanc. de indic. nu. 88. Boss. in titul. de bon. publicat. nu. 48. Afflict. decis. 65. in fine dec. 40 nu. 17. dec. 72. nu. 3. Gozzad. consil. 94. nu. 55. late Paris. consil. 53. nu. 12. consil. 54. nu. 72. libro 1. Neuizz. consil octauo, nume. 52. Alciat. respons. 379 numero secundo. Crauett. consil. 110. nu. 6. Curt. iun. consil. 108. num. 11. consil. 110. numero 34. Paris. consil. 55. nu. 54. libro primo, consil. 82. num. 39. libro tertio, consil. 130. numero sexto, cons. 144. num. 16. libro quarto, tetigi in trac. de locat. & conduct. part. 5. ti. de vsur. quæst. 3. num. 36.

36 Hinc postea si venditor, † vel alienans in suo æstimo, & catasto retinuit bona vendita, & pro eis semper soluit datia, collectas, & gabellas arguitur alienatio simulata, & in fraudem. Bald. consil. 322. vol. 3. Corn. consil. 135. colum. 6. vol. 1. Paris. consil. 54. nume. 72. & consil. 55. nu. 54. vol. 1. Afflict. in capit. 1. num. 20. de feud. dat. inuicem, & com missor. Roland. consil. 40. num. 36. vol. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. num. 111.

Pariter ex locatione facta vendi-
37 tori fraus † arguitur Ioan. de Ana. consilio 58. columna secunda. Barbat. consilio 51. col. 6. volumine primo. Crauett. consilio 106. numero decimo, maxime si incontinenti fiat eodem die, loco, testibus, & notario. Roland. consil 40. num. 32. volumine secundo. Verum Rom. consilio 304. numero tertio, aliter sentit ad intellectum, l. sicut, §. superuacuũ, ff. quib. mod. pig. vel hypotec. solu. vt non procedat ex noua causa, & titulo, & quando titulus non tribuat possessionem, sed simplicem possessionem, prout conductor, qui non possidet; præcedens tamen opinio verior videtur.

Ampliatur hæc conclusio, etiam si venditor transtulisset possessionẽ in emptorem per clausulam cõstituti, nam ex hac ficta translatione pos-
38 sessionis fraus, † vel simulatio non tollitur. Bart. in d. l. post contractũ, sub nu. 4. & in d. § superuacuum, numero quinto, & ibi etiam Angel. not. constitutum non operari inter personas prohibitas. Bal. in lege prima, per illum textum, num. 3. C. de suffrag. Tiraquell. de constitu. parte 3. limit. 9. num. 7. in fine

Vnde aut sumus in simulatione tantum, aut in simulatione, & frau-

de simul: primo casu, aut sumus inter personas prohibitas, & tunc per constitutum simulatio nō tollitur, aut inter personas non prohibitas, & tollitur, aut sumus in simulatione, & fraude simul, & tunc constitutum nihil operatur. Ruin. consilio 119. col. fi. vol. 1. Paris. consi. 77. col. 1. lib. 2.

39 Declaratur hæc coniectura, † & præsumptio multis modis, primo, vt arguatur simulatio si in instrumento venditionis appareat de traditione, secus si appareat de simplici promissione tantum, quia compatiuntur ad inuicem promissio cū alienatione, ita declarat Bald. in l. illud, quæst. 7. C. de sacrosanct. eccles. commendat Veron. de simulat. contract. præsump. 24. in fine.

Declaratur secundo, quod ista non sit præsumptio iuris, & de iure. Vnde contrarium probari poterit, ita Angel. in dict. §. superuacuū.

Declaratur tertio quādo alienās, qui in possessione permansit, soluit fructus emptori; nam ista præstatio fructuum tollit præsumptionem fraudis, ita Bartol. in dicto §. superuacuum, num. 6. & in d. l. post contractum pariter, nu. sexto, vbi Pic. nu. 47. Alciat. num. 44. Io. Hannib. numero 128. Ancar. consilio 251. numero quinto. Berou. consil. 170. num. 12. lib. 1. & ratio videtur in

40 promptu: nam verè is possidere † dicitur, qui fructus percipit, l. Iulianus, § possessionem, ff. de act. empt. l. litibus, C. de agrico. & censit. libro vndecimo, l. arboribus, versic. nam & si agrum, vbi Bald. & Angel. ff. de vsufruct. vnde parum est rem apud se habere vacuam à fructibus.

Ampliatur hæc declaratio, siue reseruet omnes fructus, siue partem ipsorum. Alciat. in citato loco.

Declaratur quarto, nisi alienans reseruasset sibi vsumfructum, per l. quisquis, C. de donat. quæ non est alibi secundum Bart. ibi, & ratio videtur, quia retinendo vsumfructū,

41 † videtur fateri possidere nomine alieno, vt ibi glo. & Bal. declarant.

Ampliatur hæc conclusio, & sic dispositio l. quisquis, vt procedat et in retentione pignoris. gloss. notabilis, in l. 1. in fine, ff. de reb. eorum, quam singularem dixit Ias. in l. traditionibus, nu. 7. in fine. C. de pact.

42 Subdeclaratur † hæc declaratio, vt procedat, quando ex precij qualitate apparere possit solum proprietatem venditam, alias si pretium et vsufructui æquiualeret, adhuc præsumptioni locus esset, cum non sit verisimile eum, qui plenarij iuris precium dederit, nuda proprietate contentum fore, argum. l. cum de indebito, ff. de probat. ita Alciat. ad d. l. post contractum, num 44.

Vnde non est bonum simpliciter dicere, reseruauit vsumfructum, ergo &c. quia replicari poterit circa precij qualitatem.

Subdeclaratur secūdo, vt ista simplex retentio vsusfructus nō sit sufficiens, si aliæ in contrarium vrgeāt fraudis suspicionem inducentes, vt considerat Tiraquel. in tract. const. par. 3. limit. 9. in fine.

Subdeclaratur tertio non sic esse e contra per retentionem proprietatis, quia per hanc nō transfertur possessio vsusfructus, Alexand. hoc valde commendans in l. 3. num. 14. ff. de acquirend. possessi.

Additur etiam ad intellectum, l. quisquis, C. de don. quod in duobus empto-

43 emptoribus † ille pfertur, cui fuit facta venditio, illi, cui res fuit actualiter tradita, si precium soluerit, vel de eo fidem habuerit, Bal. consi. 199. libro quarto, Angel. consilio 44. in princip. Castren. consi. 375. col. fin. lib. 1. Alex. consi. 14. in fine, libro 1. Ias. consil. ... colum. nona, versiculo secũdo dicta prima donatio libro 3. Tiraquel. de constitut. par. 1. nume. 25.

Quem casum non ponit Anton. Gabri. tractando materiam, l. quoties, C. de rei vendic. in tit. de empt. & vendit. conclusi. 2.

Declaratur quinto, vt cesset præ-
44 sumptio fraudis † in perseuerantia possessionis, si emptor statim facta venditione decessit relictis filijs impuberis, vel contigerit abesse a Ciuitate. Bart. in d. l. post contractum, numero 5. vers. quid enim, & ibi Pic. numero 47. versic. tertio limit. Alciat. num. 46. Ioan. Hannibal. numero 132. idem Alcia. respon. 379. numero secundo, Boss. de public. bonor. sub numero 49. versic. item limitat, nam hoc casu non præsumitur stetisse in possessione ex præsumptione fraudis, sed ob negligentiam emptoris, vel suorum hęredũ, quod omne iudicis arbitrio remittit Alciat. in citato loco.

Declaratur sexto, ut circa tempus, quo in possessione vẽditor perseuerauerit, stetur arbitrio iudicis,
45 † Bart. in d. §. superuacuum, nume. sexto. Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glos. 14. numero 36. in l. si unquam in verbo omnia, num. 31. C. de reuocan. donat. Gozad. consil. 94. n. 55. Menoc. de arbitrio iud. cas. 39.

Et in triennio figit pedem Bero. consi. 170. n. 9. in fin. lib. 1.

Quarta coniectura si clam, & oc-
46 culte alienatio † facta fuerit ex l. si. ff. de ritu nupt. Barbat. consil. 8. col. 9. versicu. 1. ista monialis, uolum. 4. Vulpell. consilio 129. numero 24. Soc. iun. consil. 31. num. 49. uolum. 2 Crauet. consi. 34. num. 11. Socin. consi. 31. n 49. uol. 2. Ias. consi. 18. n. 1. uol. 1. Mascard. concl. 531. nu. 44.

In qua materia ad intellectum,
47 † d. l. si. quæ tota die ad hoc allegatur, tria consideranda sunt, primum est, quod ĩ dubio, actus clam gestus præsumitur suspectus, & actus factus palam excusat, sed si scienter, & studiose actus illicitus fieret palàm nõ excusaret: immò magis puniretur. Vnde data sciẽtia, exceptio quod palàm fecit non excusat, maxime ad exemplum aliorum: ita bene gloss. in d. l. fin.

Secundum est, quod concurrat causa, unde si existant graues inimicitię, uel quid simile, causa committendi delictum, tũc alienatio clam facta præsumitur in fraudem. Bart. in d. l. post contractum, numero 17. in fine, ubi Alciat. num. 48. Pic. nu. 54. Io. Hannibal. numero 158. Dec. consilio 135. columna 2. uersi. quarta præsump. Loffred. consil. 21. col. 2. Blanc. de iudic. n. 88.

Tertium est causa legitima ad faciendum actum clam, & occulte, ut metus tyranni, affinium, & similes: ita declarat Veron. de simulat. contract. præsumpt. 22. in fine. Decian. consilio 2. n. 92. libro primio. Men. de præsump. libro 3. præsump. 122. num. 90.

48 Et actus † clandestinus probat in dubio contra eum, qui facit, Crauett. consilio 129. numero undecimo. per d. l. final. ff. de ritu nupt. &

l.non existimo, ff.de admin. tuto.& l.1.C.de interd. matrim.

Per quæ ita dixit notabiliter secundum eum Rom.consil. 506. nu-
49 mero quarto, quod in † actibus clãdestinis error iuris non excusat, nec minorem, nec rusticum, nec mulierem dicens hoc summopere notandum ea ratione quia ex clandestinitate præsumitur scientia, & sic est iste vnus casus in quo rustico, & similibus personis non parcitur, & ita etiam hoc summopere notandũ dicit Bald.contra minores, mulieres, & rusticos.idem Bal. in l error, col. 3 quæst. 1. C.de iur.& fact.ign. Barto in l.si adulterium, in princ. ff. de adulter. Castren. in l.in eiuslem, C.de furt. Veronens. consil.26. in l. in tacitis, num.3.ff.de lega.3. Ias.in §.ex maleficijs, numero vigesimo, vbi Gomes. numero 21. de action. Alexand.in l.ne passim, C.de iur.& facto igno. Felin.in cap. consuluit, columna penult.de offic.deleg.in c. quoniam, columna tertia, versicu. quinta conclusio de simon.in capit. paro.de sentent. excommunic. Roman. id valde commendans singul. 721.regula est, latè Tiraquel.de retract.conuen.in præfat.num.14. & de penis cau.11. numero vndecimo, vbi ex more multos cumulat.

Addo bene loquentes Plot.in l.si quando, §.49.numero 28. Lup. in alleg.hæresis, §.decimo, in capit.per vestras, §.18.numero 25. Paul.Crilland.de hæretic.quæst.14. Villa diego contra hæret. prauit. quæstione nona Didac. Segur. in repetit. lege prima, §.si vir, numero 116. ff.de acquiren.possess. Menoch. de arbitr. cas.194.num.17.Mascard.conclus. 267.in princ.

Hinc Quintil.libro quinto, cap. 10.institutio.oratoriarum tropon. interdum ad coniecturas pertinere, vt si dicam bona mente factum, ideo palàm, ideoque ex insidijs nocte in solitudine.

Et Demonax Philosophus nunquam ad Eleusinæ mysteria accedere volebat, quia clanculum, & in occulto fierent. Ad propositum, l. post contractum, & alienationis in fraudem dicitur ampliando materiam, quod nec rusticus, nec minor, nec mulier excusantur iuxta solitum. si præcedentibus inimicitijs, vel simili causa alienent, & delictum subsequatur, quia præsumuntur in fraudem fisci fecisse.

50 Clam autem fieri † dicitur, quod fit sine debita solennitate requisita a lege, statuto, vel consuetudine, gl. notabilis in l. 2.in verbo. occulte, vbi Barto.numero primo, Ioan.de Plat.numero secundo, Luc.de pen. in fine, C.de his.quæ ex public. largit.lib. 10.Bar.in l.fi.ff. de ritu nup.

Vnde si ex forma statuti mulier, vel minor sine certa solennitate cõtrahere non poterit, si contrahat, ea non adhibita, dicitur clam, & occulte contraxisse. Alexan.ad Batt. in l. 2.§.fin ff.vi bon.rapt.

Hinc postea infertur, quod ma-
51 trimonium † non dicitur clandestinum si celebratur sine tribus denunciationibus, de quibus in capit. cum inhibitio, de clandestin. despõsatiõ. sed conuocatis amicis, & consanguineis, & nemine seriose excluso, Abb.in d. cap.cum inhibitio, numero nono. Hostiens. in titu. de clandestin. despons. §. quot modis, vbi multos huius sententiæ recenset. Dec.consil.153.numero secundo. Ias. consil.

consil.156.volumine quarto. Oldr. consil.256. numero tertio, & hanc dicit cómunem * opinionem, Curt. iun. consil.64.colum. secunda.Roland.consilio 93. nume.27. volum. 3.Ruin.consil.51.num.15.volumine primo,consilio 100.volumine 3. Crot.consil.304. numero septimo, & octauo,volum.3. Cæphal.consil. 82.num.26. & 216. nu.15.volum. 2.licet contrarium senserit,consilio 503.colum.penult.libro 4. Lup. in tract de matrimo.& legitimat.in secunda par.princip. num. 14. Didac. in epitom.de sponsal.cap.6.num.10. Mascard.de magis ** communi, cóclusio.297.num.7.

Sed quid dicemus ex dispositione sacri Concilij Tridentini,sess.24 capit.primo?

Ex quo contextu multa colligi videntur, primum, quod sancta sinodus nó annullat omnia matrimo-
52 nia † clandestina, sed solú illa, quæ fiunt sine præsentia Parochi, & sine duobus, vel tribus testibus.

Secundum, quod nó videtur annullare matrimonium contractum in facie ecclesiæ sine Parocho,& Testibus, & facies ecclesiæ dicitur ianua ecclesiæ, prout in lusitania, alibi in ipsa ecclesia, prout in Belgio, alibi præsentia multorum fidelium ex Couar.& alijs superius allegatis.

Tertium,matrimonium contractum in facie ecclesiæ, vel corá parocho,& testibus sine denunciatione trina præcedente valet, & videtur sentire Nauarr. in Manual.cap. 22.num.70. iux.illius distinctioné, quem videas.

53 Secundo clam † fieri dicitur,quá do omittitur id, quod à consuetudine requiritur,ita Bartol.in dict.leg. secunda,C.si ex pu blic.ration.

54 Tertio clam † dicitur fieri, quando sine iudicis præsentia, Bart. in d. l.secunda,num.2. Bald.in l.final.C. de præd.cutial.non alienan.

Hinc postea, quando in contractu interuenit decretú iudicis † contractus dicitur palam, & bona fide fieri. Bart. in l.per illum textum, C. de prædijs Decur. lib.10. Bald. in c. primo,colum.vlt.de confirmat.vtil. vel inutil.Abb.in cap. cum causa colum.2.versi.& vide aliam de empt. & vendit.Castren.consi.174.contra superius consulta, libro primo.Parif consil.39 num.15.libro 4.Curt. iun.consi.67.numero secundo,in fine consil.118.colum.secunda,in fine. Natt.consil.631.num.26. libro 3.Roland.consil 90.numero 11.libro primo. Cæphal.consil.207.numero 16.libro secundo, Æmil.Ferret.respons.43. numero 3. Hippol. Rimin.consi.42.numero 56. & numero 81.libro primo.Mantua.consil.197.numero primo,volumine 3. Iodoc.Dohandes,de pupillorum patrocin. de tutor. & curator. muner. numero octauo, capitulo 41. & in subhastat. compend. exag. capitulo secundo,numero vigesimo octauo, & sequent.

Quod verum, quando decretum
56 † fuit rite, & solenniter interpositum, alias non, Hippol. Rimin. consi.5.nu.180.lib.1. Simoncel.de decre.titulo septimo,lib.3. inspect. 2.nu.46.

57 Quarto clam † fieri dicitur,quod fit parte nó citata, si eius intererat; & non erat præsens, vel fuit factum obseruata tela iudiciaria, vel ita gestum est, vt non perueniat ad notitiam aduersarij interesse præten-

dentis. Bartol. in l. clam possidere, num. 3. vbi Castren. numero secundo. Alexand. numero 4. Aret. numero quinto. Ias. numero sexto, ff. de acquirend. possess. Bartol. in l. aut qui aliter, §. si quis, ff. quod vi, aut clam. Corsett. in singular. in verb. occulte. Moscard. conclus. 297. numero nono, cum sequent. Et licet instrumentum fiat coram testibus si non publicetur dicitur clam, & occultum, vt sentit Bartol. in l. non intelligitur, §. tacite, ff. de iure fisci. Ruin. consilio 128. numero quinto, libro quarto, consilio 51. numero 15. consilio 149. numero 7. lib. 5. Menoch. de arbit. iudic. cas. 194. numero 20. remittens tandem hoc ad iudicis arbitrium.

58 Vnde non est bona exceptio, † est de hoc celebratum instrumentum publicum coram testibus, & notario, ergo non est occultum, vt dicebat Curt. iun. consilio 64. numero tertio. Gomes. in §. ex maleficijs, numero vigesimo, de actio. Crauett. consil. 321. numero secundo. Quia instrumentum nisi sciatur pro occulto habetur, vt dictum est. Sed quid dicemus de tot donationibus, quæ fiunt in occulto, & tot testamentis, & tamen habent eorum executionem?

59 Quinto fit clam † quando fit per interpositam personam, l. 1. C. de præd. decur. libro decimo. Bartol. in l. pupillus, §. final. ff. de autor. tut. bonus meo iudicio, textus in l. si is, qui bonis, ff. de acquir. hæredit. Calcan. consilio 36. numero 2. Moscar. conclusio 531. nume. 175. Fabia. de empt. & vend. quæst. 6. tertiæ quæstionis principalis, nu. 10.

Quinta coniectura est, si aliena-

60 tio † facta fuerit sub conditione, puta dono tibi bona mea si contingat ea publicari. ita Bartol. in l. post contractum, numero 9. vbi Pic. nu. 63. Ioan. Hannibal. num. 183. Alc. num. 63. vbi attestatur hanc esse receptissimam *** sententiam. Dec. consilio 235. versi. sexta præsumpt. Ancar. consil. 251. numero 5. Blan. de inditijs, num. 88. versi. sexta præsumptio. Boss. de bonor. publi. n. 51. versic. sexta est. Peregri. de priuileg. fisc. numero 164. ex l. fin. de stipul. seru. vbi Bartol. & Angel. not. in l. summa cum ratione, ff. de pecu. vbi textus valde notabilis ad hoc.

61 Et facit, quia donatio † uidetur collata in tempus inhabile, vnde nihil operatur, l. in tempus, ff. de hæred. instituend. l. quoties, vlt. resp. ff. de nouation.

Declaratur hæc conclusio, & coniectura, quando contraria fortior ei repugnat, sicut i casu, l. sed si mors, ff. de don. int. vir. & vxo. de cuius singularitate alias diximus superius.

Et ex eo contextu colligitur cautela contra fiscum, vt fiat donatio

62 † causa mortis vxori, si sequatur bannum, & sic morte ciuili donatio confirmatur. Bald. hoc singulare reputans in l. executorem, nume. 34. C. de execut. rei iudicat. vbi innuit duas declarationes, prima quod deuentum fuerit ad plenam traditionem, & sic actualem consignationem: secunda quod poterit postea per maritum remissum reuocari, & sic proderit dum opus erit, & non plus, dicit singulare Ias. in l. si stipulatus fuerim, §. 1. nu. 7. ff. de verbor. oblig. dicit etiam singulare, & menti tenendum Roderi. ad l. post rem. not. 13. nu. 8. de re iud.

Vnde

63 Vnde maritus donans † est effectus seruus pœnæ, & condemnatione postea sequuta, & tunc per eum confirmatur, aut nõ est effectus seruus pœnæ, sed amisit ciuitatem tantum, & tunc per talem condemnationem donatio suspenditur, & si maritus restituatur, poterit eam reuocare. ita materiam declarat, & dicit singulariter notandum Castren. in l. post contractum, in fi. ff. de don. & hanc opinionẽ cõmendant vbiq; Doctores oẽs. Io. de Arno. soliloq. 1.

Et procedit etiam in augmento dotis constante matrimonio. Corn. consilio 104. colum. 2. libro 2. commendat Cott. in memorab. in verb. donatio causa mortis.

Et prosequendo materiã, & in-
64 tellectum † l. sed si mors, ex multorum intentione videtur intelligẽda, quando donatio facta fuit generaliter ex causa mortis, ita declarat Natta, consi. 549. numero 13. libro tertio, & late differit Boss. in titu. de bono. publ. numero 36. nam donando causa mortis hoc agere videtur, vt prius habeat ipse, quam donatarius, l. statius, §. fin. ff. de iur. fisci. de quo alias in materia fideicommissi superius vidimus, vnde non videtur habuisse considerationem ad fiscum, & ita declarat Alcia. ad l. post contractum, num. 64.

Et hinc infert Alciat. ad quæstionem, dedi monachis certum fundum, ipsi versa vice constituerunt annuũ censum super vniuersis bonis & vbique sitis, iuxta l. cum stipulamur, ff. de verb. oblig. & conuẽtũ est inter nos, vt quo in loco possem eos conuenire, deinde perpetrato in patria delicto fui condẽnatus, quærit an fiscus possit exigere pensionem, & annuum redditum?

Concludit Alciat. quod cum bo-
65 norum publicatio † non extẽdatur vltra territoriũ sita. Bal. in l. cũctos populos, C. de summ. trin. & fid. Catholic. Imol. in l. ex facto, ff. de hæred. instituen. videntur duo rei credendi esse, fiscus in patria, argu. l. 2. C. ad l. Iul. de rei pub. ego in alijs extra patriã, & ideo si monachi prius mihi soluissét, liberati a fisco cẽsentur: hoc enim in duobus reis credẽdis singulare est, vt solutione vni facta alter excludatur, §. penul. instit. de duob. reis, cęterum inquit Alc. si specialiter coniectura esset, vt in casu quoque confiscationis monachi soluerent, posset fiscus alienationẽ fundi tanquam factam in fraudem reuocare. l. vendicãtem, de euictio. l. ius emphyteotici, C. de fund. patrimon. libro secundo.

Declaratur secundo, quando nõ agitur de bonis delinquentis, sed al-
66 terius prohibentis, † vt puta vẽdo, vel dono bona mea, & si contigerit te cõmittere aliquod delictũ bona mea veniant in Caium, hoc in casu nõ dicitur in fraudẽ fisci, cũ quisq; possit legem imponere rei suæ, l. 1. ca. l. C. de cond. ob caus. posui superius in quęstione an veniãt fideicõmisso supposita. Cui addo, quod si extat statutum prohibẽs alienationem fieri posse etiam per tertium, prout dicitur extare Ferrariæ, tale statutum non valet nisi in eo casu, quo constaret delinquentem sub tali fiducia delrquisse: non enim locu-
67 pletandus est fiscus † sub colore coercẽdi facinorosos homines, arg. l. 2. vers. ne in his, C. de secund. nup. & absque causa tolli non debet libe tis hominibus testandi facultas, l.

non vsque adeo, ff.si quis ex paren. fuerit manumiss.l.1.C. de sacr.eccl.

Declaratur tertio nisi ille qui do naui reseruauerit sibi alimēta, quæ in condemnatione non veniunt, vt superius late vidimus, nam quoad alimenta valebit, iuxta ea, quæ ibi diximus.

68 Declaratur, qñ stipulatio † potius respiciat abstinentiā,quā fraudē fisco puta promisisti mihi,& hæredibus meis mille, si homicidium committeres commisisti,& aufugisti. Vtiq; mille mihi,& non fisco debentur,quia mea stipulatio non inuitat ad delinquendum,sed ad desistendū metu pœnæ. Alc. in d. l.post contractum,nu.70. versi. sed finge. Crederem hoc verum nisi esset stipulatio palliata cum delinquente in fraudem fisci.

Sexta coniectura, quando quis 69 alienauit †postea deliquit,& delinquendo in crimine deprehēsus est; nā præsumitur deliquisse metu pœnæ.Bal.in l.si quis post,num.4. vers. 5.C.de bon. proscr. sequitur Pic.in d.l.post contractū n.68.Alc.nu.29. ex l.vlt.§ fin.ff de bon.eorum.

Extenditur hæc coniectura etiā in crimine notorio,& deinde alienauit: nam præsumitur in fraudem alienasse. Pic.in d.l.post contractū. n 8. Alciat.nu.29.

Et quia dicit glo. 2.q.1. quotidie allegamus notorium,& quid sit notorium ignoramus.

70 Notorium † crimē dicitur illud, quod aliqua tergiuersatione celari non potest,cuius testis,est populus, cap tua nos,cap.nostra de cohabita. cler.& mulier.cap. sacerdotale dist. 61 Burgo.in cap.cum dilecti,n.27. de empt.& vendi.Io.Iac.de Leonar. inter consi.Brun. cons.117 nu.176. Butr.in tractat.de notor.attic 2.nu. 10.Capr.in eod.tract.in 2. membr. num.3 Feder.de sen. consil.8. num. 10.Cardin. Alba.ad Bar.in l.si vero, §.qui pro rei qualitat. nu.10. ff.qui satisdar.cogantur. Specul.de notor. crim.§.nunc de notorio,nu. 10. Milis.in verb. notorium facti continui. Bal.in authen.quod locum 86.C.de collat.est * cōmunis opinio. Iul.Cla. q.9.in princ.Emanu.in suo Thes.in verb.notorium,n 52. Bonacoss in conclu.crimin.in eodem verbo.

71 Ampliatur idem in notorio † facti interpolati,si factum non sit continuum, puta si quis ad vsuras mutuat tenendo pannum rubeum ad ostium, quo exēplo declarat notorium Specul.in citato loco, nu.9.& alij superius citati iuris interpres.

Ampliatur secundo idem in no- 72 torio † facti transeuntis,& momētaneo, vt quem fuisse in conspectu populi, vel maioris partis interfectum,vt per Butr.& Capr.in citatis locis.

Ampliatur tertio, vt deprehēsio 73 †in crimine inducat delictū notorium,glo.in c.cum non ab homine, vbi Dec nu.143.de iudic. Gramma. decis.36 num.80. Masc. conclu.nu. 25.in verbo notorium.

Ampliatur quarto in eo, qui co- 74 ram decem † interfectus fuit. Cano.de manifest. 2.quæstione prima, non tamen coram minore numero etiam si essent sex,vel octo,Barto.in l.scriptus,numero 2. ff.de reli. & sumpt fun.Menoch.de arbitr.iudi. cas.166.in fine.

Declaratur,vt non sufficiat ad es- 75 se † notorij,quod fit in loco patenti,& publico,sed qd in publico fiat,

& multitudini hominum sit patẽs, vnde poterit dari casus, quod sit quis percussus in facie, & sit in loco patenti, tamen non inducitur notorium; quia fortasse non exiuit de domo, vel quid simile, Bal. in l. ea quidem, col. 3. C. qui accus. nõ poss.

Extenditur secũdo hęc coniectu
76 ra in eo, qui deliquit, † & propter contumaciam fugit iuxta l. fi. in fi. ff. de req. reis. ita Alciat. in d. l. post contractum, nu. 29. vers. cæterum, vnde cum in multis locis contumaces habeantur pro confessis, & conuictis, alienationes vidẽtur in fraudem factæ per d. l. fi.

Circa quam considerandum videtur, quod ex illis iuribus obiter colligi videtur, quod si inquisitus,
77 † vel accusatus est contumax, nec soluere, nec exigere potest si est contumax, neutrum potest l. Reo, vbi Ang. dicit singulariter notandum, ff. de solutio. & est casus admodum frequens in practica, & sic obiter dictum occasione dictorum iurium.

Declaratur, vt non procedat in simplici contumacia aliter non cõstito per legitima indicia de deli-
78 cto, quia ficta confessio, † resultãs ex mera contumacia non nocet tertio, cui ex actu præcedenti ius est quæsitum. Bart. in leg. cum filiusfamilias, num. quarto, ff. de verborũ obligatio. vbi Ias. num. decimooctauo, dicit cum Bartol. esse * communem opinionem, & idem consulendo tenuit, consilio 116. statuto Ciuitatis Perusiæ. Bald. & Saly. in l. 1. C. ne fil. pro patr.

79 Immo fortius contumacia † in vna causa non nocet in alijs etiam respectu eiusdemmet personę, Bar. dicens hoc perpetuo notandum in l. eius, qui in fi. principij, numero 5. ff. de iur. fisci, per textum notabilẽ in l. 2. §. 1. eod. titu.

80 Prout etiam sententia † lata contra contumacem non nocet creditori, l. pręses, C. de pignor. & præsumptio, quæ oritur contra delinquentem eius personam egredi non debet Barto. in l. si quando, C. vnde vi, vbi vult notabiliter, quod si ex forma statuti super damno stetur iuramento damnum passi, hoc verum contra principalem. secus contra villam, vel tertiam personam, commendat Dec. consilio 410. sub numero 13. versiculo quarto principaliter.

Et quia valde vtile est scire in materia contumacię, notandum est
81 quod contumacia † nocet, & contumaci, & tertio, si deduxit eius bona iura in termino, & in sententia sola postmodum fiat contumax: secus si in termino probatiuo non deduxit iura sua, & re adhuc dubia se absentauit, quia nedum tertio, sed nec sibi hoc casu nocebit, ita notabiliter declarat Paul. Castrens. in l. Papinianus, §. meminisse, sub numero quinto, ff. de inoffic. testament. Neguss. de pign. in 3. memb. 6. part. sub num. 39. limit. 1.

Vnde nõ sufficit dicere volo audiri, quia contumax, quia cõsiderãda erit qualitas contumaciæ, & in quo actu, & tempore fuerit contumax.

Sic etiam habetur intellectus
82 † ad l. præses, C. de pignor. vt procedat in contumace ad sententiam tantum, secus si deduxit iura, & postea se absentauit.

Ampliatur vlterius, vt non solũ non noceat ficta confessio, & contumacia,

tumacia, sed nec etiam spontanea
83 confessio † ore proprio emanata, l. 1. §. illud, ff. ad Sillan. qui textus vulgaris est, & eum sciunt omnes. Boss. de delict. nu. 2. Iul. Clar. §. fi. quęst. 4. in princip. & ex tali confessione, nec reus confitens condemnari poterit, & ita seruatur. Marsil. in practica, in §. postquam, num. 48. Ponzin. de Lamijs, num. 70. Iul. Clar. §. fina, quæst. 35. vers. potest, attestans ita passim obseruari. Prosper. Farinac. quæst. 2. num. 10.
84 Et confessio † cedentis non nocet cessionario, si sit facta ad commodum cessionarij, l. facta, §. si hæres, ff. ad Trebellian. decisio. Pedemont. 45.

Declarantur prædicta nisi con-
85 fessio † sit verisimilis, & adminiculata, & donatarius si velit, possit probare cōtrarium, ex l. quæro, in fine. ff. de ædilit. edic. vbi textus notabilis secundum Bal. Ang. & Veronēs. quod confessio facta coram honestis personis facit semiplenam probationem, sed adminiculata facit plenam probationem: de secundo est gloss. in l. §. in gloss. 1. ff. si ex noxal. caus. agatur.
86 Et quoniam hodie † in materia oppositionum, & resistentiæ in curiam, bittuarios, & executores ex forma constitutionum, nec non bānimentorum prouincialium creditur officialibus offensis, & fabricantur in hoc infiniti processus in præiudicium pauperum carceratorū.

Dicitur, quod si super tali offensa standum sit dicto officialis, executoris, vel birruarij, quod per imputatum, & de hoc processatum
87 poterit probari contrarium, † glo. est de hoc singularis, & notabilis, in d. l. 2. §. 1. vbi Castrens. num. 8. Alexand. num. 7. Ias. num. 4. dicunt notabilem, & singularem, ff. si ex noxal. caus. agatur Cyn. & Bal. in l. 1. C. si aduers. libertat. Ioan. Andr. in cap. statutum, in verb. iuramētum, & ibi Dominic. in §. cum verò de rescrip. lib 6. Alex. in l. qui bona, §. dāni per illum textū, ff. de dam. infect. Salyc. in l. 1. C. de re. iudicat. Alber. in 2. part. statut. q. 13. versicu. quæro item si statuto. Bal in l. si tutor petitus in fine. ff. de pericul. tutor. in l. qui accusare, col. 2. versi. vlt. not. C. de edend. in l. fi. col. 4. versicu. & hoc deciditur, quæstio. C. de ferijs, vt latè dixi ad reg. cum quid par. 1. lim. 6. versiculo, quod statutum, vbi allegaui hanc esse * communem opinionem.

Addo Plot. de in lit. iurand. §. 10. num. 17. Didac. in epitom. de sponsal. c. 3. §. 1. num. 14. Soarez. in suo Thesauro, litera I. num. 320.

Altera sit declaratio nisi talis bir-
88 ruarius, † vel executor sit mali nominis, vel alias mendax, aut periurus, Io. Andr. ad Spec. in tit. de test. §. 1. in verb. pignus, commendat, & expressius declarat Barba. in c. per tuas, per gloss. ibi de simonia. reputat singulare Ioan. de Arn. sing. 45. Mars. singul. 74. & ita fuit in facto iudicatum. Ang. hoc valde commēdans, in l. qui iudicio, ff. de accus. Marsil. pariter valde in practica cōmendans in rub. de fideiuss. num. 178. Alciat. in l. 1. §. fi. num. 27. ff. de verbo. obligat.

Preiudicabit etiam confessio si probaretur, quod ante alienationē dixit velle alienare ficte, vel simulate, Soc. sen. consi. 264. col. 2. versic. sexto arguitur, lib. 2.

Vel

Vel quando ad instantiam partis facta est confessio, quoad præiudicium conficientis, vt loquitur Bero.consi.170.num.11.lib.1.

Septima cóiectura, quando alie-
89 natio † facta est post accusationẽ; nam tunc in fraudem præsumitur stante accusatione. Pic. in d.l. post contractum, num. 68. vers. nonam. adde post Impol. ibi in fine. Saly. in l. si quis post hac, col. pen. C. de bon. proscriptio. Gemin. in capite cum secundum in fine de hæretic. lib. 6.

Octaua coniectura est, quando
90 alienans † protulisset aliqua verba ante alienationem, puta prouidebo rebus meis, vel quid simile, hoc casu sequuto delicto post alienationẽ præsumitur in fraudem. ita Pic. in d.l. post contractum, num. 68. versi. decimam, & vltimam, ex his, quæ egregiè not. Alciat. in l. si maior, la prima versic. 7. C. de transact. quod prouerbiale carmen indicat, videlicet.

Peccante lingua, veritas ostenditur. ex notabili doctrina Bart. in l. si ventri. §. fi. ff. de priuileg. credi. vbi si aliquis allocutus est aliquem ad aurẽ. si postea succedat delictum ex breuitate spatij, præsumitur consilium
91 † dedisse.

Commendat, & sequitur Bal. in l. multum, col. 2. C. si quis alter, vel sibi. Fely. in cap. Petrus, num. 5. ver. sicut etiam de homicid. Marsconsi. 3. num. 8. in l. 1. §. præterea, nu. 27. ff. de quæst. Abb. in cap. ex literis, not. 3. de excess. prelat. Plat. in epitom. delict. cap. 14. num. 6. Menoc. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 27. num. 16. Alciat. reg. 2. præsumpt. 40. num. 2.

* Addo, quod hæc est * communis opinio. Iul. Clar. §. fina. quæstio. 89. in fine.

Quę conclusio vera est, & proce-
92 dit † tribus principaliter concurrentibus, quorum vnum si deficiat non est locus allegatę decisioni: primo, quod præcederet inimicitia capitalis inter alloquentem, & offensum: secundo, quod secrete mandauerit dominus alloquendo ad aurẽ: tertio, quod incontinenti secutum sit homicidium. Bal. in l. 1. num. 10. C. de seru. fugit. vbi Ias. num. 30. limita. 5. dicit hoc mirabile, & semper corde figendum. Carrer. in practica, §. circa, il primo, num. 47.

Et subdit notabiliter Bald. in citato iam loco, quod si percutiens erat pariter inimicus, isto casu præ-
93 sumitur potius consilium, † & sic in mitiorem partem, quam mandatum.

Declarando notabiliter, nisi inimicitia percutientis esset accessoria ad dominũ, & occasione ipsius, secus si principaliter. ita egregie Boss. in titu. de mandat. ad homicidium, num. 52.

Declaratur vlterius, vt consideretur qualitas iniuriæ; nam si alicui ad aures alloquenti præsupponatur facta iniuria verbalis, non præsumi-
94 tur ad aures homicidium † commisisse. ita post Plac. declarat Iul. Clar. in citato loco, vbi consulit torquendum alloquentem, vel saltem puniri solum pœna extraordinaria.

Et adeo celebris est in materiam
95 celeritatis † tẽporis Bar. doctrina in allegata l. si ventri, §. fi. ff. de priuileg. creditor. quod per eam dicebat notabiliter Alex. in l. si cum dotem. §. si mulier, num. 4. ff. solut. matrimo. quod debitor præsumitur in

dolo

dolo si infra breue tempus expromissus ab eo datus fugam arripiat, nisi debitor delegans ignorasset debitorem delegatum esse minus idoneum.

Crederem tamen isto casu præiudicari creditori simpliciter acceptanti, qui non curauit inuestigare
96 conditioné illius, nisi creditor † probaret iustam ignorantiam, vel subductum suasionibus aduersarij, ita notabiliter voluit Castren. in l. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit. Cagno. in l. qui cum alio de regulis iuris, & dixi superius.

Secũdo in materia celeritatis dixit notabiliter Bald. in l. 1. num. 12. C. de ædilit. actio. per supradictam Bar. doctrinam in l. si ventri. §. fina. quod si vendo tibi bouem, vel equũ qui moriatur infra breue tempus, puta triduum, pręsumitur ex morbo antecedenti venditionem, & sic
97 tenetur venditor, † si morbus erat occultus, nec aliàs apparebat, secus si iudicio peritorum constaret morbum antiquitus viguisse, puta morbus in vessica, iecur, vel pulmo marcidus, sequitur Ang. in l. sciendum, in fi. ff. de verbo. oblig. Ias. in l. lecta, col. 12. ff. si cer. pet. Alciat. regul. 2. præsum. 26. in fi. Bonacoss. de equo, q. 86. Caball. de ędil. actio. num. 26. sentit Menoch. de arbi. iud. caf. 275.

Tertio dixit Bar. in l. vir mulieri, ff. de donat. inter vir. & vx. quod fa-
98 mulus † licentiatus, si in breui reuertitur, præsumitur dolose licentiatus, puta pro testificando, dixi latè in tractat. locat. & conduct. parte 6. titu. de famul. num. 10.

Addo Corset. in singula. in verb. pręsumptio 3. Mascar. conclu. 531. in verb. dolus, num. 124. qui in hac vtili materia sicco pede pertransit, nec has vtiles decisiones allegat.

Quare ex prædictis inferri posset, quod temporis spatium currere debeat a die prolatorum, vt supra verborum, vt dicatur in fraudem fisci, nec starem in triduo iuxta superius adducta, sed remitterem iudicis arbitrio ex qualitate personarum, & facti, & ita vidi aliàs practicatum.

Altera principalis conclusio fit in materia donationis causa mor-
99 ris, quæ censetur † reuocata sequuta condemnatione donantis, etiam si in fraudem facta sit, l. si aliquis, ff. de don. cauf. mort. iuncta l. eius qui, ff. de testamẽ. nisi facta sit vxori per l. sed si mors, ff. de donatio. inter virum & vxor. de qua late superius diximus.

Et sic pro posse habetur materia l. post contractum. ff. de donat. & quando veniat in confiscatione bonorum.

Illud etiam addam, quod bona
100 † permutata post delictũ veniunt in confiscatione, & est communis * opinio. Iul. Clar. §. fina. q. 78. vers. contingit aliquando.

QVAESTIO XIIII. X. Q. principalis.

SVMMARIVM.

1 *Bona extra territorium an veniant in confiscatione.*

2 *Confiscatio vbi fit de iure communi; trahitur ad bona sita extra territorium, vbi est idem fiscus, & idem dominus.*

3 *Confiscatio quando fit iure speciali, nõ extenditur ad bona sita extra territorium*

torium statuentis, bannientis, vbi territoria sunt diuersa, licet sit idem dominus ex communi.

4 *Banniti ex bullis pontificiis sunt incapaces bonorum vbique sitorum.*

5 *Confiscatio bonorum, quo casu trahatur ad bona sita extra territorium, & numero 6.*

7 *Constitutio, & statutum, licet dicant confiscentur omnia bona vbique sita & reperta, restringuntur tamen ad bona sita in territorio statuentis.*

8 *Confiscatio facta de iure communi ad bona extra territorium trahitur, licet sit diuersus fiscus, & diuersa territoria, applicantur tamen bona dominis territoriorũ, vbi sunt sita, num. 9. Etiam in crimine heresis, num. 10. Et in crimine lęsę maiestatis, numero vndecimo ex cõi.*

12 *Debitum alicui in vindictam sui criminis non debet alteri conferre.*

13 *Bona sita in castris domicillorum applicantur illis, licet fuerint confiscata a Principe, qui eos de castris inuestiuit.*

14 *Mobilia veniunt in confiscatione, licet existant extra territorium confiscantis, secus in immobilibus, ratio assignatur, num. 15.*

16 *Facultas & ius publicandi bona nemini competit, nisi verbis specialibus a Principe concedatur.*

17 *Imperium merum, & mixtum venit sub concessione Castri cum simplici iurisdictione facta.*

18 *Fiscus Castrorum, & fiscus ciuitatũ principalium, quomodo differant.*

19 *Nomina debitorum, iura, & actiones, vt veniant in confiscatione bonorum, sunt exprimenda.*

VTILIS, sed intricata (si Nello credimus) est quæstio an 1 in confiscatione † bonorum veniat bona extra territorium sita, & pro clariori intelligentia ponã aliquos casus distinctos. Primus est casus quando confiscatio veniat de iure communi, & vna in diuersis territorijs sit bursa fiscalis, quia vnus est 2 dominus, tunc trahitur † ad bona extra territorium sita, ita Bart. in l. cunctos populos, nu. 50. C. de sum. Trinit. & fide catholic. Ang. in tracta. malefic. in verb. eius bona publicamus post num. 5. Nell. in tractat. bannit. in 1. parte, secundi tempo. q. 17. ante medium, versic. his præmisso, & versi. hoc primum, Gig. de crimine læsæ maiestatis, libro 2. titulo de pœni. committ. crimen lęsæ maiest. quęstione 2. in princip. Corrad. in pract. titu. de bon. public. numero 16. in princip. Boss. in titulo de bon. publicat. numero 62. & hęc opinio non habet contradictorem. Prosper. Farinac. quæstio. 25. sub numero 95.

Secunda principalis conclusio sit si bursa fiscalis sit solum vna, & idem dominus, licet territoria sint 3 diuersa, & confiscatio † fiat iure speciali statutorum, vel constitutionũ non existentium extra territorium delinquentis, non extenditur ad bona extra territorium sita. ita Bart. in dicta l. cunctos populos. Nell. Boss. & Prosper. Farinac. in præcedenti conclusione allegati.

Addo in terminis Castrens. consilio 319. in princip. in antiqu. Bologni. consilio trigesimoquinto, Vulpell. de * communi, respons. septuagesimosexto.

4 Vbi postea subdit, quod fiscus alterius territorij poterit capere talia bona vti vacantia, & quæ a banni-

to

to amplius possideri non possunt, cum ex constitutione Pij Quarti, Sixti Quinti sint vbique effecti incapaces.

Tertia principalis sit conclusio, quando territoria sunt distincta, sed bursa fiscalis est vna, & eadem, vnusque, & idem dominus, & con-
5 fiscatio † fit de iure speciali, quod vi get extra territorium etiam in loco, vbi bona sita sunt, talis confiscatio trahitur ad bona extra territorium, vbi viget idem ius, ita tradũt omnes supra citati interpretes, nec militat ratio, de qua in l. extra territorium, ff. de iuris. omn. iudi.

Quarta sit conclusio, quando cõ-
6 fiscatio † fit de iure speciali, sint diuersi domini, diuersæ bursæ fiscales & diuersa territoria, non trahitur ad bona extra territorium sita, ita supra citati omnes ex lege tertia, de offic. præsid. l. fi. de offic. præfec. vrb. l. neque, C. qui tut. dar. poss. lege ius singulare, lege, quod verò contra, C. de leg.

Ampliatur hæc conclusio etiam si constitutio, vel statutum dispo-
7 neret, † quod confiscentur omnia bona vbique sita, & reperta, adhuc enim restringitur ad territorium confiscantis, Plot. consi. criminal. diuers. 130. num. 12. 13. 14. libro primo, ex l. 1. §. nunciatio, vbi Ias. de nouis oper. nunciat. & subdit, quod talia bona applicantur venientibus ab intestato iuxta Auth. bona damnatorum, C. de bon. proscript.

Quinta sit conclusio quando cõ-
8 fiscatio † venit facienda de iure cõmuni trahitur ad bona extra territoriũ confiscantis, etiam quod bursæ fiscales, & iurisdictiones sint separatæ, & distinctæ, ita tradunt supra citati iuris interpretes in supra citatis locis.

Sexta sit conclusio, quãdo confi-
9 scatio † fit de iure communi, & bona sunt in diuersis territorijs, & bursæ fiscales sunt distinctę, confiscatio extenditur ad bona alibi sita, tamen bona pertinebũt ad locum, in quo sita sunt. Bal. in l. ex facto, ff. de hæred. instituend. vbi rationem reddit, quia fiscus habetur loco hæredis, l. tutoris, C. ad l. Iul. de vi. l. 1. C. de bon. quæ liber. & quilibet fiscus aget in proprio loco contra bona debitorum ipsius condemnati, & econtra satisfacit creditoribus, Alexand. consi. 31. col. 1. & 3. versi. & non obstat vol. 1. Aret. consi. 10. col. fi. Bologni. consi. 35. col. 3. Aret. in tract. malefic. in verb. & eius bona publicamus, nu. 5. Castrens. cõsi. 86. col. 2. secundum antiquam impressionem. Afflic. in cap. 1. §. fi. nu. 35. quib. mod. feud. amitt. Rui. cõs. 49. col. 4. in fi. vol. 2. Brun. cons. 31. col. penul. Rolan. de lucr. dot. q. 20. num. 10. & hæc est * communis opinio legistarum, & canonistarum. Roland. consil. 78. num. 15. vol. 2. Eman. in suo Thesaur. litera C. nu. 267. Plot. consilio criminal. diuers. 130. num. 15. vol. 1.

Ampliatur hæc conclusio, vt pro
10 cedat etiam † in crimine hæresis, c. vergentis de hæretic. cap. cum secũdum de hæretic. lib. 6. Aymo. consi. 128. col. 2. versi. secundo respondeo &c. Guid. Pap. q. 76. Rolan. consilio 75. num. 8. vol. 3. pulchre Gundissalun. de hęretic. q. 15. num. 6. pract. Simon. cap. 53. num. 8.

Ampliatur secundo hæc conclu
11 sio etiam † in crimine læsæ maiestatis humanę, Aymo. d. consi. 128.

col. 2.

col. 2. dummodo non sit contra ipsum Principem, & Dominum directum. Anan. dicens * communem consi. 32. col. 2. & Bologni. ibi in addit. & magis * *communem Curt. iun. in tract. de feud par. 5. conclus. 1. & ab ea in iudicando non esse recedendum, Iacob. in inuestitur. ver. dictique vassalli, col. 22. versi. videmus nunc in fi. Boss. de pœnis, num. 28. Rolan. consi. 78. num. 22. vol. 2. Guid. Pap. q. 341. est celebre consilium Oldrad. 148.

12 Quod igitur alicui debetur † in vindictam suæ iniuriæ, alteri conferre non debet, l. 2. §. emancipatus, ff. de collar. bon. l at vbi. ff. de petit. hæred. vbi Castrens. num. 4. not. & commendat, l. bouem, §. si quis seruum, vbi tex. not. secundum Veronens. ibi, ff. de ædilit. edict. cap. 1. §. si quis aliquem vbi Afflict. in quint. notab. de pac. tenend.

13 Ampliatur tertio etiam † si bona sint sita in tenuta alicuius castri per Principem concessi cum mero, & mixto Imperio, vt colligitur ex discursu consilij Crauet. consi. 128.

Quod facit pro istis Domicellis, qui possident Castra, vel concessa, vel melius vsurpata in aliquo territorio, nam confiscatio pertinet ad ipsos pro bonis in eius tenuta sitis, sed melius esset si nullibi reperirentur isti domicelli, qui tanquam leones rugientes quęrunt, quem deuorent, & nihil melius esset, quam applicare iurisdictionem Ciuitatibus vicinioribus, relinquendo eis proprietatem nudam bonorum.

Declaratur hæc conclusio in mo-
14 bilibus extra territorium sitis, † q̃a ea pertinent ad confiscantem, licet sint extra eius territorium. Bal. in l. mercatores, C. de commer. & mercator. vbi hoc valde commendat: cõmendat etiam Alex. consi. 16. col. fi. consi. 31. col. 2. lib. 1. Soc. 23. col. fi. lib. 2. Cott. in verb. confiscatio. Ios. de Arno, epitom. 75. Oldrad. consil. 17. Firmia. in verb. bona mobilia, num. 6. Gig. de crim. læs. maiesta. q. 2. tit. de pœn. committ. crimin. læsæ maiest. q. 2. num. 8. Ancar. q. 25. nu. 2. par. 2. est * communis opinio. Roma. singul. 272. Carauit. ritu 132.

15 Si igitur delinquens, † cuius bona confiscantur Tuderti habeat bona mobilia varijs in locis, omnia sunt transferenda ad Ciuitatem Tuderti, vbi confiscatio fit, & ratio est secundum Bald. in citato loco, quia mobilia cohærent personæ, immobilia verò territorio.

Et considerandum est, quod fa-
16 cultas, † & ius publicandi nemini competit, nisi verbis specialibus a Principe concedatur. Bal. in l. Imperatores. ff. de offi. præfect. vigil. ex l. 1. C. ne sine iuss. princip. sequitur Afflict. decis. 182. num. 16.

Secundo loco considerandũ est, quod si alicui concedatur Castrum
17 simpliciter † cum iurisdictione, vel simpliciter iurisdictio, tunc venit merum, & mixtum Imperium, & sic redditus causarum ciuilium, & criminalium. Ias. in l. Imperium, num. 10. ff. de iurisd. omn. iud. dicẽs ita per omnes teneri. Didac. pract. q. cap. 1. propè finem, vers. secundo vbi &c. sentit Boss. tit. de regalibus, num. 15. secus si concederet omnes redditus reseruato mero imperio, quia non venirent redditus causarum criminalium, ita Ias. in d. l. Imperium, numero octauo, reprobata opinione Baldus in l. Imperatores,

res, de offic. præfect. vigil.

Tertio singulariter adnotãdum
18 est, quod licet fiscus † istorum Castrorum percipiat confiscationes pro bonis in eius tenuta existentibus ex confiscatione alibi facta, tamen non habet ius prælationis in tacitis hypothecis, vel similibus sicut fiscus ciuitatum, & aliorum locorum principalium, ita dixit notabiliter Petr. Iac in § quadrupli, col. 4. de act. commendat pro valde singulari Guid. Pap. q. 76. Participant igitur de confiscationibus alibi factis, sed non gaudẽt priuilegijs, &c.

An vero confiscatione bonorum
19 veniant nomina debitorum † iura, & actiones: tetigi superius in materia donationis. q. 8. Addo pro parte negatiua Ioan. de Arno. foliloq. 10. Dec. consil. 242. Ancar. q. 7. part. 2. Cott. in verb. bona, in verb. nomina, in verb. confiscatio. Pinell. de bon. mater. fol. 20. vnde solet in sententia exprimi iurium, actionum, & nominum debitorum.

QVÆSTIO XV.

X. Q. principalis.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio bonorum non extenditur ad bona futura, & postea quæsita, assignatur ratio num. 2.*
3 *Ius quærendum non venit in confiscatione.*
4 *Confiscatio bonorum non extenditur ad donationem collatam post mortem donantis.*
5 *Hereditas nondum adita non venit in publicatione bonorum.*
6 *Bannitus an sit capax legati, & successionis, & num. 27.*
7 *Bannitus, quæ iura perdat, & quæ retineat.*
8 *Bannitus perdit lucrum dotis sibi debitum ex forma statuti.*
9 *Statutum de masculis existentibus non habet locum in bannitis.*
10 *Statutum de consensu consanguineorum requisito in contractu minoris non habet locum in consanguineo bannito. Quid sit agendum stante impedimento banni, num. 11.*
12 *Banniti qui possunt impune offendi amittunt ius retractus.*
13 *Bannitus an, & in quibus amittat patriam potestatem, & nu. 14.*
15 *Tutor postea bannitus ad quæ teneatur.*
16 *Bannitus non perdit ea, quæ sunt meri misterij.*
17 *Bannitus arbitrator, & arbiter an, & quando esse possit, & non, & numero 18.*
19 *Bannitus testari an, & quando possit, & non.*
20 *Bannitus testis an, & quando esse possit, & non, & quid in causa matrimoniali.*
21 *Bannitus non agit, sed patitur iudicium, & num. 22.*
Nec potest esse iudex, num. 23.
24 *Banniti amittunt ius agnationis.*
25 *Testamentum an, & quando sit nullum præteritione filij banniti.*
26 *Bannito restituto competit remediũ, l. 2. C. de resc. vendi.*
28 *Banniti agere possunt ex contractibus iurisgentium.*
29 *Fructus, & pensiones, quæ nondum cesserunt tempore confiscationis confiscantur, vt immobilia.*

NVNQVID confiscatio bonorum extendatur ad bona futura,

futura, & postea quæsita? vtique non, † sed ad præsentia tantum textus notabilis, in l. si mandauero tibi, §. is cuius, & ibi not. Bald. in vtraque lectura, ff. mandat. l. eius qui, §. si. vbi Castrens. not. num. 3. ff. de testamen. l. certa forma, vbi Bart. nu. 5. Ioan. de Plat. num. 2. reddens bonam rationem, quia in his, quæ sunt magni præiudicij, vt venditio, legatum, donatio, publicatio omnium bonorum, † non veniunt futura, secus in his, quæ sunt parui præiudicij, vt obligatio, c. felicis. vers. verum, de pœnis, libro 6. quem notabilem dixit ad hoc Fely. in cap. ad liberandum, not. 2. de hæretic. libro sexto.

1 (margin) …

Quæ iura ad hoc propositum notabiliter commendat Bald. in l. fina. C. quæ res pign. oblig. poss. Doct. in l. fina. §. illud, vbi Alexand. numero tertio, Ias. numero quarto, Dec. numero primo, ff. quod quisque iur. inferens ex hoc in facto, quod ius
3 † adeundi non venit in confiscatione, quia sumus in iure quærendo late explicat Nell. de bannit. in prima parte, secundi tempor. quæstione 30. numero trigesimo.

Et sic habetur limitatio ad l. hæres, quandoque, ff. de acquirend. hæreditat. vt hæres postea adeundo dicatur hæres a die mortis defuncti, quia hoc non procedit in casu prædicto.

Eandem supra firmatam conclusionem tenet Imol. in l. ex facto, §. fina. ff. de vulg. & pupillar. Ioan. Andr. in addit. ad Specu. titu. de accus. §. sequitur. versicu. quid si aliquis, Alberic. in 4. part. stat. quæst. 12. in fine, Bald. in l. tertia, C. de priuileg. fisci. in l. 1. colum. penult. C. de hæred. instituend. Isern. in cap. 1. §. fin. in 3. quæst. de capit. Corra. in feud. Bald. in cap. cum contingat, num. 33. de iureiurand. Angel. de malefic. in verb. & eius bona publicamus. num. 25. Boss. in titu. de bon. publicat. numero 15. & 66. Anton. Gomes. var. resolut. libro 3. cap. 14. num. 2. Curt. sen. consilio 59. num. 13. versic. ex quibus. Ruy. consilio 20. & consi. 25. vol 5. Alex. consil. 23. num. 5. consil. 73. num. 15. vol. 1. Corn. consilio 190. num. 17. vol. 1. Dec. consil. 442. num. 20. Gig. de crimin. læsæ maiestat. titu. de pœnis committent. crimin. læsæ maiestat. quæst. septima, Ludou. Cur. consilio criminal. diuers. 103. num. 1. volumine primo, & hæc est communis * opinio. Ias. in l. si stipulatus fuerim, §. cum stipulamur, numero sexto, ff. de verb. obliga. Nell. de bannit. in prima parte, secundi temp. quæstio. 18. in fine, Neuiz. consilio 73. numero decimo, Bonacoss. commu. opin. in verb. confiscatio. Eman. in eodem verbo, numero 263. Plot. consilio criminal. 130. numero 55. 59. & 60. vol. 1. Corrad. in pract. de bon. publicat. numero quarto, Menoch. consilio 101. nu. 13. & 24. volum. 1.

Vnde in donatione collati post mortem donantis non extenditur
4 confiscatio † bonorum, Dec. consilio 445. num. sexagesimoquarto.

Prout nec in iure agendi ad legitimam viuente adhuc patre, vel auo. idem Dec. consilio 438. num. 10. de qua materia late in materia legitimæ superius dixi. Nec etiam
5 veniet hæreditas † nedum adita, vel pendente termino ad conficiendum inuentarium, vel adita cũ pro-

testatione inuentarij. Monticul. de inuentar. num. 66. Opportune tamen
6 men videndum est an bannitus† sit capax legati, & an sit capax successionis.

Circa legatum prima sit conditio si bannitus non potest impune offendi ex forma statutorum est capax omnium successionum, quæ ei deferuntur, tam ex forma iuris municipalis, quam iuris cõmunis, &c.

Secunda sit conclusio bannitus,
7 † qui ex forma statutorum potest impune offendi perdit iura, quę deferuntur ex forma statuti, retinet autem ea, quæ sunt iuris communis, tam in territorio statuentium, & multo magis extra, Bart. in quæstione statut. Ciuitatis Lucanæ, nu.
* 29. & hanc dicit * communem. Alexan. in l. prima, numero quarto, C. de hæred. instituen. Ruin. consilio 49. numero tertio, libro quarto Alexan. consilio 26. numero secundo, libro primo, Vant. de nullit. ex defect. man. num. 51. Nell. de bannit. in 1. parte, secundi temp. quæst. 5. Corn. consi. 29. in primis verbis, libro secundo, consilio 55. eod. vol. Alexan. consilio 75. numero secundo, libro primo. Blanc. de compromiss. q. 2. num. 16. Claud. in l. Gallus, §. nunc videndum, num. 4. ff. de liber. & posthum. in l. ex facto, §. ex facto, vbi Rip. num. 14. ff. ad Trebellian. Curt. sen. consilio 59. num. 19. Curt. iun. consi. 182. num. 4. Ias. consilio 166. colum. prima, libro secundo, in l. 1. numero quinto, C. de
* * hęred. instituend. & magis * * communem dicit Iul. Clar. §. testamentum, quæst. 20.

Addo Bursatt. cons. 54. num. 24. Mandell. consil. 17. num. 21. vbi veriorem appellat Bart. Neuiz. consi. 71. Ludou. catus. consilio criminal. 103. numero primo, vbi plures citat de communi attestantes, & ab hac opinione in iudicando non est recedendum. Aret. in §. 1. instit. qui bus mod. ius patr. potest. soluitur, & magis communis. Hiero. Alba. consilio octauo, numero 28. Mich. Crass. §. legatum, quęst. 8. Alciat. cõsil. 54. numero tertio, libro secundo Boss. titu. bannit. quid amitt. num. 14. communem dicit Ioan. Fich. ad Villalob. numero sexto, Port. cons. 48. nu. 1. consi. 49. Bonacoss. in verbo bannitus reprobata opinione Boss. Ias. & aliorum, de quibus per Ioseph. decis. Perusin. 11. num. 7. late etiam Menoch. consi. 271.

Ex quibus postea infertur, quod
8 si extat statutum, † quod vxore præmoriente sine liberis maritus lucretur partem dotis, non verificabitur in marito bannito, qui ex forma statuti potest impune offendi, quem casum non reperi apud Roland. de lucro dotis.

Secundo infertur, quod statutũ
9 † de existentibus masculis non habet locum in bannitis. Brun. de statut. exclusiuo fœminarum in 3. q. principal. num. 47.

Contrarium tenet Bal. in cap. 1. numero octauo, in titu. hic fi. & sequitur Clemen. de patr. potestat. c. fina. num. 4. Verior tamen videtur opinio, vnde quoad hoc erit locus dispositioni, l. maximum vitium, C. de liber. præterit.

Tertio infertur, quod vbi est sta
10 tutum † prohibens minorem, vel mulierem contrahere sine consensu proximiorum, non poterit consanguineus bannitus talem consen

sum,

ſum, vel præſentiam præſtare ex quo ad hoc inhabilis reputatur in terminis. Bald. conſi. 399. ſtatuto ciuitatis Aſſiſij, Caſſan. in conſuetu. Burgund. rub. quarto, §. 1. gl. contra ulz. colum. 5. limitatio. 15. Ferro. in conſuetud. Burdegal. titu. de ſtat. & iur. perſon. §. 3. colum. 4. verſ. quod in abſente. Lambert. de contract. mulier. gloſſ. octaua, numero vigeſimooctauo, cum ſeq.

Et aduertendum eſt, quod ſtante tali impedimento banni, quid agendum? & Bal. in citato conſilio di
11 cit minorem, † vel mulierem poſſe contrahere ſolam, ſed alij tenent iſto caſu per iudicis præſentiam ſupplendum talem defectum, ita Bald. in l. tranſactionem in fi. C. de tranſact. in l. ſi furioſi. C. de nupt. Roderic. ad l. 13. tauri, num. 18. alibi, prout Romæ practicatur, quod detur curator ad illum actum. Boccat. ad Egid. conſtitut. gloſſ. 3. nume. 123. Granut. theoremat. 25. num. 43. in fine.

Nota tamen hoc eſſe conſilium, non de neceſſitate. facit Crauett. cõſilio 12. num. 4.

12 Quarto infertur, quod banniti, qui poſſunt impune offendi amittunt ius retractus. Gulielm. in cap. Raynutius, in verb. in eodem teſtamento relinquens, num. 142. de teſtamen. Tiraquell. de retract. lignaier. §. 1. gloſ. 9. num. 27.

Quinto infertur, quod bannitus
13 † non amittat patriam poteſtatem eſt communis * opinio, de qua per Alexand. in l. ſi cum dotem, §. ſi patri, nu. 4. ff. ſolu. matri. Corn. conſi. 55. lib. 2. Iul. Clar. in §. fi. q. 71. verſ. ſucceſſiue. Barthol. de Valma inter conſilia crim. diuerſ. conſ. 68. n. 22.

14 Fallit in tribus caſibus † primo, quoad bona poſita in territorio, a quo eſt bannitus. Iul. Clar. in citato loco, dicens ita vidiſſe ſeruari.

Fallit ſecundo in bannitis capitaliter cum confiſcatione bonorum, ex quo iſti deportatis æquiparantur. Alex. inter conſil. criminal. diuerſ. 90. num. 16. Clem. de patr. poteſtat. cap. fi. num. 24.

Addo Alex. conſi. 23. num. 9. volum. 1. Benedict de Baſt. inter conſ. criminal. diuerſ. 92. nu. 33. Burſatt. conſi. 54. ſub num. 2.

Fallit tertio in bannitis a Pontifice, Rege, vel Imperat. & ſimilibus ſupremis principibus. Clem. in citato loco, num. 27. & dicam latius inferius.

Sexto infertur, quod bannitus
15 † deſinat eſſe tutor, & remoueri poterit, licet de geſtis teneatur in odium ipſius, & hoc ſi perdat bona. Bar in l. ſi ſine hærede, §. fi. ff. de adminiſtra. tutor. Nell. de bannit. in 1. part. ſecundi temporis, num. 40.

Septimo infertur, quod banni-
16 tus: † non deſinit eſſe executor teſtamenti ex quo hoc reſpicit merum factum, & quantum ad effectus nudi miniſterij Rayner. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff ad Trebellianũ Bald. in l. id quod pauperibus, C. de epiſcop. & cleric.

Octauo infertur, vt poſſit eſſe ar
17 bitrator, † vel arbiter niſi ſit bannitus cum confiſcatione bonorum. Bartol. in l. cum pater. §. hæreditatem de legat. 2.

Limita in arbitro ex forma ſtatuti Nell. de bannit. in 1. part. ſecũdi temporis, num. 43. in fine.

18 Quod declara, aut bannitus † poterat impune offendi ex forma ſta-

F 2 tuti,

tuti, & tunc non poterit esse arbiter in loco statuti, sed extra se:si verò non poterat impune offendi, poterit esse arbiter, ita declarat Blāch. de compr. quęst. 2. in verb. bannitus, num. 14. vbi pariter limitat in bannito, qui communiter reputabatur non bannitus: nam tunc poterit esse arbiter, & arbitrator.

Nono infertur, quod bannitus,
19 † testari poterit si sit bannitus in exilium tantum, vel in pęnam mortis, & cōfiscationis bonorum ex delicto iuxta formam statuti, secus si ex forma iuris cōmunis. Iul. Clar. in §. testamentum. q. 19. Benedic. * * Vad. de magis * * communi in repertor. ad Felyn. in verb. bannitus Bonacoss. cōclus. criminal. in verb. bannitus. Gozadin. consi 96.

20 Decimo bannitus † potest esse testis non in loco banni, sed alibi. Bal. in l. 1 col. 10. C. de hæred. instituend. in l. in exercendis col. penul. C. de fid. instrumen. Fely. in cap. super eo, il primo, num. 4. de testibus in cap. postulat, num. 9. de for. competent. & hoc procedit etiam de iure Canonico. Barbat. consilio 3. columm. 3. volum. 2. Monticell. de testibus in verbo bannitus.

Pariter rectè deponit ad fauorē matrimonij contrahendi, secus si agatur, de eo dissoluendo est communis, * opinio Alexan. de Neuo. consilio 8. num. 18. Bonacoss. in verbo bannitus.

Item pro maleficio rectè deponit Chircou. commun opin. centuria 1. conclusion. 23. lib. 1.

21 Vndecimo, bannitus † non auditur vt actor in reuocatione tenutæ, sed bene vt reus ad iudiciū prouocatus. Nell. de bāni. 1. par. 2. tēp. q. 64.

22 Duodecimo, bannitus † patitur secundum decretum. Nell. in citato loco, num. 65. vbi pro maiori cautela consulit vt detur curator bonis, & perueniatur ad diffinitiuam, & eius executionem.

Decimotertio infertur, quod bā-
23 nitus † non potest esse iudex. Ioan. And. in c. 1. §. eius sententiæ, de stat. contra libert. ecclesiast. commendat Vincent. de Anna. singu. 52.

24 Decimoquarto banniti † amittunt ius agnationis. Alex. consi. 75. col. 2. vers. pro hoc facit lib. 1. allegat Bart. in l. si adulterium cum incestu §. si liberto in fi. ff. de adulter. Tiraq. de retract. lignaier. §. 1. gl. 9. nu. 29. Fusi. in verb. bannitus, nu. 9.

Decimoquinto præteritione fi-
25 lij banniti † testamentum est nullum. Corn. consi. 28. lib. 2.

Declara nisi esset damnatus a supremo principe, vel nisi per statutum aut sententiam esset priuatus beneficio iuris communis, vel nisi statuto caueatur, quod patre damnato filij succederent in aliqua parte bonorum, tunc videntur liberati a patria potestate, quia per successionem pater in necessarium antecedens fingitur mortuus. Ripa. in l. ex facto, §. ex facto, num. 20. ff. ad Trebellian.

Declaratur secundo in bannito cum confiscatione bonorum Ripa in d. §. ex facto, num. 16. declarat. 2. vnde licet ex forma statuti non possit impune offendi si est condemnatus in confiscationem omnium bonorū idē erit, & faciunt, q̄ superius diximus de patria potestate ī lati. 5.

Declaratur tertio nisi verba statuti onerent eū extra omniū protectionem iuris communis, tunc efficitur

titur omnino incapax, & non gaudet beneficio iuris cõmunis in territorio, a quo bannitus est, de * cõmuni. Ludou. Cat. consilio 104. numero 6. Mich. Crass. in §. legatum, quæst. 8. in fine.

Declaratur quarto in bannitis a Pontifice, & alijs supremis principibus, quia isti perdunt omnia beneficia iuris communis. Alexand. in l. si cum dotem, §. patri, ff. soluto matrimon. Rip. in d. §. ex facto, nu. 18. Clemen. de patr. potesta. effect. vltim. numero 27. & in hoc hodie attendendum est, quia non attendũtur statuta locorum, sed in terris ecclesiæ per bullas summorum Pontificum banniuntur.

26 Decimosexto bannitus, † qui contraxit, & contrahendo est læsus, rebannitus poterit agere remed. l. 2. C. de rescindend. vend. non obstãte statuto, quod petitiones bannitorum non audiantur. Ioan. Andr. ad Specu. titu. de emptio. §. nunc dicẽdum. sequitur Socin. consilio 42. libro quarto.

Et quod dictum est in legato ca-
27 piendo, † procedunt etiam in successionibus, & hanc dicit * communem, & veram Bologni. ad Matthesillan de succession. artic. 3. principal. num. 37. Zas. in apolog. contra Echium. And. Gail. Forens. institut. lib. 2. cap. 12. Mich. Crass. §. successio ab intestat. q. 7.

Notandum est etiam ad intellectum l. si m ãdauero tibi, §. is cuius,
28 ff. mandat. quod banniti † possunt agere ex contractibus iurisgentiũ in conseruando bona propria, nec auferuntur a fisco, d. §. is cuius, sed illis mortuis veniat fiscus ad illa bona tanquam vacantia. Bal. singulariter, in l. eius qui, §. 1. ff. de testam. in l. 2. C. de bon proscript. commendat pro valde singulari Cremẽs. singul. 147. depositati. Io. de Arno. problemat. 14. Cagnol. in l. ea sola, nu. 6. de regul. iur.

Adde etiam aliud notabile dictũ
29 quod fructus, † & pensiones, quæ nondum cesserunt tempore confiscationis confiscantur vti immobilia. Bald. notabiliter, in cap. 1. de pace tenenda. commendat Aret. consilio 10. col. 2. in princip.

QVÆSTIO XVI.
X. Q. principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iura conditionalia non veniunt in cõfiscatione bonorum, nisi sit ademptus status simul cum bonis, nu. 2.*
Declaratur, num. 3. 4. 5.
6 *Conditio de futuro est proprie conditio, secus si de præsenti.*

QVÆRO in cõfiscatione bonorum, an veniant iura cõditionalia? vtique nõ
1 † gloss. notabilis, & valde singularis, in l. non ad ea in verb. præsens, ff. de cond. & demon. quam ibi Bar. num. 4. Castrens. num. 8. dicunt singularem. Bal. in l. etiam, nu. 4. C. ad l. Falcid. dicit non esse alibi, in c. cũ contingat, nu. 27. de iureiur. in l. 1. col. 1. C. de hæred. instituend. Bart. in l. 1. C. de bon. damn. in l. certa forma, C. de iure fisci, libro 11. Bal. in l. si mandauero tibi, §. is cuius, ff. mãdat. Alexand. consilio 18. col. 1. lib. 1. Socin. loquens in fideicommisso conditionali, consilio 275. colum. penult. Dec. consilio 235. nume. 5. Ias. in l. si stipulatus, §. 1. numero 7.

ff.de verborum obliga. Fely.in cap. ad liberandum,not.2.de iudæis, & hæc est communis * opinio. Iul. Clar. quæstio.78.versic. item in fiscum.

Declaratur primo hæc commu-
2 nis opinio † nisi sit ademptus status simul cum bonis, quo casu veniunt futura,sed debent per fiscum apprehendi.Bal.in capite finali,sub num.5.de rescript.

Declaratur secundo in iuribus conditionalibus, & vltima voluntate, vel ex dispositione mera iuris communis,secus ex cōtractu, quia
3 hæc veniunt † in confiscatione. Roma.consilio 247. Castrens. consilio 32. qui loquitur in legitima filij banniti ex l.inter socerum, §.fin ff. de pact. dotal. commendat Alexan. in l. si marito, ff. soluto matrimonio.

Declaratur tertio, vt non procedat quando bona auferuntur ab aliquo tanquam incapace; nam tunc
4 iura † conditionalia transeunt in fiscum, secus si per confiscationem ratione delicti.ita declarat Castren. in l.in facto §.fiscus, ff.de condit.& demonstr. bene facit l. cum fisco, ff. ad Sillanian.

Declaratur quarto loquendo in contractibus in conditione casuali, vel mixta, quæ bene † transfun-
5 ditur in fiscum secus in potestatiua in persona confiscati,pulchre Bald. in l.fi.num.15. versic.ego autem dico sic, C.de contr. emptio. Doctor. in l.si decem cum petiero, ff.de verborum oblig.

Declaratur quinto in conditio-
6 ne † de futuro, quæ est proprie cōditio, secus si de præsenti,l. cum ad præsens, vbi not. ff.si cert. pet.Gomes.tom.3. cap.14.colum.3.limit. vltima. Et obligationes conditionales, passiue non transeunt in hæredes. Ias.ex communi * in l.si quis arbitratu post numerum vigesimū nonum,ff.de verb. obligat. vnde legatum alimentorum præstandorū non transit in fiscum. Boss. attestās ita iudicatum de bon.publicat.post numerum vigesimumsecundum, & bene prædicta sentit Ange.in l.quoties, §. final. ff. de nouat.& in materia alimentorum tetigi superius &c.

QVÆSTIO XVII.
X.Q. principalis.

SVMMARIVM.

1 *Annui redditus ad longum tempus veniunt in publicatione bonorum.*

QVID in annuis redditibus
1 † an in publicationem bonorum veniant? vtique sic si sint ad longum tempus, Alex. in l.si constante §.fi.num.9. ff.soluto matrimonio. Tiraqu. de retract. lignaier.§.1. gloss. 6.sub num.6.

QVÆSTIO XI.
principalis.

SVMMARIVM.

1 *Rerum, & bonorum appellatione quę veniant.*

2 *Bona quæ veniant in excussione facienda de bonis debitoris.*

SEQVITVR in diffinitione excussionis Rerum,cuius appel-
1 latio † generalis est, prout bonorū, &

& comprehendit contractum, obligationem, actionem, exceptionem, seruitutem, hæreditatem, nomina debitorum, & similia, l. nominis, & rei, l. rei, vbi Alciat. ff. de verb. sign. bonus textus, in l. rem in bonis, ff. de acquir. rer. dominio. Alber. in dictionar. in verbo rei.

2 In excussione igitur facienda† nedum inspicienda sunt mobilia, & immobilia, & se mouentia, sed nomina debitorum, actiones quæcunque, seruitutes etiam vsque ad minimum quid.

QVÆSTIO XII. princip.

QVÆRO duodecimo loco principaliter per quem fiat

1 excussio, † & sic de causa efficienti? vtique per iudicem, vt patet in diffinitione, in l. secunda, C. quo ordin. quis conuen. poss. libro duodecimo.

QVAESTIO XIII. princip.

1 QVÆRO de quibus fiat excussio? † Vtique de omnibus bonis: de omnibus rebus mobilibus, immobilibus, & se mouentibus, nominibus debitorum, & iurium vsque ad minimum, prout ex diffinitione colligitur.

Finis primæ Partis.

PARS SECVNDA PRINCIPALITER,

De casibus, in quibus habet, vel non habet locum Excussio.

QVÆSTIO I.
1. par.

SVMMARIVM.

1 *Excussio non habet locum regulariter in pluribus obligatis, insolidum.*

2 *Creditor conueniendo simul plures debitores insolidum obligatos, videtur diuisisse obligationem, & sibi preiudicasse.*

Et hoc siue dixerit pro parte sua, siue conuenerit omnes simpliciter, numero 3. Et hoc verum post litis contestationem, num. 4.

5 *Conueniens eodem libello plures insolidum, dicere debet, quod vna solutione vult esse contentus, alias libellus non procedit.*

6 *Creditor habens insolidum plures obligatos, petendo ab vno partem, & exprimendo se petere pro parte ipsum tangente, videtur obligationem diuisisse, & sibi praeiudicasse cum ampliatione, num. 7.*

8 *Creditor recipiendo partem debiti a pluribus insolidum obligatis, non inducit diuisionem, nec obligationem insolidum, quia in dubio, non praesumitur donatio, nec remissio.*

Limitatur, num. 9.

Assignatur duplex ratio, nom. 10.

Declaratur limitatio, num. 11.

12 *Creditor recipiendo partem debiti quo casu sibi preiudicet, & non.*

13 *Dictio taxatiua de facili excludit, quando tendit ad liberationem.*

14 *Rei duo debendi videntur inuicem fideiubere, & vnus soluendo pro parte sua, non liberatur.*

15 *Rei debendi in dubio non videntur fideiussisse respectu creditoris.*

16 *Fideiussio inter creditorem, & alium non cōtrahitur nisi verbis expressis.*

17 *Rei debendi, quando dicantur inuicem fideiubere ad fauorem creditoris.*

18 *Color quesitus dicitur palliatio veritatis.*

19 *Fideiussio praesumpta in prohibitis nocet.*

20 *Rei debendi non videntur inuicē fideiubere, nisi expresse conuentum sit.*

21 *Color quesitus, quando adest, interuenit praesumpta fideiussio in damnū creditoris cum ampliatione, nu. 22.*

23 *Fideiussor adhibitus contractui minoris, vel mulieris celebrato sine solemnitate statuti non obligatur.*

24 *Iuramentum impedit opponi de simulatione.*

25 *Fideiussio tacita intelligitur inter plures tutores, vel curatores.*

26 *Exceptio diuisionis cōpetit inter plures fideiussores, si omnes sint in communi dolo, vel culpa.*

27 *Beneficium ordinis, quando habeat locum inter fideiussores.*

28 *Iuramentum tollit beneficium diuisionis.*

29 *Diuisio-*

donandum, nisi dicatur cui.
73 *Mādatū ad actū expressum sufficit.*
74 *Clausula, cum libera in mandatis, ut plurimum apponitur de crasso stilo notariorum, non de mera uoluntate partium.*
75 *Beneficium diuisionis inter correos, quando competat. & nu. 76.*
77 *Excusatio vnius correi debendi sufficit, quando est fideiussor correi, & num. 78.*



IDIMVS de excussione circa bona. Et quæ bona veniant in excussione, tam in ciuilibus, q̃ in criminalib. causis, nunc venio ad casus, in quibus fit, vel nō fit excussio. Primò igitur quæro an in pluribus obligatis insolidum habeat locum excussio? & vtique regulariter
1 † non l. si creditores, C. de pact. l. 2. ff. de duobus reis, l. inter eos, §. 1. ff. de fideiuss. Bal. in l. distantibus, num. 2. C. de testam. in l. executorem, numero 16. C. de execut. rei iud. Ias. in l. si constante, numero 52. ff. solu. matrim. Duen. reg. 335. numero 19. pulchre Aret. consilio 33. colum. 4. circa principium. Ro. consil. 392. Alexand. ad Barto. in l. si constante, num. 71. littera B. ff. soluto matrimo. pulchre Caputaquens. decisi. 273. nume 6. vbi inter duos reos debendi non habet locum excussio. Et circa materiam, l. si creditores, quæ practicabilis est, considerandi sunt duo casus principales: primus est in petendo: secundus est in exigendo, & recipiendo.

Circa primum casum, prima sit
2 conclusio: creditor, † conueniendo simul plures debitores, ei in solidū obligatos videtur diuisisse obligationem, & sibi præiudicasse, vnde si vnus delegatur non soluendo non tenentur alij l. liberū, C. de fideiuss. vbi Bald. & Alber. not. sentit Bar. in l. si creditores, numero secundo, in vtraque lectura. Castrens. colum. 3. circa principium, vbi vtiliter explicat Alexand. numero 2. in fine Ias. numero 5. Dec. numero 4. Rimin. col. 1. Alciat. nūm. 4. & est communis * opinio. Ronchegal. ad l. 2. §. vbi duo sub num. 38. ff. de duob. reis.

Ampliatur hæc conclusio vt vera
3 sit, & procedat † siue dixerit pro parte sua, siue cōuenerit omnes simpliciter. Imol. in l. ex duobus, col. 1. de duob. reis per l. reos. §. cum in tabulis, ff. de duobus reis, sequitur Alexand. in l. si ex toto, §. 1. num. 6. vbi Ripa. nume. 17. dicit hanc esse communem * opinionem, ff. de leg. primo, &c.

Et ratio videtur, quia inter plures dispositio videtur pro virili, l. 1. C. si plures vna ead. senten.

4 Declara hoc verum † post litis contestationem, dict. l. liberum. Castrens. in d. l. si creditores, colum. 3. in principio, & est communis * opi. Rip. in d. §. si scriptum, num. 15.

Ad inducendam igitur diuisionem non sufficit petitio, nisi succedat litis contestatio.

5 Si tamen in eodem libello † plures in solidum cōueniret debet addere, quod vna solutione vult esse contentus, alias libellus non procedit Bart. in l. 3. nu. 3. ff. de duob. reis.

Secunda principalis cōclusio sit,
6 creditor † habens plures, in solidū obligatos petēdo ab vno partē crediti, exprimēdo se petere pro psona, vel pro parte ipsum tangente, videtur diuisisse obligationem, & sibi præiu-

præiudicasse: ita tenent scribentes allegati in precedenti conclusione, & hæc est verior opinio, vt dicit Socin. in d. l. si ex toto, §. 1. vbi Rip. n. 15. & hæc est communis * opinio Dec. in d. l. si creditor, num. 7.

Ampliatur hæc conclusio etiam
7 † si reus conuentus negaret narrata prout narrantur. Bart. in l. si dubitat, §. ita demum, ff. de fideiuss. Bal. in l. electio, §. neq;, ff. de noxal. actio. Imol. in l. sed hoc ita, §. quod autem, ff. de re iudic. Alexand. cons. 37. col. 7. versic. quoad tertium, lib. 2. Roncheg. de duob. reis, l. 2. §. vbi duo nume. 43. & de hac clausula, & responsione alias latius dixi de iuramento litis decisiuo.

Et sic præfati scribentes nō sunt contenti si petatur simpliciter portio virilis, sed requirunt istam adiectionem pro persona, vel rata sua.

Secunda principalis cōclusio in materia receptionis, quod creditor
8 † recipiendo partem debiti à pluribus in solidum obligatis non inducit diuisionem, nec obligationem in solidum. Bart. in l. in his, §. 1. in l. quotiens vnus, ff. de solution. in l. si ex toto, §. 1. vbi Ripa, num. 11. ff. de leg. 2. Ias. in l. si creditores, numero 3. C. de pact. & hæc est communis * opinio, vt testatur Petr. Stell. in d. l. si creditores, nume. 8. & ratio est, quia in dubio non præsumitur donatio, neque remissio, l. cum de indebito, ff. de probat.

9 Limitatur primo, vt procedat † quando simpliciter solueret virilem, vel partē, secus si addatur pro parte ipsum tangente; nam tunc dicitur inducta diuisio per istam adiectionem, ita proprie loquitur textus in d. l. si creditores ibi pro sua persona soluentem, & hæc est communis * opinio, vt per Rip. in d. l. si ex toto, num. 11.

Cuius fundamentaliter loquendo, duplex est decisionis ratio, pri-
10 ma, quia † soluendo pro parte sua hoc expresso videtur facere actum contrarium obligationi in solidū, ideo de necessitate inducitur diuisio, secus, quando simpliciter, quia tunc videtur facta ad diminuendū cumulum obligationis, & debiti argumento, l. nouissime, ff. quod fals. tutor. author.

Secunda ratio est, quia ista remissio sapit donationem, vt dictum est, vnde nisi exprimatur non præsumitur.

Siue igitur in actu solutionis dicatur soluere pro persona sua siue pro rata, & portione sua, siue nomine suo, idem est, ex l. inter eos, §. j. ff. de fideiussor. & glos. in d. l. si creditores.

Ego autem credo hāc limitatio-
11 nem veram, † quando bene constat de cōsensu, & voluntate creditoris ex doctrina Bartol. in l. rationes, vbi Bald. & Castrens. sequuntur. C. de probat. in l. si cum dos in fine, ff. rerum amot. quem late commendat Iason, in leg. & si quidem, numero quarto, C. de transactio. considerando tres casus quotidianos, & in practica admodum vtiles, primus est casus, quando debitor dicit esse centum, quæ tibi debeo, cum re vera deberet ducenta, quo casu credi-
12 tor † non videtur sibi preiudicasse. Secundus casus est, quando debitor apponit taxatiuam, dicendo esse cētum tantum, quæ tibi debeo, tunc creditor sibi præiudicat. Tertius est casus quando debitor dicit ecce centum,

tum,quæ tibi debeo, & creditor accipit; nam nec in isto casu videtur sibi præiudicasse, sequitur Oldrad. consi.254.num.11. Castren.consil. 216.Alexand.consil.107. volum.1. commendat pro notabili Euerard. in loco taxatiuarum,numero 6.in fine.Marsil.reputans hoc valde notabile de probat.nume. 247. Guido Pap.quæst.173.vbi limitat nisi soluatur pro resto. Et hæc omnia vera sunt in creditore sciente, vnde si dico creditori scienti esse cētum,quæ tibi debeo, & non plus sibi præiudicat, secus erranti,& poterit probari contrarium etiam per hæredem, vt per Bartol. in d.l.rationes. Vnde applicādo crederem limitationem veram dicendo. *Eccoti cinquanta scudi quali mi toccano per parte mia solamente, & non più*.

Vnde si dico. *Eccoti cinquanta,che mi toccano per parte mia*; si creditor recipit, & tacet, non acquiescerem in hoc casu factam diuisionem ex superius dictis, sed si adderentur alia verba restrictiua, & præcisa, tunc acquiescerem.

13 Vnde dictio taxatiua † de facili excludit quando tendit ad liberationem. Ias.tamen in l.1. col.3. ff.si quis ius dicent. nō obtemper. tenet non præiudicare quin residuum petere possit. ita tenet Mansuer.ad Papiens. in titulo de positio. in verbo ponunt,circa finem.

Sed vltra alios vna hic oritur dif-
14 ficultas, dato qd vnus ex reis † debendi soluat pro persona,rata, & portione sua, & hoc clare protestatur, dico hoc nihil prodesse, cū pro parte consocij, & correi remaneat obligatus vti fideiussor, quia duo rei debendi videntur inuicem fideiubere ex not. per Bartol. in l.reos, numero 1. ff.de duobus reis. Dico, quod alta est quæstio,& fuit magna controuersia inter Ioannem Azonem,& Accursium antiquos glosatores, ac etiam Martinum de Fano, vt late per Nicell.concordant.3.

15 Conclusio igitur sit,rei † debendi in dubio non videntur fideiussisse respectu creditoris.ita Barto.in l. reos,columna 1. & 2.versic. si ergo quæritur, ff.de duob.reis in authen. hoc ita in quarta quæst.princip.nu. 67.C.de duob.reis, sequuntur in d. l.reos.Alberic.num.2.Angel.col.1. Imol.col.1.Castr.col.2.Aret.col.2. ver.in glo.secundo,dicens Bart. optime præ cæteris materiam declarasse,& pauca illius dictis esse addēda. Angel. in leg.3.§.vbi duo,ff.de duob. reis. Fulgos. in l.vir vxori,§. fin.ff.ad Velleian. Salicet. in l.1. C. eod.Ioan.Fab.in §.vlt.colum.1. vbi Ioan.de Plat.quæst.sexta. Alexand. in l.si constante,§.quotiens, versic. sed dubitatur,ff.solut.matrimo.Ripa.in d.l.si constante,num.55. Bap. de Sancto Blas.in tract. de dot.resti. priuileg.316.Viral.in tract.clausul. dum tract. de renūciatione legum. Fulgos.consi.205.Corn.consil.124. col.2.libro 1.consil.51.colum.1. libro 2.cōsi.316.colum.1.lib.4.Rui. consi.142.in fine lib.1.Nicel. de cōcordant.glos.concordant.3. Alber. in l.idem est,numero 1. ad Velleia. Bald. in l.per diuersas. quæst.15. C. mandat.consi.198.in fine libro primo,& consi.466.libro 5.& consilio 193.eod.lib.Ioan.de Ana.consi 60. Ang.cōsi.32.Aret.cons.33. in quat to dub. Signo.cons.76.Matthe.not. 176.Crauett.consil 91.col.2.lib.1. Bello.consil.44.colum.fin. Tiraqu. de

de retr.lignaier.§.31.gl.vni.nu.9.

Ratio autem videtur, quia inter creditorem, & alium non contrahitur fideiussio † nisi verbis expres-
16 sis, ita Bartol. in citato loco, authen. hoc ita, & licet detur in multis casibus fideiussio tacita iuxta l. cũ ostẽdimus, §. fin. ff. de fideiuss. tut. tamẽ sunt casus speciales, inter quos iste non reperitur enumeratus, meritò standum est regulę, vt fideiussor nõ intelligatur, nisi verbis expressis fiat.

Limitatur hæc prima conclusio,
17 † vt non procedat, & si hoc est conuentum, vt rei debendi sint inuicẽ fideiussores ad fauorem creditoris ex l. reos, vbi textus clarus, ff. de duobus reis, & no. Bart. in citatis locis.

Ex conuentione igitur partium hoc fieri potest, nec est pactum a iure improbatũ, & sunt duo actus inuicem compatibiles, late comprobat Socin. consilio 71. lib. 3.

18 Limitatur secundo † nisi sit color quæsitus. ita Bart. in d. l. reos ex locis superius citatis, ex l. sed & Iulianus, §. 1. ff. ad Macedon. ex l. vir vxori, ff. ad Velleian. & color quæsitus dicitur palliatio veritatis, prout in d. legibus colligitur. Notandum tamen est, quod Bart. limitatio quã omnes sequi videntur, non videtur ad propositum, quæritur enim an duo rei debendi dicantur inuicẽ fideiubere ad fauorem creditoris, sed dum tractatur de inducenda fideiussione ĩ dictis iuribus ex colore quęsito, hoc redundat in damnum creditoris, cõtra quem ex præsumpta fideiussione datur exceptio Macedoniani, vel Velleiani, quæ nõ competeret, nisi induceretur fideiussio, & sic fideiussionis p̄sumptæ inductio potius nocet, quã modo aliquo prosit.

Nisi forte dicamus, quod in pro-
19 hibitis p̄sumpta fideiussio † noceat.

Et notabilia sunt in actu practico iura superius allegata, namq; videbis multos contractus mutui, in quibus filiusfamilias, vel mulier fideiubent, & vti principales principaliter se obligant, nam talis stricta obligatio parum operatur, si pecunia tota peruenit ad manus filij familias, qui cum eo principaliter se obligauit Macedoniano iuuabitur ratione coloris quæsiti, pariter in muliere intercedente dicendum videtur, quæ non tenetur nisi de eo, quod ad eum peruenit ex d. l. vir. vxori, § finali.

Circa quod videtur fortasse non sine ratione dubitandum: nam in prima parte obligat mulierem, nec succurrit Velleiano quando mutuo accipit pro soluendis datijs, tributis, & collectis, ne bona dicta de causa subhastarentur, vel pro refectione domus, quæ minabatur ruinam, quia videbatur factum mutuum in causam necessariam. in secunda parte quãdo ex pecunia mutuata emit mulier fundũ, iuuatur Velleiano, cur h c non ne emere fundum est actus mulierũ valde proficuus? Vnde cur in emptione fundi I.C. distinguit, & in refectione domus ruinosæ non sic distinguit? cur vnũ casũ reputat necessarium, & alium licet proficuum reijcit?

Ad propositũ igitur principale re-
20 deundo, rei † debẽdi non videntur inuicẽ fideiubere, nisi expresse conuentum sit. Vnde si vnus ex reis debendi verbis claris, & apertis soluit portionem sibi, vel eius personã tãgentem, & creditor hoc acceptauit non poterit postea conuenire eũdẽ,

vt

vt fideiussorem, nisi expresse conuentum esset.

Pariter autem dicēdum est, quod
21 quando adest color quæsitus † interuenit præsumpta fideiussio in damnum creditoris ex iuribus in secunda limitatione adductis.

Et sic patet declaratio principalis quæsiti, an correus remaneat fideiussor, & alterius quæstionis quando rei videantur inuicem fideiubere ad fauorem creditoris, & quandoque in eius damnum, & præiudicium.

Ampliatur autem id, quod dictū
22 est de colore † quæsito, vt procedat siue actus quæratur contra prohibitionem iuris communis prout de Macedoniano, & Velleiano dictum est, siue contra prohibitionem ex forma statuti. Vnde stante statuto, quod minor, vel mulier non possit contrahere sine certa solennitate, & contrahat ea non seruata, & accedat pro obseruatione alius vt principalis, & in solidum, dicitur in hoc casu color quæsitus, & ea exceptio, quæ ex forma statuti competit minori vel mulieri competit & eius correo: ita in terminis Alexand. consil. 65. vol. 4.

Et sic habetur ampliatio ad l. sed & Iulianus, §. 1. & l. vir vxori. §. fin. quæ loquuntur in colore quæsito, vt procedat etiam si proueniat ex forma iuris municipalis. & in practica notandum est; quod consilium Alexandri procedit in contrahente sciente cum prohibito contrahere ex forma statuti, secus in aliter credente, & existẽte in bona fide: secundo Alexand. cõsilium non procedit stante iuramento, vt pulchre declarat Macchel. patrocin. 58.

Quod si verum est, color quæsitus a iure ita consideratus erit nullius considerationis, quia in omnibus instrumentis apponuntur iuramenta.

Et quod dictum est in correo, & principaliter se obligãte habet
23 locum in simplici fideiussore † vt nec ipse obligetur si fiat per minorem contractus nõ seruata forma statuti. Ias. in l. si non sortem in 4. not. ff. de condit. indeb. Plot. in l. si quando, num. 265. secundum primam impressionem. Lambertẽg. de contr. mulier. glos. 16. num. 10. Sed si doctrina Macchel. de iuramento apposito est vera, omnia corruunt.

Quæ venit confirmanda, quia stante iuramento de simulatione
24 † opponi non potest, iuxta ea, quę dixi ad regul. cum quid parte 4. limit. 8. nu. 4.

Limitat tertio, vt inter plures tutores, vel curatores intelligat
25 tacita fideiussio † quia haberet beneficiũ diuisionis si omnes gesserunt. l. 1. §. nunc tractamus, ff. de tutel. & ratio. distrahend. iuncto textu in §. si plures, inst. de fideiuss.

Ampliatur hæc conclusio etiã si non omnes gesserũt, sed aliqui, mandato tamẽ aliorum, quia hoc casu idẽ est ac si omnes gessissent & competit beneficium diuisionis. Boer. decis. 59. n. 6.

Ampliatur secundo etiã si omnes sint in communi dolo, vel culpa, quia & in hoc competit more
26 fideiussorum exceptio † diuisionis Boer. ex communi, decis. 59. n. 5. quicquid subtiliter teneat Ronchegal. ad l. eandem, num. 220. de duob. reis.

Ampliatur tertio si nullũ præcessit mandatum, & aliqui gesserunt

runt & conueniũtur de neglectis non connexis, tunc etiam competit beneficium diuisionis ex Boer. in citato loco, vbi bonus locus de hoc.

Tribus igitur casibus exemplo fideiussorũ competit exceptio diuisionis, si omnes, si aliqui de mandato, si de communi dolo, vel culpa, si de connexis.

Limitatur regula superius po-
27 sita, † si vnus tantum dolum, vel culpam commisit, vel vnus tantũ administrauit, nec sumus in neglectis, connexis; nam tunc alijs competit beneficium ordinis. Boer. & Ronchegall. in citatis locis. Aret. consil. 29. colum. 3. versic. secunda conclusio.

Limitatur secundo, vbi adest iuramẽtum, per quod tollitur be-
28 neficium diuisionis † vltra Boer. Bald. in l. 1. §. sed si. C. quemadm. testam. aper. Franch. March. decis. 217. par. 2. Borgn. de tutor. nume. 17. de quo dicemus suo loco.

Limitatur tertio in practica, vt
29 allegans † beneficium diuisionis debeat probare alios esse soluẽdo, aliàs in solidum conueniri poterit, vel dare idoneam cautionem, vt conueniantur alij, & soluere, illis soluendo non repertis. Bart. in l. reos, num. 14. ff. de duobus reis. glo. fin. in l. si. C. de diui. tut. Ange. in l. 1. C. quo quisque ordin. conuen. deb. lib. 11. Fulgos. consi. 178. colum. 2.

Redeundo igitur ad conclusionem principalem, de qua princi-
30 paliter agimus, reus † debendi in solidum obligatus soluendo creditori suo ratam debiti cũ adiectione, quod soluit pro portione ipsũ tangente, est liberatus ab obligatione solidi, nec poterit reconueniri pro parte correi vti tacitus fideiussor, quia hoc nõ est verum, nisi expresse sit de hoc conuentum, vt ex iam dictis apparet, & si in aliquibus casibus inducitur à lege tacita fideiussio, de quibus superius vidimus, illi casus non sunt ad fauorẽ creditoris, prout nos præsupponimus, sed in eius præiudicium, prout, quãdo adest color quæsitus, vel quid simile, prout superius vidimus.

31 Soluat igitur libere † vnus ex correis debendi ratam, & portionem suam, & adhibeat omnem cautelam, vt per creditorem recipiatur ad effectum liberandi ab obligatione solidi, quia quando postea cõuenitur vti fideiussor erit tutus vera negatiua, quod hoc non est modo aliquo verũ.

Reliqua pertinentia ad quæstionem illam superius incidenter propositã, an inter correos intelligatur tacita fideiussio, sciens prætereo, quia tendunt non respectu creditoris, de quo agimus, sed inter ipsosmet correos, & hoc non est præsentis indaginis, nec necessarium ad hanc decisionem.

Declaratur secundo loco principaliter vt ad inducẽdam diuisionem non sufficiat dicere soluo pro persona, & parte me tangente, & id acceptetur per creditorẽ, sed requiritur
32 solutio † partis virilis, non plus, non minus, ita Docto. in dict. l. si creditores, vbi Iaſ. col. 1. limit. 3. Bal. in fine. Rip. in l. si ex toto, §. 1. vbi Rip. num. 13, ff. de legat. 1. & glo. notabilis, in l. inter eos §. j. in verb. soluit, ff. de fideiuss. vbi Angel. Imol. valde commendant, & dicunt in facto obtinuisse, & est communis opinio Ronchegal. ad

l. 3.

l.3.versicu. vtique numero 42.ff.de duob.reis.

Et licet Angelo in citato loco du rum videatur si soluatur plus, dico, quod ex solutione de eo, quod est plus videtur confirmate se in obligatione solidi, cum potuerit se libe rare in rata, & tamen modum voluerit excedere, & nemo præsumi-
33 tur velle iactare † suum, l. cum de indebito, ff.de probat. & ita tenet Bello.consi.44.sub numero 3. Decisio Bononiens.81. nume 6. Ioseph. Rot.Luc.21.num.6.Böer.dec.310. prope finem.

Et ratio decisionis esse videtur,
34 quia quando fit † solutio ad vnguë sub commemoratione partis, intelligitur pro virili, §.fin.in fine instit. de inoffi.testam.

Declarat tertio loco principaliter, & continuatiue, vt non sufficiat soluere ad vnguem, & puntaliter partem virilem, ipsum tangentem, & exprimere pro persona, & portione ipsum tangente, nisi id, quod soluitur, sit de sorte principali, non autem de vsuris, interesse, vel fructibus, ea est ratio, quia per acces
35 sorium, † prout sunt vsuræ, vel fructus, non potest fieri præiudicium principali, l.tale pactum, §.post diuisionem, vbi not.ff.de pact.

Ex quo contextu duo in practica vtiliter colligũtur, primum est, aut
36 creditor † agit, aut creditor recipit ab offerẽtibus: primo casu sibi pręiudicat, quia voluntarie agit iuxta l.2. C.de pact. secundo casu non, tũ quia recusare nõ poterat, tum etiã, quia acceptio non extenditur vltra oblata, vnde cum sit facta oblatio de vsuris extra eas non extenditur in præiudicium sortis principalis secundum Angel.Castr. & Fulg. in d.§.post diuisionem. Cautela igitur est offerre etiam sortem principalem, vt colligitur ex eo contextu in finalibus verbis.

Vnde passim in facto, & practica occurrit, quod sunt plures debitores vnius in solidum, vel hæredes vnius debitoris, conueniunt inter se, quod vnus extinguat debitũ vnde vt hoc releuet non sufficit istum soluere totum interesse fructus, vel vsuras, sed debet fieri delegatio, & quod fuerit facta acceptatio per creditorem, vel saltem, quod vna cum fructibus offerat totum debitum, quibus casibus creditor cogitur acceptare.

Si igitur plures recipiant ad censum pecunias, & se obligent in solidum, si vnus soluat ĩtegros fructus an præiudicet, cum censuarius contractus sit perpetuus, & creditor nõ possit agere nisi ad fructus, vnde si recipiat ab vno offerente non præiudicat, si agit, videtur renunciare obligationi in solidum.

Colligitur secundo loco principaliter, quod quilibet etiam extra-
37 neus † potest offerre creditori etiã inuito, nec potest creditor dicere, ego nolo te, sed debitorem meũ, & si postea debitor conuentus probet oblationem tertij, repellet creditorem agentem, maxime à pęnis, & mora, & similibus, vbi Angel.originaliter, & post eum Castren. & Ias. reputauit perpetuo notandum in practica, & sic sequitur notabilis ampliatio ad l.soluendo, & eius materiam, ff.de negoc.gest. quod sicut pro debitore inuito soluere possũ, & contingit liberatio, vt ibi habetur, & in l.inuito, vbi Dec. numer.

Cagn.

Cagn.nu.4.ff.de reg.iur.Aret.insti. quib.mod.toll.oblig.col.2.in gloss. solutio fiat.

Ita creditori inuito pro debitore offerri poterit,& proderit debitori, præsertim in præiudicialibus ex mora prouenientibus, & est vtile, et practicabile.

Vnde applicando ad casũ,de quo agitur tertius offerens pro tali obligato in solidum tot pro portione tãgente ipsum obligatum,pro quo offert, proderit modo, quo prodesset si ipsemet obligatus offerret,& hoc vltra alios credo verũ ex prædictis, dixi in tract.de oblationibus, parte 2.quæst.19.

Et hanc declarationẽ tenent scribentes omnes,in l.si creditores, vbi Castr.in fine reputat hoc valde notabile.Ias.in 3.limitat.adducendo gl. in l.si pacto,quo pęnam. C.de pact. in l.nuda.C.de contr.& commit. stipulat.Alex nume.6.Dec. nume. 31. Curt.iun.num 8. Riminal. colum. 2.Petr.Stellã.in 6 limit.Ripa.in l.si ex toto, §.1.sub nu.13. declarat.2. ff. de leg.1. & est * communiter recepta.Roncheg.ad l.3.versi.vtiq; sub numero 40.ff.de duobus reis.

Et in proposito notandum est, quod quandoque quis promittit

38 † vsuras, & consequenter videtur promittere principale,l.si pro dote. C.de dot promiss. vbi Bal.dicit non esse casum singularem pro dote, & eius fauore, sed esse generaliter verum,quod licet accessorium non vestiat principale,tamen probat illũ esse verum, & posito subsequente ponitur antecedens: quandoq; creditor recipit vsuras, & tunc aut quæritur an censeatur differre tempus ad petendam sortem principalem, & vtique sic pro eo tempore quo vsuras recepit l.qui in futurũ, vbi textus notabilis, secundum Angel.& Castr.ibi,ff.de pact.l.2.§.non male,ff.de dol excep. aut quæris an ex receptione vsurarum intelligatur inducta diuisio crediti, & obligationis in solidum, & vtique non ex l.tale pactum, §.fin.vbi not. ff.de pact.

Et sic habemus quid operet simplex promissio, vel recept fructuũ, interesse,vel vsurarum.

Limitatur quarto notabiliter,&

39 hoc ad cautelam creditoris † recipientis, vt recipiat saluo iure solidi.ita Bart. tradit pro cautela in l.si creditores, in 2.lectura. C. de pact. vbi Alex.nu.4. Ias.in 4. limit. Dec. in 3.limit. numero quarto. Alberi. dicit ita pluries vidisse obseruari,& post eum Castr.num.2.subdit quod multi ignorabant vim istorum verborum, & sensum, & intelligẽtiam ipsorum.Ias. in l.si ex toto, §.1. nu. 11.vbi etiam Ripa,in 3. declaratione dicunt veram, & * communiter receptam ex l.si debitor,§.1.vbi Bartol.ff.quibus mod.pig. vel hypoth. solut.ex l.at si quis,§.plerique,vbi textus notabilis, ff.de reg & sumpt. funer.quæ iura faciunt admodum ad propositum, & ab eis prudenter habemus modum protestandi, quod clare & intelligibiliter dicamus saluo iure solidi, & addamus quod per hoc nullum intelligatur factum præiudicium quoad alios de posse eos conuenire vti obligatos in solidum. vnde in §. proinde filius protestabatur se facere funus pietatis gratis, nec hoc sufficiebat ad repetendum expensas.vnde I.C. addit aio suis loco,& tpe repetendi

& habemus ibi à I.C. quod cautela semper est bona etiam in casu parũ dubitabili.

Et ponit pro cautela notabili Veronens. cautel. penult. Negus. de pignor. in 3. membr. 6 part. nume. 27. Boer. decis. 310. sub numero octauo, & * communem pariter dicit Petr. Stella ad l. si creditores, limit. 5. Ronchegall. de duob. reis, l. 3. versic. vtique, numero 28. in fine talibus verbis.

Vna tamen in hoc oritur difficultas, quia videt protestatio cõtraria

40 † facto, ergo tollitur per ipsum factum, capitul. sollicitudinẽ in fine de appellat. quomodo enim saluare potest creditor recipiens in solidi obligationem, si statim per factum contrarium sibi præiudicat partem tantum recipiendo?

Responderi potest meo iudicio multis modis: primo, quod conclusio superius firmata ex cap. sollicitudinem de appellat. non procedit in dependentibus a mera voluntate

41 protestantis, vnde † nõ tollitur per actum contrarium. Ripa in capitu. cum M. num. 83. de consti. maxime, quando se compatitur cum facto, vt per Bart. in l. non solum, §. morte, vbi Ias. numero 14. Rube. num. 34. ff. de nou. oper. nunciat. Mars. de fideiuss. numero 162. Milis. in verb. protestatio. Bero. in cap. quoniam, num. 86. de iur. patron. Neuizz. cõs. 38. num. 15. Rimin. de don. in prin. num. 103. Grat. respon. 10. in fine libro primo. Matthes. in l. 2. C. de his, quæ per met. iudic. Guid. Pap sing. 207. Henric. Bouer. in sing. in verb. protestatio. Soc. in l. ita stipulatus, numero 46. de verb. oblig. Fanuc. de lucr. dot. glo. 11. numero quinto. Gomes. in reg. de annal. quæstio. 57. Bulgar. in l. bonorum, numero 69. C. qui admitt. Curt. iun. in l. pacta nouissima, nume. 37. C. de pact. hæred. de temp. vtil. & contin. cap. 11. num. 17. vnde cõpatibile est, quod simul recipiam partẽ, & remaneat firmum ius solidi, quoad alios.

Posset ad hoc replicando dici, quod

42 responsio vera sit in facto † celebrato a solo protestante, secus si cum alio. ita Bart. in d. §. morte per textũ in d. cap. sollicitudinem.

Secundo posset replicari, vt procedat, quando talis protestatio alteri non præiudicat, secus si alij sit præiudicialis, quia tunc non operatur nisi accedente consensu illius, cui fit præiudicium. Ripa in d. cap. cum M. sub num. 83. in 2. limitatione. Ias. in l. admonendi, num. 104. de iureiurand. Dec. in cap. prudentiã, numero 26. de offi. de leg cons. 475. num. 35. consi. 499. numero 13. Borgni. dec. 41. sub num. 15. par. 1. Cæphal. consi. 87. num. 21 de communi. Bursatt. consilio secundo, nu. 27. sed in isto casu geritur actus cũ debitore soluente, tractatur de præiudicio aliorum correorum circa posse conueniri in solidum, vel nõ: nec ipsi interfuerunt, nec aliquo modo consenserunt, meritò ista protestatio non debet operari.

Et si consideremus iura, in quibus Bart. & alij fundant hanc cautelam, res clarius apparebit. nam in l. at si quis, §. plerique, ff. de relig. & sumpt. funer. filius cum nemine tractabat interesse habente, sed faciebat actum indifferentẽ in celebrando exequias pro anima patris, protestatio releuat, quia actus est indifferens, nec necessario aditionẽ includebat.

debat. item in l. si debitor, §. 1. reseruauit ius suum creditor, sed consensit debitor, nec tertio præiudicabat, quia de interesse debitoris tantum tractabatur.

Altera colligitur responsio ex Ripa, in d. cap. cum M. sub nume. 72. versic. vnde ego, aut protestatione irritata voluntas non potuit habere
43 effectum, & tunc protestatio † saluatur, aut ea irritata potuit habere effectum, si protestans voluerit, & tunc protestatio irritatur.

Et nec ista accommodari poterit, quia irritata protestatione volente protestante potuisset voluntas habere effectum in rata, & portione tangente, & concurrit aliorum correorum vtilitas, qui non tenerétur nisi pro rata.

Quare vltra alios crederem dici
44 posse, quod valet protestatio † contraria facto multiplicicter intelligibili, & operatur, quod factum intelligatur secundum sensum protestantis. l. Nesennius, ff. de nego. gest. d. l. at si quis §. plerique.

Vnde valet protestatio respondétis libello, quod non animo litem contestandi, & declarat menté protestantis. Bar. in l. 1. C. de lit. contest. Butr. in cap. 1. eod. titu. Pariter valet protestatio comparentis coram iudice, & petentis se immitti auctoritate iudicis de non renunciando facultati ingrediendi propria auctoritate, not. in l. de pupillo, §. meminisse. ff. de nou. oper. nunciat. Bal. in l. 1. in 10. opposit. C. de seru. & aqua.

Quare cum exceptione partis virilis possit intelligi facta diuisio p protestationé solidi, declaratur intentio, & voluntas.

Et ad prædicta faciunt quæ aliás dixi in tract. locat. & con duct. pat. 2. q. 1. nu. 91. folio 60. quod dominus
45 † recipiendo canonem præteritum post caducitatem incursam remittit ius caducitatis, nisi protestetur, quia protestando conseruat ius suũ ex d. l. si debitor, §. 1.

Pariter occurrit in facti contin-
46 gentia dominus, † & creditor recipiendo sortem principalem cum reseruatione de precio quanti plurimi, quod talis reseruatio conseruat ius. Mant. singula. 303. est casus frequens, & quotidianus, cum sæpe recipiantur sortes principales reseruato iure ad interesse, damna, & expensas, ad quas agere poterit stante tali protestatione, & hæc opinio vera est, siue debitor taceat protestationi creditoris, siue etiam contradicat. late Menoch. lib. 5. præs. 45.

47 Sic etiam collatio † acquisita per capitulum conseruatur si per Vicarium præsente capitulo, & protest. te nó preiudicat iuribus ipsius. Pute. decis. 115. lib. 2.

48 Sed numquid ista solutio, † quá facit vnus ex correis explicando se soluere pro rata, & portione personam suam tangéte inducat diuisionem pro se tantum, vel etiam ad fauorem aliorum correorum absentium? & videbatur, quod nó prosit absentibus, quia cũ eis nihil est actum, argu. l. 1. ff. de pact. Contrarium verius est, vt prosit alijs correis, etiam absentibus, ita Castrens. in d. l. si creditores, col. 1. in fine, dicens hoc perpetuo notandum, & quod quilibet prima facie contrarium diceret. Ias. col. 2. in principio. Dec. col. 2. circa medium.

49 Si igitur alij correi absentes † cóueniantur ad plus, quam sit portio

virilis, poterunt iure optimo excipere de diuisione pro omnibus facta mediante persona Sēpronij correi, qui primo loco soluit portionē suam creditori recipienti, & acceptanti.

50 Ampliatur hæc cōclusio, † vt nō possit postea fieri in præiudiciū iuris quæsiti.l.si post mortem, §. fi.ff. de bon.possess.contr.tabul.l.fin.vbi late Ias.ff de pact.bene facit dictum Bald in l.tam mandatore.nu.12.C. de non numerat.pecun.vbi non potest principalis debitor confiteri pecuniam non esse numeratam pendente lite super exceptione opposita per fideiussorem cōmendat. Marsil.de fideiussor.q.36.nu.269.

Ex quibus correlarie duo inferūtur in practica vtilia,& quotidiana. Primum est intellectus ad l.1. ff.de

51 pact.nam duplex est pactum, † expressum,& tacitum a lege inductū, primum requirit consensum duorum,iuxta l.1.ff.de pact.

52 Secundum est,quod ius † tertio, quæsitum an possit in eius præiudicium tolli, dicamus, aut quæsitum in spe tantum, & tolli poterit, l.3. §.si is.pro quo, ff.quod quisque iur. aut est quæsitum actualiter,& tunc præiudicari non poterit dicitur autem actualiter quæsitum mediante acceptatione notarij, vel alterius pro absente stipulantis, vel per aduentum diei, vel quia sumus in pluribus correis,& vnus iuuando se ipsum prodest etiam alijs.

53 Hinc donatio † facta alicui, vt post eius mortem sit ecclesiæ, poterit per donatorem reuocari ante mortem donatarij tribus concurrētibus,vel quod nondum venerit tēpus in donatione appositum in fauorem tertij, vel quod nullus sit stipulatus pro tertio absente, & quod simus in principali, non in eius hærede,& hæc est vera, & cōis * resolutio, quam omnes sequuntur. Ias.in l.qui Romæ,§. flauius,nu.14. cum sequen.ff.de verb.oblig. vbi in omnibus supra allegatis casibus dicit esse communem opinionem. late Cagn.in l.id,quod nostrum,nu.12. ff de reg.iur.exec de pact.num.143. Didac uar.resolut.lib.1.c.14.n.17. Iul.Clar.in §.donatio.q.13.versi secundus est articulus. pulchre vltra alios Bal.in l.cum a socero. num.5. C.de iur.dot.late thesaur. decis. Pedem.70.p.2.Osasch.Pedem.33. p.1. Et hæc oīa ad intellectū,l. quoties. C.de do.q̄ sub mod.quē doc.ibid. & vbiq; reputāt notabilē,et singularē.

Quæ autem superius dicta sunt, procedunt,& locum habent in principalibus creditoribus, secus in tu-

54 toribus,† curatoribus, procuratoribus,& alijs administrantibus, qui recipientes portionē modo,quo superius dictū fuit ab vno ex correis non possunt præiudicare eorū principalibus. ita sentiunt citati doctores in allegatis locis, & in specie tradit Ronchegall. de duobus reis l.3. versi.vtique sub num.43.

Aduertant igitur diligenter debi-

55 tores correi † cui soluant, nedū putant per solutionē partis virilis esse liberi,contrariū eueniat. Soc.consi. 18.col.pe. Alex.cons.22.col.fi. vo.1.

Pariter nō confidas si procurator ad lites petijt a te vti vno ex correis debendi portionem tuam, quia nihil tibi prodest, nec domino fit aliquod præiudicium. Ripa hoc admodum admonens in l.si ex toto, §. 1. num.19.ff.de leg.1.

Et

Et ratio prædictorum in promptu esse videtur, quia remittere, est
56 donare, ad donandum † autem speciale mandatum requiritur. Bero. consilio quinto, numero 72. libro 1. Ioseph. Ludo. concl. 30 illat. 6.

Quod autẽ remissio sit donatio est textus, in l. cõtra iuris, §. si filius, vbi Barto. numero secundo, in fine. Castrens. numero tertio. Ias. numero octauo, ff. de pact. lege prima, vbi Ias. num. 16. ff. de transact. & bonus meo iudicio textus, ĩ l. modestinus, ff. de donat. vbi quod primo loco appellauit remittere, postea appellat donare.

57 Quando debitum sit liquidum, alias non est donatio, glo. in l. actione, ubi Bart. C. de transact. in l. siue apud acta col. fin. C. eod. in l. si quis accepto, ff. de condict. ob causs. in l. si quis obligatione, vbi Dec. nume. 3. ff. de regul. iur. in l. 1. §. 1. in glos. magn. ff. quib. mod. pign. vel hypotec. solua. glos in l. contra iuris, vbi Bald. & Castrens. numero 3. Ias. numero octauo, ff. de pact. Calcan. conclu. 25. numero 19. Anton. Gabr. de donat. conclu. 1. numero 44. late Riminal. ad §. 1. n. 823. de donat. Men. libro tertio præsump. 45. num. 11. Felin. in cap. veniens, il primo, vbi
* Dec. de testibus, est communis * opinio. Ripa. ad l. si vna cum nume. 39. Iul. Clar. ad §. donatio, quæstio. 13. vers. eadem ratione.

Vnde in practica Ang. in d. l. contra, §. si filius instruit aduocatũ actoris, & rei, vt allegans esse donationem, doceat debitum esse liquidũ, & contra reus excipiat non esse liquidum.

Et ratio videtur, vltra omnes superius
58 allegatos, quia debitor, † est is, à quo inuito pecunia extorqueri potest, l. debitor, vbi Alciat & Rebuff. ff. de verb. signific. l. 1. vbi omnes ff. si cert. petat. l. fideiussor obligari, §. fideiussor accipi, ff. de fideius. Bero. consi. 31. nume. 12. vol. 3. vnde quando debitum non est liquidum sed intricatum, extorqueri nõ potest, meritò, &c.

59 Procurator † autem etiam si liberum habuerit mandatum cũ plena, & libera administratione, nihilominus donare debitum liquidũ, remittere, sententiam contra dominum latam acceptare, litibus, & causis nomine domini renunciare, & alia facere non poterit, quæ principaliter in aduersarij fauorem, & domini præiudicium tendunt, l. filiusfamilias, vbi Bart. ff. de don quã doctrinam dixit notabilem Franch. in cap. qui ad agendum de procur. libro sexto, vtilem, & fructuosam appellauit Ancar. in cap. procur. de elect. lib. sexto, auream vocauit Ias. in l. iusiurandum, quod ex conuentione, §. 1. col. 2. in fine de iureiurando, dixit singularem Boer. in singu. in verb. procurator, num. 14. Alex. in l. rescriptum, in fine, ff. de pact. in l. præses, C. de transactio. Aret. in §. præterea, il secondo, col. 3. de excep. Alciat. regu. 3. præsumpt. 12. Castr. consi. 75. par. 1. & hæc est communis
* * opinio. Roman. consil. 241. sub num. 11. Ias. cons 16. col. 1. volum. 4. Abb. cons. 45. in fi. vol. 1 Rol. à Val. cons. 18 n. 57. par. 2. dixi late in receptione regul. cum quid prohibetur par. 1. lim. 2. nu. 10. vbi videre placeat, est hodie in sexto vol. repetentium iuris Canonici; ibi enim iudiciosis viris ponere, & collocare placuit.

Addo bonũ textum in l. 1. ff. quę res pign oblig. poss. ibi sicut nec eis conceditur in l. sicut, §. an pacisci, ff. quib. mod. pig. vel hipotec. solu. ibi donandi ius eum non habere, & in notabili casu Anchar. consi 32. Alexand. cons. 22. n. 14 vol. 1. Dec. cõs. 402. nu 9. Bal. & Alex in l. si procurator. C. de procurat. Natt. cons. 25. num. 4. Bero. cons. 174. n. 13. vol. 1. Fran. Marc. q. 905. nu. 3. par. 2. Did. de testam. par. 2. nume. 14. var. resolut. lib. 1. cap. 6. nu. 3. pulchre Bero. q. 33. Ioseph. conclusio illat. 31. declar. 1. Ratio autem uidetur esse du

60 plex, quia donare † est perdere, vt dicitur in d. l. filiusfamilias vnde donatio regulariter non præsumitur, cum nemo præsumatur velle iactare suum, sed acquirere, ditariq; velle, l. cum de indebito uers. qui enim soluit, ff. de probat. & vbi alia sumi potest interpretatio, & coniectura, quam donationis illa sumitur, l. elegan ter, § qui reprobos ff. de pigno. actio. l. si cum aurum, ff. de sol. & fatuitas potius prę sumitur, quã donatio. Bald. in l. generaliter, C de non num. pecu. late Menoc de arbitr. iudic. lib. 2. centuria prima casu 88.

61 Altera est ratio, quia donatio † est extra administrationem, l. fin. & ibi not. Bald. ff. de curat. fur. ubi infert, quod prælatus donare non potest, quia est extra administrationem.

62 Ampliatur hęc † conclusio idem esse in tutore, curatore, & quo uis alio administratore. Bar. Bal Fulgo. Ias. & alij in l. 2 §. fi. ff. si cer. pe. Bar. & Imol. in l. si debitorem per illum textum, ff. de nouat. in l. non abstulit, C. eod. tit. in l. a diuo pio, §. sed si emptor. ubi late Alex. col 4. ff. de re iudic. Bart. in l. lucius, ff. de adminis. tutor. in l. alio versic. quid si instrumento, ff de alimen. & cibar. legat. Feder. de sen. consil. 53. Bal. in l. omnes, §. 1. C. de quad. præscrip. in l. falsus, col. 2. versi. tertij dicunt. C. de fur. in cap. ex insinuatione, col. 2. de procu. consi. 123. & 131. lib. 3. & 287. col. 1. lib. 4. Angel. in l. 2. §. fin. C. de quad. præscr. Panor. in c. cum olim colum. 2. versi. sed est dubium de offic. delegat. Anchar. in cap. generaliter, & ibi Dominic. §. final. de procur. libro sexto. Ias. in l. qui Romæ, §. Chrisogonus, nu. 13. de verb. oblig. in l. prædia. ff. de acquir. poss. consil. 352. quæritur libro 1. Castr. cons. 186. libro 1. Alexan. in l. iusiurandum, quod ex conuentione, §. fi. col. 2. de iureiuran. cons. 132. col. 2. lib. 4.

Papiens. in form. libelli redditio rationis tutelæ in verb. ac executores, col. 8. versi. vltra, quæritur. Feli. in cap. cum olim il primo, col. 1. de offic. delegat. Dec. consi. 146. colum. penul. versic. tertio non obstat, & 493. col. 2. versic. & ideo, qui habet mandatum, est cõis * opinio. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gl. 6. nu. 12. Cæphal. consil. 101. nu. 18. Bologn. in l. 2 §. fi. num. 44. ff. si cer. pet. Borgni. de tutor. & curator. nu. 274.

Contrarium dicit in practica seruari Zas. in d. l. 2. §. fin. Eman. in su Thesaur. littera C. nu. 252.

63 Ampliatur secundo † etiam si dictum sit, vt possit facere omnia, quę ipse dominus posset. Bal. in l. si procurator, col. 2 in princ. sub nu. 3. C. de procurat. vbi concludit hæc tria esse synonima plena, libera, & totali, & quod faciat ea, quæ ipse dominus posset, nec includunt donationem, vel delictum, sequitur Decius

con-

consilio 402. numero 9. vbi hoc valde commendat.

64 Ampliatur tertio, † etiam si apponatur clausula rati. Boer. ex * communi, consil. 217. alias 283. nu. 17. vbi etiam subdit talem clausulam non importare liberam.

Addo gl. reputatam singularem in l. si procuratorem absentem, ff. de procurat. quam ibi Angel. & doct. dicunt singularem, Ias. in l. si indebitam, ff. de condit. indeb. Alexand. in l. qui bona, §. si alieno, col. penul. ff. de damn. infect. idem Iason in l. si procurator. C. de procur. consi. 134. libro 3. in l. transactionis, C. de transact. glo. Abb. & Imol. in cap. contingit, de transact. optima glos. in cap. cum dilectus de relig. domib. Didac. var. resolut. lib. 1. capit. 6. nu. 4.

Declara in re modici valoris, quã donare poterit, Fran. Marc. dec. 693 num. 3. par. secunda, facit Menoch. libro 3. præsumpt. 71. in fine, & hoc idem facere potest prælatus iuxta ea, quæ late deducit Redoan. de reb. eccl. rub. de rer. mobil. alienat. folio mihi 67.

Ex quibus infertur, quod procu-
65 rator † cum plena, & libera administratione, amplo, & generali mandato exceptionem peremptiuam remittere non poterit, quia hoc in effectu est donare. Io. Andr. in c. 2. per illum textum de donat. Inn. in cap. 1. de deposit. & in cap. cum olim il primo, vbi late Imo. col. 9. ff. de offi. delegat. vbi idem cõcludũt in prælatis, & in publicis administratoribus, qui habent mandatum cum libera a lege.

Secundo infertur, quod procura-
66 tor † cum libera non potest renunciare liti, & causæ, vel appellationi per eum interpositæ. Angel. in l. ab executore, §. final. ff. de appellat. in l. bonorum, ff. rem rat. haber. in lege prima, §. 1. ff. à quibus appellat. non lic. Bald. in l. fin. §. 1. C. de temp. appellatio. Bero. consilio 187. numero 52. cum sequen. lib. 1.

Tertio infertur, quod procura-
67 tor † cum libera etiam tacite recipiendo canonem, incursam caducitatem remittere non poterit. Ruin. consil. 100, prope num. 10. versi. nõ obstat, volum. quinto. Afflict. 129. num. 10. Bero. consi. 116. nume. 10. volum. 1. Rimin. consi. 67. numero 31. & 32. libro secundo. Ioseph. conclusio 30. illation. 91.

Quod fallit in tribus potissimũ
68 casibus, † primo nisi dominus postea ratum habuerit. Dec. cõsi. 329. numero tertio. Ruin. consilio 151. numero 12. versic. & insuper non obstat, volum. 1. Hippol. Rim. consi. 22. num. 12.

Secundo nisi sit pater legitimus administrator domini directi. Soc. consi. 66. nu. 20. vol. 5.

Tertio nisi constitutus sit procurator ad recipiendam pensionem, & renouandam. Cor. consil. 187. numero primo, volumine 1. & licet Corbol. de iur. emphyteut. limi. 23. num. 18. de hoc dubitet, tamen ponderando vim illorum verborum relatorum per Cor. idem est, quod habere speciale mandatum ad remittendam caducitatem, non ne est renouare remittendo caducitatem? & maxime hæc interpretatio videtur facienda ad fauorem remissionis, & in odium odiosæ caducitatis dixi in tractat. locat. & conduct. parte secunda, quæstione sexta, numero 147.

Quarto si in rescripto principis apponantur verba, vt ea possit, quæ nos possumus, tamen restringitur ad ea tantum, quæ iure, & ratione regulantur, Iacob. Menoch. de arbitr. iud. quæst. 7. numero 62. in fine.

Quod admodum notandum est contra istos commissarios, qui virtute talium, vel similium verborũ iniuste, & de facto procedũt in prę iudicium pauperum subditorum, & est æqua expositio; nam si fortasse in ipsomet principe rescribente pinguius intelligeretur, non sic in delegato ipsius, qui per tramites iuris procedere debet.

Declaratur vnico verbo complectendo omnes casus scilicet, quod
69 ex iusta causa † procurator donare, & remittere poterit: iustæ autẽ causæ sunt, remissio vsurarum fauore animæ, si sit procurator regis, vel personæ clarissimæ, vel solitæ donare, vel domino præsente, & tacente donat. vel ex causa remunerationis, vel pro bono pacis, & concordiæ, vt dixi ad regul. cum quid par. j. limit. 1. Iaf. in l. cõtra, § si filius, ff. de pact. Rimin. de donat. §. 1. num. 18. cum sequ. qui reijcit duas, paupertatis, & debiti non liquidi.

Ad principalem igitur declarationem redeundo poterit procura-
70 tor † regis, vel alterius clarissimæ, vel illustrissimæ personæ diuisionẽ facere per receptionem partis virilis modo superius expresso, quia dominus eius solitus est esse munificẽtissimus.

Sed bone Deus, qui sunt isti clarissimi, vbi isti magnates, & potentes liberales. & soliti donare? immo soliti acquirere, & hodie duriores inferioribus, & caueant eorum procuratores ne præiudicent sub hac spe, & hodie vana præsumptione, quod soleant donare, quia proderint fortasse reo debendi, & sibimet nocebunt, quia in computis reddendis non rigor summus, immo valde summum ius.

Poterit etiam facere diuisionem
71 † inter reos debendi ex causa remunerationis, vt si reus debendi contulerit beneficium aliquod in creditorem, poterit procurator pro domino in hoc remunerari.

Sicut etiam poterit diuisionem facere præsente domino, vidente, tacente, & non contradicente.

Et ad donandum non sufficit spe-
72 ciale mandatum, † nisi dicatur cui. Bero. consi. 130. nu. 41. & 44. libro secundo. Soc. iun. consi. 59. nu. 8. 129. num. 51. lib. 1. licet post Castren. aliter sentiat Roland. consi. 26. nu. 14. lib. 2.

Non omittam duo vtilia in practica, primum est, quod sufficit mã-
73 datum † ad actum expressum, puta ad petendum tale prædium, ex quo procurator facere poterit requirentia speciale mandatum ad illius actus executionem, etiam faciendo dominum incidere in pœnam, licet hoc non sit expressum. Benintend. dec. 94. dicens quotidie in palatijs occurrere.

74 Aliud, quod clausula † cum libera vt plurimum apponatur de crasso stilo notariorum, non de mera voluntate partium, vt late deduxi in tractatu locati, & conducti, par. j. de merced. omiss. quæstione secunda, numero 19.

Limitatur sexto loco principaliter,

ter, vt competat beneficium diui-
75 sionis † etiam quando facta est solutio simpliciter, & sine circunstantijs, & requisitis superius positis de æquitate, & humanitatis intuitu, dummodo alij correi remaneāt soluendo, alias non ita Barto. in d.l. 3. vbi Ronchegall. num. 51. de duobus reis. facta igitur solutione per vnum de correis est expressum pro portione ipsum tangente, & de iuris rigore est inducta diuisio, aut non est expressum, sed simpliciter facta solutio, & tunc inducitur diuisio de æquitate si alij correi, quādo conueniuntur sint soluendo, bonus textus, & ibi notant omnes in l. inter eos, §. 1. in fine, ff. de fideiuss.

Quid si creditor recipiat cum protestatione saluo iure solidi, an isto casu habeat locum æquitas, vt si alij remaneant soluendo inducta sit diuisio? crederem quod sic ex prędictis.

Et sic in hoc primo casu excussionis habetur materia. l. si creditores C. de pact. quæ vtilis, & practicabilis est declarata tam in petēdo, quā in recipiendo, & in summa si cor-
76 reus † soluit virilem est liberatus, si alij quando conueniuntur reperiātur soluendo. & in hoc attendendū est. Sed quid si sunt plures rei debēdi, & vnus sit conuentus reali, & personali, an poterit conueniri tertius possessor alijs correis prius nō discussis? vtique non: casus est singularis secundum Bart. ibi in l. quotiens. C. quo quisque ordin. lib. 11. dixit perpetuo notandum Corsett. in verb. actio. A ret. in §. item si quis in fraudem, col. 5. vbi Iasf. col. 8 de actio Crauet. cōs. 78. nu. 19. vbi be-
77 ne loquitur. Declara. † nisi correus sit fideiussor correi, tunc sufficit excussio vnius, alias non. Ansel. in authen. hoc si debitor. C. de pigno. & ita cōciliantur opiniones, & posui in discursu de correo fideiussore.
78 Et quod omnes correi † sint prius discutiendi Ronchegall. de duobus reis, l. 2. nu. 63. Ang. in Auth. hoc si debitor col. 1. C. de pignor. dicens in facto consuluisse, Rolan. consil. 85. num. 18. volum. 1.

QVÆSTIO II.

II. par.

SVMMARIVM.

1 *Excussio quomodo fiat quando in pluribus reis debendi pecunia ad vnū solum peruenit.*

2 *Correus ad quem negotium non pertinet dicitur fideiussor.*

3 *Fideiussori exacto an competat beneficium exceptionis excussionis contra confideiussorem, cui debitor pecuniam creditori soluendam consignauit. Practica in hoc copiosè traditur num. 39. 46.*

4 *Exactio in societate competit contra socium ad cuius manus tota pecunia peruenit & cuius expensis fiat, num. 38. 45.*

5 *Gabellarij plures si fuerint, & vnus tantum pecuniam exegerit, si alij conuenti fuerint, possunt opponere exceptionem excussionis contra eū, qui exegit.*

6 *L ex actione. § si communis. ff. pro socio declaratur.*

7 *Exceptio reddendæ rationis administrationis competens contra plures tutores, datur primo contra eum qui administrauit, si est soluendo.*

8 Pater

VTILIS, frequentissima, & practicabilis est quæstio, sunt plures obligati insolidum, sed tota pecunia peruenit ad manus vnius, an si alter conueniatur, possit excipere quod agatur contra Petrum, ad cuius manus pecunia peruenit, & passim hoc occurit in instrumentis, & est quæstio non minus docte, quam prudenter decisa a S. D. N. in vna Castri Nazani cum hæredibus Domini Cæsari Lilij de Tuderto. Duo sunt casus principaliter cō siderandi. Primus est quando tota
1 pecunia † peruenit ad manus vnius debitoris de consensu creditoris, & hoc casu licita est excussio absoluta: secundus casus est, quando ignorante creditore tota pecunia peruenit ad manus vnius ex debitoribus, & tunc licita est excussio, dū modo

modo excipiens offerat, vt fiat periculo, & sumptibus ipsius. Bart. in l. reos. q. 7. num. 15. ff. de duob. reis. in Authen. hoc ita. q. 7. num. 29. C. eod. in l. si vt certo, §. si duob. vehiculum, num. 12. ff. commodati. vbi Bar. in practica dat correo modum excipiendi, quia non sufficit dicere excutias illum, sed addi debet, quia ad eum pecunia tota peruenit, & fiat sumptibus, & periculo meo, de quo inferius tangam si omittatur. idem Bart. in l. cum plures, §. vestimenta, ff. locat. in l. 2. §. fin. ff. de curat. bon. dand. & in consi. incipiente Titius promisit Cor. cons. 123. col. 2. vers. tamen his non obstantibus lib. 1. consi. 316. col. 1. vers. tamē his non obstantibus lib. 4. vbi appellat,
2 correum † ad quem negocium nō pertinet, dici fideiussorem, Alexan. consi. 106. col. 1. lib. 1. consi. 149. colum. 1. lib. 2. consi. 66. col. 2. versic. corroborantur, lib. 4. consi. 41. col. 1. versi. nec habet obstare, lib. 5. consilio 116. in princ. lib. 6. Florian. in l. nullus. post prin. de testibus. Soci. consi. 244. col. fin. vers. nono obijcitur lib. 2. consi. 71. col. 1. & 2. libro 3. consi. 27. col. penul. lib. 4. Castrē. consi. 402. alias 407. Roma. in l. generaliter in fine, ff. de fideiuss. & cōsilio 122. Barbat. cons. 42. colum. 4. versi. capio modo, libro secundo, cōsilio 36. col. 2. libro 3. consi. 12. col. 8. in tertio dubio, lib. 4. consi. 86. colum. 4. versi. & indubitanter. eod. libro 4. Dec. consi. 268. num. 4. Tiraquell. de retract. lignaier. §. 31. nu. 8. Ioan. Lup. in cap. per vestras in quinto notab. col. 7. num. 10. de donat. inter vir. & vxor. Doct. in l. 4. §. Cato. vbi Galiaul. super 6. q. Bart. versic. quarta conclusio. Alciat. nu. 99. Rip. num. 26. de verb. obligat. Ant. Gabr. de fideiuss. conclusio secunda, sub num. 6. Marsi. de fideius. num. 65. & latius, nu. 370. Ronchegall. de duob. reis, l. 9. num. 28.

* Et hæc est vera, & communis * opinio cum Bartol. Ronchegall. de duobus reis, l. 3. §. vbi duo sub nu. 166. versic. Aretin. fol. 184. quam dixit æquam, & rationabilem. Angel. in l. reos, col. fi. versi. dixit etiam de duobus reis, singularem Marsil. singul. 2. Cremens. singul. 38. & secundum eam pluries iudicatum, Alexand. ad Butr. in l. Marcellus, ff. de fideiussor.

Ampliatur hęc practicabilis materia in alio casu notabili, & quoti-
3 diano, nam debitor † forrasse discussurus dedit pecuniam debitam in manibus vnius ex suis fideiussoribus soluendam postea creditori, si alter fideiussor, qui pecuniam non habuit, conueniatur, excipere poterit vt excutiatur ille penes quem debitor pecuniam reliquit. ita Castrens. in rub. C. vt nemo inuit. dicens esse dictum menti tenendum, & pluries allegasse, & in facto obtinuisse, & ita tenuit consi. 407. consideranda sunt versi. hinc est, & cōsi. 384. secundum antiquam impressionem. Boer. dec. 255. num. 5. est casus frequens, vtilis, & quotidianus, quia debitor sæpe relinquit pecunias, & sic fallit regula, vt nemo inuitus agere.

Ampliatur secundo etiam in cō-
4 tractu societatis, † vt ille primo sit conueniendus, penes quem adsit communis pecunia, ita Marsil. de fideiuss. quæst. 57. nu 370. per textum in l. actione, §. si communis, ff. pro soc. vbi Alberi. dicit, quod mirabilis

rabilis est ille contextus, vt persona lis actio sequatur possessorem, & ibi Fulg. dicit quod hoc procedit propter æquitatem in iudicijs bonæ fidei. sequitur Soc. consil. 24. columna 6.

Et passim in practica & facto occurrit, vt plures socij contraxerint multa debita, & omnes se obligauerint si agatur actione personali cōtra aliquem ex obligatis, excipit, & bene agas, contra Petrum meum socium, quia ipse habet pecuniam, & debet audiri. Et sic talis æquitas prævalet dispositioni iuris de actione personali.

Casus si bene consideres frequēs & quotidianus: duo emunt a communitate, vel Principe, vel Recetēda Camera † vectigal. vel datium aliquod, & simul se obligant, tamē vnus apparet exactor, & apud eum repetitur exacta pecunia, si alij virtute obligationis conueniantur, excipitur, agas contra N. socium meū quia ipse fuit exactor, & habuit pecuniam, & liberabit se, quia quandoque socius, qui exegit habet pecuniam in manibus, vel conuertit in vsum proprium prout sæpius occurrit, & quando alij socij conueniuntur, ridet.

Et licet conueniāt omnes in ma-
6 teria sociorum † modo prædicto, tamen verus intellectus ad illum textum mihi videtur, quod loquatur inter ipsosmet socios, non quoad tertium, ita vt cōsiderandi sint duo casus: primus est inter ipsos solum consocios, & tunc ille qui habet pecuniam communem in manibus detrahet damnum, vel impensam, & alijs communicabit pecuniam pro rata.

Alter est casus quod tertiō, qui virtute suæ obligationis vult conuenire quem vult ex obligatis, dicendo socio conuento per ipsum, solue mihi ex obligatione, quam habes, & repete postea a consocio pecuniam communem habente, & hoc mihi non videtur decidere ille contextus, sed stat in mera dispositione iuris: cogita.

Ampliatur tertio in pluribus tutoribus, vel curatoribus, nā si vnus
7 conueniatur † qui non administrauit, excipere poterit, vt cōueniatur ille, qui administrauit, si sit idoneus & soluendo l. 2. C. si tut. non gessit. Fulgos. consi. 209 colum. penult. & final. Marsil. in rub. de fideiuss. q. 370. q. 57. Natt. consil. 134. num. 10. volum. 1. Angel. de Gambil. consi. 78. num. 10. Panical. consilio 173. num. 8. Ioan. Saison. consuetud. Turonens. Cart. 150. num. 2. dixi late superius, q. 3. limitat. 3. vbi videre placeat.

Ampliatur quarto etiam in pa-
8 tre, & filio, † qui si simul confessi sunt dotem recepisse, ille tenetur, qui administrabat, ad quem præsumitur pecunia peruenisse: vnde si administrabat pater ad patrem, si filius ad filium, si ambo ad vtrumque pro dimidia, Cyn. in l. si cum dotem, §. transgredimur, ff. soluto matrimo. qui dicit hanc quæstionē esse valde vtilem, & quotidianam, & hanc decisionem habere in se magnam æquitatem. Et quoniam, vt dictum est hæc materia est practicabilis, & sæpius in facto occurrit, perplexæ doctorum traditiones distinguendæ sunt in duo capita, quorum primum est, quando lis, & contentio est inter mulierem ipsā,

cuius

cuius nomine fuit dos numerata, & confessio facta, & ipsos patrem, & filium parte ex altera, qui confessi sunt. secundum caput est quando lis, & contentio est solum inter patrem ex vna, & filium ex alia.

Primo in capite dicimus veram, ac receptam opinionem esse præsu
9 mi pecuniam † peruenisse ad vtrũque scilicet, patrem, & filium, qui ambo ab ipsa muliere, vel ipsius hęredibus conueniri poterunt, vt quilibet pro virili restituere teneatur. Alexand. ad Bartol. in l. in duobus, §. vbi duo sub num. 15. litera F. in verb. ex eisdem, ff. de duobus reis. Signorol. consi. 76. Corn. consi. 304. libro quarto, Bald. Nouell. de dot. par. 7 priuileg. 38. Crauett. consilio 91. numero quarto. Roma. cõsilio 462. numero secundo, Raph. Cuma. consi. 40. libro secundo, Rui. consil. 186. columna 2. numero septimo, libro primo, consi. 53. numero 17. libro secundo, Barbat. consilio 43. numero 20. libro secundo, Bertrand. consilio quarto, in quarto dub. libro primo, Ludou. Bologni. consilio 44. colum. secunda, vertficu. cum itaque: late Tiraquell. de retract. lignaier. §. 31. gloss. 1. numero septimo. Benuenut. Stracch. de contract. mercat. num. 10.

Ampliatur hæc conclusio etiam
10 in pluribus fratribus † confitentibus accepisse dotem vxoris vnius eorum, nam pro virili tenentur Signor. d. consil. 76. Corn. consil. 151. in fine lib. 1.

Ampliatur secundo etiam in filio recipiente iussu patris; nam vterque tenetur, & in dubio solutio dotis videtur facta contemplatione vtriusque, & vnus tenetur de receptione, alter quod iussu, Bald. Nouell. dicens hoc singulare de dot. part. 7. priuileg. 37. vbi in fine subdit vnum aliud singulare, quod si pater non solum iubeat, sed in receptione sit præsens, quod erunt duo rei debendi, dicens hoc valde notabile, & menti tenendum.

11 Vnde aut pater † recipit dotem nurus nomine suo tantum, & ipse solus tenetur insolidum: filius verò non tenetur nisi sit hęres patris: quandoque pater recipit nomine filij tantum hoc expresso, quod ipse non teneatur, & tunc solus filius tenetur si ratum habeat, sicut si solus recepisset prout in dicto § transgrediamur, si verò recipit nomine suo, & filij ratum habentis, tunc vterque tenetur, l. fin. C. de dot. cau. quandoque econtra solus filius recipit, & sine patris iussu, & tunc solus tenetur, & non pater nisi de peculio, vel de in rem verso, dicto §. transgrediamur. aut recipit iussu patris, & tunc pater tenetur, quod iussu, gloss. in dicto §. transgrediamur, aut mulier habuit animum obligandi patrem tantum, vel filiũ tantum, vel vtrumque, vel dubitatur, & in dubio præsumitur contemplatione patris, & filij, l. in ambiguis, ff. de iur. dot. & ideo vtrumque habebit obligatum, & cum hac distinctione transeunt omnes. Aret. in §. fuerat sub num. 79. de action.

Secundum caput quęstionis est, quando lis, & contentio non est cum vxore repetente, sed inter patrem, & filium, vel eius hæredes, & tunc distinguendi sunt aliqui casus.

12 Primus est quando pater, † & filius

filius confessi sunt simul recepisse dotem, sed solus ipse filius gerit, & administrat negocia domus, prout sæpe occurrit in patre sene, & non habente nisi vnicum filium, hoc in casu tota illa pecunia præsumetur peruenisse ad filium, maritum, & administrãtem. ita Cyn. in l. si cum dotem. §. transgrediamur, ff. solut. matrim. pulchre Curt. iun. consil. 54. colum. fin. vbi bene sentit hanc distinctionem, & ratio esse videtur,
13 tur, quia dominium † rei dotis est mariti non vxoris, l. dote ancill. C. de rei vendic. vbi gloss. fin. hoc primo loco, not. & dicit hanc opinionem ipsius veram, de iure ciuili, & naturali, licet quoad ius naturale contrarium teneat Pau. Cast. & dicat bene potentius esse ius ciuile, quod facit eum dominum, idem ibi not. Bald. rationem reddens, quia ti
14 tulus † dotis est aptus, & potens ad transferendum dominium: sequuntur, & tenẽt Alberic. & Ang. concludentes ex hoc, quod sententia lata contra vxorem agentem rei vendicatione consistente matrimonio non nocet marito, secus econtra de sententia lata contra maritũ vti dominum rei dotalis, quia nocet vxori, nisi appareat de collusione. pulchre materiam declarãs Anton. Guibert. inter tract. dot. cap. 5. dicens hãc esse magis communem opinionem. Bal. Nouell. idem attestãs parte 8. priuileg. 6. circa principiũ. pulchre Campeg. de dot. par. 4. q. 7. vbi licet pulchre discurrat, testatur tamen hanc esse communem opinionem, & sic præsumendum est, quod filius vti maritus eã receperit, & apud se retinuerit; nã
15 quando duo rei † se obligant, & ad vnum tantum spectat negotium, is principaliter obligatur; alter verò est loco fideiussoris, l. vir vxori, §. fi. ff. ad Velleian.

Accedat etiam, quia non sunt at
16 tendenda † verba, sed cuius contẽplatione actus fiat, l. isti quidem, §. fi. ff. quod met. caus. l. seruo legato, §. cum testator, ff. de legat. 1. l. 4. §. nunc de affectu, l. si quis reum, ff. de liber. lega. sed actus numerationis fuit factus contemplatione mariti, ergo ad eum præsumetur peruenisse pecuniam, & non ad patrẽ.

Et in proposito dicebat Bart. in d. l. si quis reum, quod attẽdi debet
17 tenor instrumenti, † & series verborum ipsius: quod hoc verum est, quoad creditorem, secus quoad contrahentes, vel tertium: insuper hoc verum est, si agatur primæua actione, secus si ex testamento, vel alia.

Vnde vxor vti principalis creditrix aget contra ambos, patrem, & filium, sed inter ipsos patrem, & filium, attendetur veritas, vt ille soluat, quem negocium tangit.

Facit etiam pro hac opinione il-
18 la ratio, quia actus † præsumitur factus secundum iuris dispositionẽ, l. quæro, §. inter locatorem, ff. loca. siue loquamur in contractibus, prout in d. §. inter locatorem, ad idem l. quoties in stipulationibus, ff. de verbo. obligat. l. si stipulatus, ff. de vsur. l. damni infecti stipulatio, ff. de damn. infect. ad quam in contractibus præsumptionem. Menoch. de præsumpt. lib. 3 presumpt. 38. & lib. 6. præsump. 9. siue loquamur in
19 vltimis † voluntatibus, l. Gallus, §. quidam recte, vbi Ias. in secundo not. num. 5. ff. de lib. & posthu. in l. qui iure militari, ff. de testam. militar.

tar.

tat.in l. generaliter, C. de instit. & substitut. ad quam præsumptionem Menoch. lib. 3. præsumpt. 54. sed de iure communi pecunia dotalis pertinet ad maritum, d. l. dote ancillã, l. pro oneribus, C. de iur. dot. ergo ad filium vti maritum præsument peruenisse.

Et vltra alios in materia dotis, de qua agimus, adde bonum textũ iuncta gloss. vbi hoc expresse no. in l. dotis fructus, §. fi. iuncta l. seq. vbi hoc not. ff. de iur. dot.

Pariter vltra Menoch. addo vnũ aliud notabiliter, quod faciens actũ
20 † præsumitur facere iuxta iuris dispositionem, & est præsumptio iuris, & de iure, vt non recipiat probationem in contrarium. Bald. dicens hoc valde menti tenendum in l. si duo, ff. de acqui. hęredita.

Secundus casus principalis est, quando solus pater administrabat, & in hoc casu tres fuerunt Doctorum opiniones.

Prima fuit opinio, quod pater, & filius censeantur effecti duo rei debendi, atque ita ad vtrumque in solidum censeri pecuniam peruenisse, quæ opinio nihil valet secundum Curt. sen. consil. 14. in principio ea potissimũ ratione, quia duo
21 † rei non constituuntur nisi hoc expresse agatur, l. 2. & l. cum reos, & ibi Bart. ff. de duob. reis.

Accedat etiam, quia impossibile videtur pecunias apud duos insolidũ peruenisse, l. si vt certo, §. si duobus vehiculum, ff. de commod. bonus textus in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess. vbi Ias. num. 63. post Bart. concludit, quod corpora-
22 lis possessio † non potest esse apud duos insolidum.

Secunda fuit opinio, quod licet pater solus administret, tamen pro dimidia præsumitur peruenisse ad patrem, & pro alia dimidia ad filiũ. ita Dyn. Petr. Rayner. Bal. in l si cõstante, in principio, ff. solut. matrimon. Roma. consi. 462. num. 2 Comens. consi. 40. num. 2 Corn. consi. 303. num. 10. lib. 4. Barbat. consilio 43. num. 20. lib. 2. Crot. in repet. l. si constante, num 84. ff. solu. matrim. Rui. consi. 186. num. 7. lib. 1. consi. 53. num. 17. lib. 2. Campeg de dot. part. 3. q. 169. Strach. de mercatur. de contract. mercat. num. 10. Ronchegall. in l. reos, §. cum in tabulis, num. 29. ff. de duob. reis, ea omnes moti sunt ratione; nam quando plu-
23 res cõfitentur, † aliquid recepisse, præsumitur pro virili, d. §. cum in tabulis, l. Vranius. §. si duo, ff. de fideiuss. l. cum apparebit, ff. locat. l. vir vxori. §. fi. ff. ad velleian.

Sed ab hac præsumptione recedimus ex contrarijs coniecturis, puta, quia pater solus administrabat familiam, & bona.

Altera itaque est opinio cum ex
24 æquo pater † administrat & gubernat, præsumetur peruenisse ad solũ patrem. ita Cyn. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. solut. matrim. quem sequitur Alexand. ibi dicens hanc opinionem æquiorem. Aret. in §. est & aliud num. 2. insti. de donat. dicẽs apud Rhegium consului se. late prosequitur Curt. iun. d. cõsil. 34. late Pedemon. dicens communem * opinionem. dec. 44 Pott. de magis communi. consi. 54. num. 49. Tiber. Decian. consi. 49. nu. 15. cum seq. vol. 2. Repert. Borgni. dec. in verbo maritus post prima.

Et hæc opinio mihi magis vera videtur:

videtur: primo, quia pater ipse administrabat negocia domus,& matrimonij onera sustinebat in alendis filijs,nuru,& familia, vnde præsumitur, quod pecuniam apud se voluerit, vt posset onera ipsa sustinere.

Secundo, quia ad patrem pertinet vsusfructus bonorum dotaliũ, donec filius cum eo commoratur: non ergo præsumendum est, quod voluerit pater pecuniam esse apud filium, atque ita perdere vsumfructum, argumento leg.cum de indebito,ff.de probation.

Tertio suffragatur argumẽtum
25 † a solitis,quod receptissimum est, vt jn l.certi cõdictio, §.si nummos, ff si cert. pet. Euer.in loco a solitis, sed a communiter accidentibus pecunia dotalis solet ad patrẽ peruenire,qui domus,& familiæ negocia gerit,merito &c.

Et hoc argumento valde vtitur Alex.in d.§.transgrediamur ad Cyni opinionem confirmandam,& latius Curt.iun. in allegato consi 54.

Et hæc opinio multo magis pro
26 cedit † aliquibus alijs coniecturis concurrentibus, puta quod paulo post pater fecerit aliquam impensam pro sua nuru, vel alias similes. solitum tamen est in receptione dotis, & maxime in prima paga aliquid expẽdere in signum lætitiæ matrimonialis.

Tertius est casus quando pater & filius insimul administrabant, quo casu crederem pro viri iuxta aliam relatam opinionem.

Ampliatur quinto etiam in viro,& vxore vendentibus,vt tota pe-
27 cunia † præsumatur ad manus viri peruenisse. Bald. in Authen. si qua mulier.C.ad Velleian.per text.in d. Authent.si qua mulier. & in l.cum quis decedens, §. Titia, & quod ibi not.Bart.ff.de legat.3.Alberic.post Iacob.Butrig.in d.Authent.si qua mulier, & ibi etiam Paul.Cast.col. 1.versic. sed quæritur. Imol.dicens ita Bononiæ iudicatum in l. cũ vir, §.fi.ad velleian.col.6.versi.quid autem quando vterque vendidit, col. 9.ver.item aduerte in cap.cum contingat,col.27.de iureiuran. Roma. in l.si cum doté,§. transgrediamur, ff.solut.matrimon.Castrens. consil. 41.vol.1.Federic.de sen.consi. 241. domino de Papia.Alex.consil. 109. viso processu causę,lib.4.cõs. 172. num.16.lib.6.Abb.consi. 44.col.1. vol.1. Aret. in d. §. cum in tabulis. Aret. in §. est & aliud genus, col.2. de donat.Signor.consi.41.Soc. consil.15.col.6.vers. est ergo aduertendum.lib.1.Bal.Nouell. de priuileg. dot. part.7.priuileg. 1. Campeg. de dot.part.4.q.1.Afflict.decis.209.dicens in Concilio Neapolitano ita iudicatum, Mars. singular. 2. Crauett.consi.91.num.11.vers.decimo istam.Ronchegall. in l.eandem in princip.num.54.de duobus rei.Roland.consi.64.num.4. lib.1.Boer.decis.33.num.6. vbi æquiorem appellat.Pedemon. decis.140. num. 1.late Tiraqu.de retract. lignaier.§.31. glo.1 num.5. & hæc est communis opinio a qua in iudicando, & consulendo non est recedendum. Bald. Nouell. par.7.priuileg. 1.limit.12. sub num.15. circa medium vers.& per prędicta habes,dicens etiam in facti contingẽtia Perusij consuluisse,& obtinuisse.idẽ attestatur Crauett.consi.91.col.fina.sub num.11. vers.decimo istam, dicens nefas esse

se & temerarium ab hac opinione recedere, pro qua in curijs tam illustribus iudicatum est, & magis ** communem attestatur Ronchegal. ad l. eandem, sub num. 58. ff. de duobus reis, & pro valde notabili commendat Cott. in memor. in verb. mulier propter adulterium, circa medium.

Restat modo videre de intelle-
28 ctu l. reos, † §. cum in tabulis, ff. de duob. reis vbi promissio intelligitur pro virili tantum. Hæc conclusio respectu personarum vera est, si simul, & eodem tempore promittant, secus si diuersis temporibus, quia intelligi potest promisisse partem socij absentis simpliciter promittendo l. plures, vbi Alberic. Angel. & Imol. hoc sequuntur. Vnde primum requisitum l. reos. §. cum in tabulis est in obligatione facta a pluribus in eodem instrumento, & sic tempore.

Secundum requisitum est quod personæ, quæ promittunt non reputentur malæ conditionis in iure prout sunt vẽditores equorum, qui omnes insolidum redhibitoria conueniri possunt. l. iustissima §. 1. vbi Cepoll. in 3. oppo. ff. de ædilit. edic.

Vnde in istis nundinis venditores insolidum tenentur, credo l. veram in venalitiam profitentibus. tertium requisitum est, quod personæ sint aptæ a iure ad se obligandum: vnde si mulier vendat cum viro, non tenetur mulier, quia pro viro obligari non potest, tot. titul. ad Velleian. meritò insolidum tenetur maritus, ita declarat hunc. §. cum in tabulis. Afflict. decisione 209. numero quarto, Seraph. de iuramen. priuileg. 65.

Quartum requisitum, vt ex coniecturis non colligatur totum negocium nõ pertinere ad vnum ex promittentibus tantum, quia ille solus obligatur prout in viro, & vxore dotem confitẽtibus, vel fundum dotalem vendentibus; nam ad maritum præsumetur totam pecuniã peruenisse vti dominum rei dotalis. Ronchegall. ad l. eandem, num. 59. de duobus reis. Menoch. de præsumption. lib. 3. præsump. 22. numero 6. Crauett. consi. 91. in fine.

Quintum requisitum, vt dispositio, §. cum in tabulis procedat respectu tertij, seu creditoris, secus, quoad debitorem inter se, quorum ille cogatur, quem negocium tangit Ronchegall. in l. eandem, num. 60. ff. de duob. reis.

Sextum requisitum, vt qualitas negocij hoc patiatur, quia diuiduũ sit, alias secus, & ad negocium promissio principaliter respiciat. Ronchegall. in d. §. cum in tabulis, num. 10. & iterum 15. ita intelligendo, l. plures, ff. de damn. infect.

Applicando igitur tenetur maritus, quia negocium tangit eum vti dotis dominum, & administratorem, ac etiam, quia repugnat vt mulier cum viro obligetur ex Velleiano senatus consulto.

Extenditur hæc conclusio etiam stante iuramento Bald. in Authen. si qua mulier, numero primo, versicu. pone ergo. C. ad Velleian. dans
29 rationem, quia iuramentum † nihil operatur, vbi agitur de actuali numeratione, l. cum quis decedens, §. Titia, de legatis tertio, qui textus optime probat secundum Aret. in dicto §. cum in tabulis. Ronchegall. ad l. eandem, num. 58.

H Visill.

Vrsill.ad Afflict. 209.in principio.

Contrarium seruatur in practica. Aret. in §.item si col.17.sub nu. 37.versi. quid si cum iuramento in stit.de except.qui in hoc reprehenditur a Seraphin. de iurament.priuileg. 65. Campeg. de dot.parte 4. quæst. 10.

Declaratur hæc conclusio, nisi
30 † mulier confessa fuerit in iudicio pecuniam pro parte ad eius manus peruenisse. Bal in Auth. si qua mulier,col.1.in fi.C.ad Velleian.

Subdeclara hoc dictum Bald. vt
31 verum sit si confessio † sit facta a muliere per modum contentiosæ iurisdictionis, secus si sponte per modum voluntariæ iurisdictionis, & sine aliqua citatione confitetur, nam talis confessio non prejudicat, nec aliquam tollit exceptionē per prius competentem. ita distinguit Salyc.post Cyn.in contractibus,numero septimo,C.de non nume. pecun in l.prima,in prima, & tertia oppofit.C. de confess. Alberic.in l. si ex confessione, numero quinto, C.de non nume.pecun.Fely.in cap. si cautio, numero 47. de fid.instrument. vbi Eman. Costa. in limitat. vndecima,Ias.in l.qui pecuniam,numero septimo, ff. si cer.pet.Osasch. Pedemon.134.

Et sic habetur notabilis limita-
32 tio † ad l.final. C.de non numerat. pecu.vt procedat in confessione facta per modum voluntariæ iurisdictionis, secus si per modum contentiosæ. Non igitur sufficit dicere est confessus in iudicio, sed debet inspici qualitas confessionis, & an coactus,vel sponte confessus fuerit.

Declaratur secundo, nisi aliter ex verbis instrumenti constet pecunias peruenisse etiam ad manus ipsius mulieris,puta si apponantur
33 hæc verba, † habuerunt,& receperunt in præsentia mei notarij, & testium infrascriptorum iuxta l.notabilem in l. si ex cautione,in gloss. magna.circa medium,ibi idem si in publico instrumento. C.de non numerat. pecun. Bald. Nouell.de dot. part.7.priuileg.1. columna 10.numero 15.in fine, vbi reputat notatu dignum.

In quo articulo quia valde practicabilis est in contractu mutui, & dotis propter exceptionem non numeratæ pecunię, & dotis,& passim fiunt instrumenta confessionum: considero pro vtilitate duos casus principales. primus est in instrumento publico, alter casus est in confessione per priuatam scripturam.

Circa primum casum si dicat notarius confessus est habuisse, & recepisse,& in veritate habuit,& recepit in præsentia dictorum testium, & mei notarij &c. vel non apponatur verbum in veritate,sed simpliciter dicatur, siue dicatur pro relatiuum.Quæ siue apponatur copula &, sine relatiuo quæ, prout Bar.ibidem sentit, quia contra Bart.in hoc nulla est differentia, vt per Fely.in cap.si cautio,limit.1.num.52.de fide instrum. per totum discursum illius limitationis. Seraph.de iuram. priuileg.60.sub num. 8.qui in vno nō facit differentiam siue notarius loquatur per participium a Titio dante,& numerante,siue per gerundium a Titio dando, & numerando, quia non hoc est absolute verū,
34 sed in gerundio † sic, quod sui natura importat actualitatem, secus

in

in participio, quod nō est huius naturæ. Bald. in l. vnic. colum. 12. C. de confess. in l. si ex cautione, quęst. 4. & 5. vbi Salycet. colum. penult. versic. quæro quid si notarius.

Secundus casus principalis est
35 de confessione † facta per debitorem in scriptura priuata, quæ non importat actualem numerationem etiam si dicatur habui, & recepi a Titio mutuo, vel pro dote tot. secus si dicat habui, & recepi in pecunia numerata, vel habuit, & recepit in præsentia testium infrascriptorū. gloss. in l. ex pluribus in verbo poneretur, ff. de solut. in l. non singuli, C. si cer. petat. Fely. in d. cap. si cautio, num. 53.

Vnde ponderanda sunt verba in concipiendis priuatis scripturis. *Io confesso hauere hauuto in presenza di Pietro scudi cento, quali horiceuuti in contanti in presenza de gli infrascritti testimonij.*

Addo insuper quod Vrsill. ad Afflict. decisio. 309. numero secundo, non videtur habere pro tuto, etiam si in persona vxoris apponantur verba numerationem importantia, quia breui manu credendum est pecunias peruenisse de manu vxoris ad virum, nisi probetur alio modo versum in vtilitatem mulieris, cum non simus in casu, in quo dos potest solui mulieri, iuxta l. mutus, §. manente, ff. de iur. dot. l. quamuis, ff. solu. matrimon. l. secunda, ff. eodem l. prima, C. soluto matrimonio.

Et certe secundum communi-
36 ter accidentia pecunia † negociatur per virum, & si quid habet mulier quandoque extra dotem. *Gli la cana di mani il marito*, & sentit bene Campeg. de dot. part. quatta quęstio. 10.

Et cautæ mulieres faciunt sibi caueri a viris, quod ex dicta confessione quouis modo facta nullum inferatur præiudicium. Boer. decisione trigesimatertia, numero octauo Tiber. Decia. respond. 47. num. 37. volum. secundo.

Declaratur vlterius vltra Boer. plene profitentem, nisi maritus, & vxor habeant inter se bona communia, vt sic pactum sit inter eos, quia ratione talis pacti communis præsumitur mulier partem pecuniæ cum effectu recepisse. Ronchegall. de duob. reis, l. eandem numero 62. Menoch. libro tertio, præsumptio. 21. in fine.

Ampliatur sexto in patre, & filio, vel matre, & filio simul vendentibus, ampliando, deducendo, declarando, prout in præcedentibus ampliationibus ex Boer. decisi. 23. numero 10. dicens hanc opinionem veriorem reiectis alijs.

Ampliatur septimo in fratribus socijs, & quibusuis similibus, qui emolumentum nullum perceperunt. Barbat consilio 43. colum. 4. in 2. dub lib. 2.

Declaranda igitur venit pręsens materia aliquibus modis in practica vtilibus, & necessarijs, & primo vt prædicta conclusio locum non habeat requiritur renunciatio cum clausula omni legum, & iuris auxilio, nec sufficit renūciare beneficio
37 cōstitutionis de duobus reis, † quia sub hoc istud nō comprehenditur. Bald. reputans hoc in practica notatu dignum in l. cum in plures, §. vestimenta. ff. locar.

Vnde si ego in instrumento re-

nunciaui constitutioni de duobus reis adhuc excipere potero quod agatur contra illum, ad quem pecunia peruenit, secus si renunciauerim omni legum, & iuris auxilio, quia tunc cogor soluere, & sufficit si in instrumento sit appositum renuncians, &c. Curt. sen. consi. 6.

Declaratur secundo vt talis ex-
38 cussio † fiat sumptibus, & periculo excipientis, Ang. in l. si vt certo, §. si duobus vehiculum, ff. commodat. vbi hoc reputat notabile, & dicit fieri posse dupliciter, vel credito re agente iure proprio, vel per cessionem actionis: idem in l. nos, col. fina. versicu. dixi etiam 6. vbi Imol. col. 5. vers. 6. addit. Contard. ad l. diffamari, ampliat. 1. num 129. Riminal. iun. consilio 492. num. 14. lib. 4. Borgni. decis. 11. num. 32. part. 2. Duen. regul. 335. sub num. 19. vbi valde commendat Gomes. decisio. 34. lib. 2. Virgin. Boccac. de societ. offic. num. 16. Anton. Gab. de fideiuss. conclus. 1. num. 43. & est generalis cautela in omnibus casibus, in quibus de iure ciuili, vel canonico de excussione dubitari possit, & ad eam semper recurras si melius auxilium non habeas.

Et interim excipiens debet absolui ab obseruatione iudicij, decis. Genuens. 90.

Vnde in practica aduertendum
39 est in modo † excipiendi, si ille ad quem pecunia peruenit conueniatur, nam si petit diuidi nihil est, sed in modo excipiẽdi debet addi, quia ad eum tota pecunia peruenit, & fiat periculo meo. Bartol. in l. si vt certo, §. si duobus, numero 12. ff. commodat. vbi Castr. columna 17. vbi dicit habuisse in facto Bononię, & obtinuisse, licet cum magno labore, quia materia non intelligebatur.

Et dat practicandi modum, vt excipiendo deponantur expensę, vel aliquid ad computum ipsarum animo subministrandi residuum, & hoc modo conuincitur iudex, & actor, & vidi pluries practicatum, & est bona practica.

Licet in alijs locis occurrit infelicibus aduocatis id quod euenit Castrensi Bononiæ, scilicet, quod res capiebatur cum magno labore, quia iudices hodierni deus scit, qui quales, quantique sint.

Explicat etiam Castr. ibi verba
40 exceptionis scilicet, suo † periculo, idest quod eo reperto non soluendo redeat ad ipsum, clarius hoc ipsum explicat Roma. consilio 114. numero quarto, & dicit valde notabile in practica Apostill. ad Abb. in cap. 2. de fideiussor. Marsil. de fideiussor. num. 65. & clarius, nu. 370. vbi pariter intelligitur, quod eo reperto non soluendo detur regressus ad excipientem, & hoc est dicere periculo meo. Ant. Gabr. de fideiuss. num. 43. qui allegat per errorem Contard. pro contraria parte, prout apud eum videri potest.

41 Conuentus igitur, † si pecunia ad eum non peruenit, excipias, & dicas, agas contra Titium, ad quem pecunia peruenit sumptibus meis, deponendo actualiter aliquid loco expensarũ cũ protestatione supplẽdi, & addas periculo meo; quod est vt eo reperto non soluendo detur regressus contra ipsum excipientẽ.

Declaratur tertio, vt possit oppo-
42 nere beneficium diuisionis † nõ excussionis iuxta doctrinã Castr. ĩ l. 2. §. vbi

§.vbi duo, columna 1. per totam, ff de duob. reis.

Si igitur obligo me cum te æque principaliter, si pecunia peruenit tota ad manus tuas, non competit excussio, quia non sum fideiussor, cui competit excussio, ex quo per conuentionem feci me principalem, sed competit exceptio diuisionis scilicet, vt pro parte conueniatur ille, ad quem pecunia peruenit, deponendo expensas pro dimidia tantum, & hæc est practica Pau. Castr. in dict. loco.

43 Vnde aut quis conuenitur † vti fideiussor, & habet beneficium excussionis, aut est principaliter obligatus, & pecunia tota peruenit ad alium, & tunc non habet beneficiũ excussionis, sed diuisionis, prout etiam quando conuenitur ex obligatione secundaria, quæ venit ex dispositione legali, vt teneatur pro dolo, & culpa consocij, quia pariter in hoc habet beneficium diuisionis, quia agitur ex dispositione, l. cum qua mitius agitur. ita vtiliter Castrens. in citato loco.

Et sic ad practicam reducendo, quando tota pecunia peruenit ad vnum ex obligatis, sciente, & consentiente creditore, & sibi imputet

44 creditor, † quia opponente alio correo illum excutere debet, aut non est factum sciente creditore, sed inter ipsos debitores tantum, & tunc aut offert, vt fiat excussio sumptibus, & periculo suo, & tunc habet beneficium excussionis, aut hoc nõ offert, & habet beneficium diuisionis, nisi simus in prohibitis, puta in filio obligato in causa Macedoniani, vel in muliere in causa velleiani, in quibus casibus datur absolute beneficium excussionis sine alia oblatione expensarum. ita notabiliter Castrens. in l. sed Iulianus, num. 3. ff. ad Macedon. & in l. si vxori, §. fi. ff. ad Velleian. Ruin. consilio 19. numero nono, versic. & constat, volum. 4. Alexand. consilio 33. colum na penult. volum. 4. Ias. consil. 58. volum. 3. Gualdens. caut. 30. nu. 2. titulo de legatis. Quarẽ incipienda sunt multa, primum si cõsensit creditor, tunc sibi imputet, & competit beneficium excussionis: secundum si simus in prohibitis, puta in Macedoniano, vel Velleiano, vel alias ex forma statutorum loci, & pariter sine alio dabitur beneficiũ excussionis. Tertium si non in prohibitis nec constat de consensu creditoris, & tunc si conuentus offert suis expensis, & periculo, & competit beneficium excussionis, aut non offert, & competit beneficium diuisionis.

Illud addam notatu dignum quid si apponens intendat oppone-

45 re † exceptionem excussionis, & omittat apponere illa verba sumptibus, & periculo suo, tamen ex natura actus semper tacite intelliguntur, ita tradit Anan. consil. 61. & ibi Bologni. in addit.

Et sic erit proposita defensio in hoc casu omisso.

Declaratur quarto nisi principa

46 lis † debitor, ad quem pecunia peruenit sit difficilis exactionis, vel nõ soluendo, de qua materia latius dicemus suo loco, & ponit Angel. in l. secunda, in fine, ff. de curator. bon. dand. Alexan. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, numero 7. ff. solu. matrimon. Aret. in §. primo, institutio. de duobus reis.

Declaratur quinto, nisi renunciatum sit beneficio excussionis, prout pariter dicam suo loco. latè in terminis Papiens. de duobus reis in verb. quilibet num. 9.

Declaratur sexto, si Aret. credimus inferius allegando, vt exceptio
47 † excussionis competat ei, ad què pecunia non peruenit respectu alterius correi, non quoad ipsum creditorem nisi esset color quæsitus, vel actum inter partes, vt alter ex eis vere esset fideiussor. Aret. in l eadem, columna quarta, vers. vltimo adde consilio 33. colum. 3. num. 8. Ronchegall in l. 3. §. vbi duo num. 156. vers. Aretinus, & num. 178. in fine limit. vltima. & faciunt quæ superius dixi de confessione dotis facta per patrem, & filium, vt exceptio excussionis non sit respectu mulieris, sed inter ipsosmet patrem, & filium, & multorum fuit distinctio, aut sumus in obligatione voluntaria, & non habet locum excussio, prout in correis, procuratoribus, & administratoribus, qui voluntarie se obligando sibi imputent, aut sumus in obligatione necessaria, vt in tutoribus, socijs omnium bonorum, quia lege obligantur insolidum, & tunc competit excussio, vt dixi superius ampliat. 3. & vlt. & tradit Marant. in Specu. in principio, numero 16. Natt. consilio 134. numero 19. Angel. de Gãbilio. consilio 78. num. 10. Ias. in l. neque pacto, C. de transact. Cæpoll. consilio 56. pulchre Aret. consilio 66. viso, columna quinta, vers sicu. pro confirmatione. Tobi. consilio 110. numero vndecimo, Borgni. in repertor. in verb. fideiussor contutoris, & in verb. fideiussor promittens, part. prima, decis. vndecima. & num. 33. part. 2.

Declaratur septimo, nisi nouandi animo alter interuenit. Alexand. consilio trigesimoprimo, columna fina. volum. 4.

Declaratur octauo, vt in alijs, quoad creditorem non censentur loco fideiussorum. Roma. consilio 114. Aret. consil. 33. col. 3. Crauett. consi. 91. num. 4.

Et si veritate attenta fuit sim-
48 plex † fideiussor gaudebit beneficio excussionis, secus si instrumentum aliter cantet. Papiens. in verb. duorum reor. in verb. quilibet, nu. 6 vbi vult quod si reus vult probare totam pecuniam ad vnum peruenisse, debet dari terminus.

QVÆSTIO III.

II. par.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus pro aliquo quod habeat beneficium excussionis contra principalem: contrarium, num. 4. cum limit. numero quinto, cum distinctio. num. 10.*

2 *Principium, & origo in negotijs attendi debet. num. 6.*

3 *Vendens alicui rem, si fecit quietationem de pretio, & ea non obstante faciat se debitorem ex alio titulo, non tenetur nisi ad vnicam gabellam.*

7 *Accessorium quando subsistat sine principali.*

8 *Verbum quodlibet minimum debet in instrumento operari.*

Etiam si disiuncta non operarentur effectum aliquem, num. 9.

QVÆ-

1 QVÆRO an fideiussor, † vel ille, qui se obligauit pro alio principaliter, prout communiter fieri videmus in maiori parte instrumentorum habeat beneficium excussionis.

Et videbatur dicendum, quod tale beneficium competat, & suadet æquitas, quæ pati non videtur, vt is, qui pecuniam non accepit, sed gratiose pro alio intercessit, ex suo officio damnum patiatur.

2 Præterea principium, & † origo attendi debet, l. qui id quod ff. de donat l. 3. C. ad Macedon. sed attento principio, & origine est merus fideiussor, meritò licet se principaliter obligauerit, competet beneficium excussionis.

Et bene faciunt iura superius allegata considerando seriem pacti: nam in vna primo fuit facta promissio ex causa donationis, cuius natura est vt teneatur deducto ne egeat, si fiat constitutum retinet eandem naturam, & competit eadem exceptio, sic fideiussori competit exceptio excussionis, si faciat se principalem, pariter competit exceptio excussionis, sic etiam in l. 3. C ad Macedon. principium erat vēditio, si pretium conuertatur in mutuū, non habebit naturam mutui, sed venditionis primæuæ, sic ab initio originis est fideiussor, licet postea se faciat principalem non mutabit, nec alterabitur natura, & generaliter in contractibus, & obligationibus principium attenditur, vt per Azon. Brocardico primo.

Et corroborantur predicta ex his, quæ tradit Barto. in dicta l. 3. C.

3 ad Macedon. quod si vendidi † tibi rem, & feci quietationem de precio, & ea non obstante faciam me debitorem ex alio titulo, quod vnica gabella est soluenda, casus frequens, cum passim fiant quietationes, & his non obstantibus faciunt se debitores.

Et hanc opinionem tenet Azo. in rub. de fideiuss. Speculator de renunciat. & conclusion. §. 1. vers. sed si fideiussor, num. 18. Cyn. in l. dictantibus. C. de testamen. Salycc. in Authen. præsente. C. de fideiussor. Aret. consi. 31. Ioan. Guter. de contract. iurat. cap. 23. Roma. consilio 114. in 1. dub. Fernand. controuers. illustr. cap. 33 num. 9. Cur. Burgen. libro 1. ad collegium cap. 13. Federic. Schen. in viridar. conclus. 90. Iaffred. decisi. 83. & hæc est communis * opinio, quam omnes tenent, vt testatur Papiens. de duobus reis in verb beneficio, nu. 8. vbi pariter.

Ampliat in quocunque constituente debitum alienum, de quo in titu. ff. & C. de constitut. pecun. & hanc opinionem dicit æquiorem, & magis * communem thesaurus. Pedemont. 166. part. 2. Caballin. ad Butr. consi. 41.

Limitatur modo si renunciasset beneficio excussionis. Balb. decisio. 83. centur. 1.

4 Contrariam sententiam, quod non competat exceptio excussionis † tenet Marsil. de fideiussor. numero 62. Alexand. consilio 29. numero 36. volum. 7. Ancar. quæstio. 32. num. 9 late Barbat. in cap. peruenit in 6. casu de fideiussor. pulchre consilio 84. numero 6. versic. capio modo secundum, volumine quarto, Boer. decisione 221. numero 13. in fine vbi dicit bene notandum, & quod pauci aduocati aduertunt.

uertunt. Grat. respons. 87. sub num. 25. volum. 1. vbi ponit casum frequentem de obligato. in forma cameræ, vt ex hoc constituatur principalis. Aufrer. ad Tolos. 23. Borgni. decis. 31. num. 22. part. 1. Duran. de art. testand. titu. de legatis, cautel. 30. nu. 20. Matthæus Coler. de processibus executiuis, lib. 1. cap. 10. numero 255. cum sequen. & ita in practica seruatur. And. Gail. practicab. obseruat. lib. 2. obseru. 28. num. 2. & 6. Rouescal. ad Alexand. consilio 29. volum. 7. Pedemont. 166. num. 2. part. 2. Guid. Pap. q. 570. num. 6. Rauenn. singul. 200. Caputaquens. decis. 273. num. 8. part. 2.

Limita hanc secundam opinio-
5 nem † quando se, vt principalis obligauit in eodemmet instrumento, secus si in alia scriptura, & diuersis temporibus, & cum hac distinctione conciliantur opiniones. glos. in Authen. de fideiussor. in verb. fideiussorem & ibi Par. colum. 2. Cyn. in Authen. præsente. C. de fideiuss. Alexan. consi. 31. colum. penul. versicu. quinimmo, volumine quarto, consilio 29. volumine sexto, Abb. in cap. 2. col. 2. versi. secundum, vbi Imol. colum. 3. de fideiuss. Rot. Genuens. 78. num. 1. Anton. Gabr. de fideiuss. colum. 1. num. 99. Ancar. quæst. 45. num. 6. parte 1. Lamberteng. de contract. mulier. gloss. 16. num. 15. Boer. decis. 221. num. 13. Dec. consilio septimo, columna secunda, Pedemont. 166. numero sexto, parte secunda, & hæc est communis * opinio. Lamberteng. de contract. mulier. glo. 16. num. 15.

Et ex prædictis patet ad id, quod superius diximus, quod in contra-
6 ctibus attenditur † origo ex l. 3. C. ad Macedon. & alijs superius adductis, quia vltra adducta per Doctores in dictis locis respondetur nisi post originem sequeretur aliquid, quod idem importaret, quod ipsa origo: nam cum ista duo sint paria non attenditur amplius origo, sed subsequens actus, & paris potentię, & facit, quod licet accessorium
7 † sequatur principale, & per eum reguletur, & ab eo dependeat, tamē si accessorium sit sui natura potēs, & efficax, non dependet a principali, sed immo regit actum sine existentia principalis, prout in iuramento, & similibus, quæ subsistunt etiam data nullitate actus principalis, vt dixi ad repetit. regul. cum quid, parte quarta, limitatio. octaua, de regul. iur. in sexto, facit etiam quod sicut verba priuilegiorum, & similium sunt intelligēda cum effectu, l. si quando, de leg. primo, cap. si Papa, in sexto, ita verba contractus. gloss. notabilis; in l. si stipulatus, ff. de vsuris, quæ loquitur in notabili casu, quando illa duo ex se nihil operantur, & tamen vnita operantur, ne adiectio sit superflua gloss. in l. prima, de periculo. & commod. rei vendit. in l. prima, C. de pact. pigno. vnde Bald. in l. prima, numero nono, quæstione nona, C. de contrahē. emptio. dicit, quod nedū clausula, sed quodlibet
8 verbum † minimum debet in instrumento aliquid operari: sequitur Alexan. consilio 152. columna 2. 157. columna tertia, volumine secundo, consilio 133. in fine consilio 68. circa med. volumine quinto. Ioan. de Anan. consilio 97. Barbat. in rubrica de rescript. columna fin. in capitu. sedes, columna septima,

de

de rescri. vnde totus tenor legis debet vsque ad vltimum. idem Bal. in l. lecta, ff. si cert. pet. vnde ne sint verba superflua, scilicet, & vt principalis dicemus excussionem non requiri, sed in practica, quia frequens est dictum Bal. notantur in oo duo. primo dicit si potest, secũdo dicit secũdum naturam actus. vnde hæc duo cõcurrere debent, & facit vltra eũ, l. 1. cum gloss. C. de pact. pignor. vbi pactum repugnans reputatur superfluum.

Ex quibus sequitur ad ampliat. regul. l. si quando quod verba de-
9 bent † aliquid operari etiam si disiũcta non operarentur effectum ex glo. notab. in dict. l. si stipulatus, dũmodo hoc possit secundum naturã actus ex doctrina Bal. allegata.

Colligitur secundo, aut quis intercedit vt simpliciter fideiussor
10 † nulla alia adiectione facta, & habet beneficium excussionis, aut intercedit vti vnus reus debendi, & sic debitor principalis, & ipse cõstituerit se duos reos debendi faciendo se obligatos in solidum, & habent beneficium diuisionis, aut intercessit in eodem instrumento vti principalis, & non habet beneficium excussionis, aut in alia scriptura, & diuerso tempore, & habet, aut iunxit simul hæc duo vti principalis, & in solidum, & tunc ratione clausulę in solidum habet beneficiũ diuisionis.

Vnde fortior est obligatio vti principalis, quam obligatio in solidum, & ad fortius ligandum: est bonum simpliciter, & per se tantum ponere vti principalis principaliter se, & sua bona obligando sine alia adiectione in solidum.

QVÆSTIO LIIII.

SVMMARIVM.

42 ctus † in l. fin. versic. necessitatem. C. de bon. quæ liber. vbi filius agere non potest sine patris consensu; satis enim dicitur consentire si simul agant, vel simul experiantur. Bart. in

in l.eum pater, §. libertis, numero 6. de legat. 2. Ias. in l. is, qui hæres, §. neque, nu. 15. ff. de acqu. hæred.

Vltra Alphan. report. 133. Clement. de patr. potestat. effect. 4. qui hunc casum non ponunt.

Vnde fiunt multæ petitiones, & libelli: Sempronius, & Petrus eius pater pro omni suo iure, & interesse, tamen pater dicitur consentire, simul agendo, licet nõ apponantur verba cum patris consensu.

43 Secundum est intellectus † ad l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquiren. hæredit. vt licet in adeunda hæreditate iussus patris præcedere debeat d. §. iussum, tamen satis dicitur iubere si simul adeant, vel repudient, vt per Bald. Angel. & Ias. in l. is, qui hæres, §. neque, vbi Ias. nu. 14. ff. de acquirend. hæredit. immo si pater sit præsens, & taceat, vt per Bartol. in l. quæ dotis, sub nume. 23. vers. sic, in tertio casu ibi fallit fauore pupillorum, ff. solut. matrimon. bonus textus in l. si filius, ff. de tutelis. Addit igitur legitime filius si iussus expresse, & formaliter procedat, si pater cũ eo simul adeat, vel sit præsens, & tacens.

Tertio infertur ad materiam, & 44 intellectum, † l. si liqueat, C. de inoffic. donat. quod si maritus, & vxor in eodem instrumento donant rem propriam viri, quod non ambo, sed vir tãtum donare videtur, vt ibi per Bald. commendat Alexan. in l. si constante, §. si vxor, ff. sol. matrim.

Quarto infertur ad intellectum, 45 † l. reus, §. cũ in tabulis, ff. de duobus reis, vt quilibet videatur facere pro dimidia; nam hoc est verum in re propria vnius: nam illi soli attribuitur.

Quinto ad prædicta faciunt duo iura ad hoc meo iudicio satis nota46 bilia, textus in † l. Titius, & in l. Lucius Titius, ff. quib. mod. pigno. vel hypothec. sol. in quorũ primo duo, qui habebant eãdem rem pariter à debitore obligatam emendo simul videntur inuicem remisisse ius pignoris, & de sola venditione tractare, in secundo si creditor, cui res erat obligata vna cum debitore vendat, vel in dotem det, videtur ius pignoris remisisse, ad quam Neguſ. de pigno par. 6. memb. 3. nu. 12. ampl. 1.

Quinto infertur, quod statutum 47 disponens, † quod mulier non possit contrahere sine consensu duorũ proximiorum, si mulier contrahat cum vno ex consanguineis dicitur satisfactũ dispositioni statuti, Abb. in cap. cum in veteri, column. 4. nu. 12. de elect. quod dictum reputauit notabile Ias. in l. is, qui hæres, §. neque, n. 19. ff. de acqu. hæred.

In hoc tamen cõtraria opinio est verior, & communis.* Bart. in l. 1. ff. de auctori. tutor. in l. frater à fratre, in fi. ff. de condit. indebit. Socin. consilio 172. Corn. consil. 294. libro 1. Dec. ex communi, consil. 612. in fine. Viu. opin. 296. fallen. 3. Granut. teoremat. 25. num. 47. limit. 21.

Vnde cautela datur, vt in hoc casu adhibeatur decretũ iudicis. Virg. Boccac. ad constit. Aegid. glos. 3. nu. 104. Et in hac materia plures casus considerat Lamberteng. de contractu mulier. glos. 10. in princ.

Pater igitur vna cum filio se in eodem instrumento obligando dicitur iubere filio, & consequenter non habet beneficium excussionis.

Quarta principalis conclusio sit 48 pater † fideiubet pro filio emanci-

pato, vel non habente peculium, ex hoc non in ipso contractu, sed post ipsum contractum tenetur in solidum, nec habet beneficium excussionis, gloss. in l. libertus, §. filium, ff. ad municipal. in l. j. C. de decurio. lib. 10. in l. 1. C. de non conuenien. fisci debitoribus, lib. 10. Salicet. in l. 1. colum. fin. C. quod cum eo, pulchre Bald. in l. diximus, §. fi. ff. de excusat. tutor. & hæc est verior, & magis *communis opinio, Boer. decis. 221. numero duodecimo & tertiodecimo.

Quid enim excutiendum est si in proposito filius nullum habeat peculiũ: esset enim casu isto illaqueare, & decipere homines.

49 Quinta sit conclusio, pater †non habet beneficium excussionis stante iuramento, vel si se obligauerit animo nouandi, vel inter mercatores, & in eorum curia. ita discurrit Boer. in allegata decisione, de quib. omnibus dicam singillatim in principali discursu materiæ.

50 Sexta sit conclusio pater † præponendo filiũ alicui negociationi obligatur in solidum institoria, & si filius mutuo accipiat pecuniã extra propositam negociationem, fideiubendo pro eo videtur tacite proponere, & consequenter in solidum obligatur l. in eum, quæ est l. penultima, §. tabernæ, ff de institor. secundum intellectum Alberic. ibi, qui notabilis est. Stracch. de mercatur. titul. quomodo procedend. in caus. mercator. nu 6.

Et allegatur ille textus etiã pro notabili ad hoc propositum, quod vno respectu potest quis esse principalis, & alio respectu fideiussor, & possunt stare simul hæc duo. ita hũc textum pro notabili commendat Baldus in l. si mandator. C. quod cum eo.

Addo, vltra Bald. quod in simili est textus in l. Romanus Apulus, ff. de tutor. & curator. datis ab his, & ibi sentit Bartol. in l. reos, in princ. ff. de duob. reis.

Vnde aut pater iussit, aut ratum habuit, & tenetur quod iussu, l. 1. §. quid ergo, ff. quod iussu, l. prima, C. quod cum eo, aut non iussit, nec ratum habuit, aut proposuit negociationi, & si fideiubet adhuc institoria tenetur, nec hæc tollit istam, immo fideiubendo extra causam negociationis, illi tacite fideiubere videtur, quod est notandum.

51 Septima sit conclusio pater †recipiendo litteras a creditore, p quas petit pecunias filio mutuatas, si pater in recipiendo non contradicat ex illo tacito consensu tenetur, l. si filiusfamilias, ff. ad Macedon. qui in terminis loquitur de patre, & filio. dixi in tract. de sequestro parte 3. q. 13. sed nunc occasione patris latius dicam, cum materia sit vtilis, delectabilis, & quotidiana.

52 Pater igitur, vel alius quiuis †litteras, vel aliam scripturam recipiens, vt sequestrum, & similia, præsumitur illas approbare, & fateri cõtenta esse vera dict. l. si filiusfamil. la secunda. Bartol. in l. cum tabernam, §. primo, in fine, ff. de pign. in l. quo enim. §. primo, in fine, ff. rem ratam haberi in l. Titius in fine, ff. de constitut. pecun. Baldus in leg. emptor, §. lucius, ff. de pact. in l. si procurator in principio, ff. de procurator, in l. si absentis, col. 2. versicul. quæro quid de litteris. C. si cert. pet. in l. vlt. colum. 1. versic.

quæro

quæro si contrahitur. C. ad macedo. in rubr. C. de fid. instrumen. colum. penul. versic. quæro quid de litteris in capit. vlt. colum. penult. versicul. quæro quid de pagina de iureiuran. Ang. in d. l. filiusfamilias. Fulg. in d. l. emptor, §. Lucius. Salic. in d. l. vlt. colum. 2. versic. quęro quid si filius. C. ad macedon. Roman. consil. 295. numero quinto. Abb. in capit. cum iniusta, numero 7. de procura. cons. 88. colum. penul. versic. si autem interuenit scientia, libro 1. consil. 18. numero 5. libro 2. Matthesi. notab. 22. Imol. in l. non solum, §. morte, colum. 3. de nou. oper. nunc. in cap. cum M. Ferratiensis, columna 18. versic. 4. casu de constitut. Alexand. consi. 78. colum. 1. libro 1. consi. 147. colum. 3. versic. fortificantur prædicta, libro secundo. Veronen. cautel. 9. Barbat. consil. 15. colum. 3. in fine libro secundo. Felin. in d. capit. cum M. num. 36. in cap. 2. nu. 20. de fid. instrumen. Ias. in repetit. l. admonendi, num. 138. de iureiurand. in l. quę dotis, nume. 92. ff. solut. matrimon. consil. 47. numero secundo, libro 1. Dec. consilio 430. in fine, consi. 632. numero 16. Rip. in l. admonendi. n. 138. in d. cap. cum M. num. 132. Gozzad. consil. 23. numero 6. Marsil. in rubric. de probat. numero 140. in practica, §. diligenter. numero 138. Franc. Connan. libro quinto, comment. iur. ciuil. cap. 4. Paris. consilio 47. numero 15. consil. 91. numero 3. consilio 112. numero 45. consilio 127. numero 32. libro 1. consilio 5. numero 206. libro 4. Anton. Gabr. de præsumpt. conclusio. 2. Rot. Genuens. 2. num. 2. & 91. num. 1.

* Addo quod hæc est cōmunis* opinio. Rip. in d. l. admonendi, nu. 138. vbi Coras. num. 73. Bursat. consilio 39. numero 15. Boer. decis. 221. nu. 14. Zucard. in rubri. C. de pact. nu. 72. Crot. in l. non solum, §. morte, numero 94. de nou. oper. nunciat. Rimin. instit. quib. alienar. licet, vel non. num. 73. Anton. Rub. ad l. vinum, num. 71. ff. si cert. pet. Alpha. reportat. 330.

Extenditur primo loco idem in
53 recipiente † mandatum procuræ; nam cogi poterit ad persequendū, & defendendum causam, nisi ab initio receptionis protestatus fuerit. Clement. 1. de procurat. per quem ita tenet Bald. in l. si defunctus in princip. in verb. sciente, ff. de procu. in l. si litteras. numero 3. mandati. Dec. in cap. cum M. num. 83. de constitution.

Extenditur secundo idem in re-
54 cipiente † instrumentum compromissi; nam arbitri electi illud simpliciter recipiendo videntur acceptasse compromissum in eos factū. Roman. in l. quæ dotis, col. 10. vers. ego autem ff. solut. matrim.

Extenditur tertio in recipiente
55 † instrumentum laudi nulla protestatione facta, nam videtur laudum acceptasse. Abb. consi. 18. nume. 2. libro 2.

Verum contradicit Ripa. in cap. cum M. nume. 132. de constitut. ea ratione, quia scit sibi saluum ius petendi reductionem ad arbitrium boni viri vsque ad triginta annos ex Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum ff. pro soc. in l. 1. C. de relator. numero 6. Angel. in l. final. C. quan. appellandum sit. Felin. in cap. cum in iure de offic. deleg. sub nu. 9.

56 In actibus igitur † iudicialibus distinguendum videtur aut sumus

in pronuntijs, vel sententijs, & tunc non præiudicat nisi elapso ter mino a iure communi, vel municipali præfixo facta computatione a principio taciturnitatis, aut sumus in alijs actibus iudicialibus, & tunc taciturnitas statim nocet. vnde bonum est semper contradicere. Veron.cautel.86.

In his autem, in quibus peruer-
57 titur ordo iuris † tacitus consensus in iudicio nihil operatur. Bald. notabiliter in Authen. siquis in ali quo, col.1. C. de edend. exemplificat in publicatione testium minus rite examinatorum, cōmendat Ias. in repetit.l admonendi, num.14. vsque 21.ff. de iureiurando.

Et sic habetur limitatio ad l.patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alien.iur.

Vnde Veron.cautel.35. consulit assessores vt in consensis condemnatoris non permittant scribi de consilio, &c.

Extenditur quarto in recipiente
58 scripturam † protestationis nulla facta contradictione, nam consenti re videtur. Alexā in l.non solum, §. morte, num.28 ff.de nou.oper.nun ciat. Dec.in cap.cum M.num.83.de constitution. Vnde aut protestatio fit verbo, aut per scripturam. primo casu. tacendo sibi non præiudicat, secundo casu sic.

Extēditur quinto siue simus in
59 patre † vel alio coniuncto recipiente literas, vel scripturam aliquam, siue in extraneo, semper enim recipiendo præiudicat. Bart. in d.l si filius, qui in hoc communiter approbatur secundum Dec. in d. c. cum M.num.84. licet dissentiat Castrē. sis in dicta l. si filius in l. quo enim, ff.rem rat.haberi.

Extenditur sexto in recipiente
60 nuncium, † & vt vulgo dicitur ambasciatā sine literis, cui si non contradicit eā approbare, videtur Imo. in d.l.nō solum, §. morte, ff.de nou. oper.nunciat.vers.quando iniungitur Castr. in l. interdū, quam legit cum l. quo enim ff. rem rat. haberi. Alex. ad Bart. in d.l.si filius.

Verum contradicunt Bart.in d.l. si filius, & in d.l. quo enim Alex. in d.§.morte, nu.27. Felyn.in d.c.cum M.nu.32.Ias.in l.quę dotis, nu.90. ff.solut.matri.& hæc opinio verior videtur. licet enim nuncio sine literis contradici potuisset, tamen retētio literarum arguit actum magis deliberatum, & durabilem, & consensus demonstratiuum.

Extenditur septimo etiam si ver
61 ba † in scriptura transmissa contenta non essent principaliter, sed incidenter, & propter aliud emissa. Ancar.in clem. 1.in 5.notab.de procurat.sequitur Ant.Gabr.de præsum. conclus.2.nu.7.sed Ancar.apud me hoc non dicit. vnde videre placeat.

Declaratur primo loco hæc con
62 clusio, vt procedat † quoad ea, quæ operantur in inuitum ex sua volun tate, secus quoad alia. Comens.cōs. 167. ponens exemplum in eo, qui scribit literas amico, quod pecuniæ quas ei debet sunt sequestratæ, nā per hoc non videor consentire sequestro, quod me inuito redditur, & hoc probat Comens. ex l. Gaius, iuncta glo.vltima, versi. tu autē dicas, ff.de pignor.action. vbi subscribens actui, qui eo inuito geri potest, consentire non videtur.

63 Vnde aut actus † pendet a volun tate recipientis, & sibi præiudicat, aut

aut eo inuito geri poteſt, & tunc non præiudicat.

Vnde non videtur recte intellexiſſe Ant. Gabr, concluſ. 2. de præſumption. ſub num. 8. qui Comenſem reprehẽdere videtur, & ad prædicta eſt textus magiſtraliter procedens in l. ſæpe, verſic. cur autem, ff. de re iudicat. vbi Alex. num. 18. in l. fideiuſsor, §. pater, de pignor. gl. in cap. 2. in verb. tacuerit 27. diſtin. in c. 2. de his, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu capituli. latè Iaſ. in l. quæ dotis; num. 95. ff. ſolut. matri.

Declaratur ſecundo loco principaliter, vt recipiens inſtrumentum
64 † litteras, vel aliam ſcripturam videatur fateri actum, & illum approbare, ſed non vere fateri, ita eſſe geſtum realiter. Comenſ. conſil. 177. col. penult. verſ. nec obſtat quod dicitur, ſequitur Ripa ad l. admonendi, num. 137. de iureiurand. in cap. cum M. num. 132. verſ. tertio declara de conſtitution. Alciat. in l. deteſtatio, num. 51. de verbo. ſign. Anto. Gabr. de præſumpt. concluſ. 2. num. 2. Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 21. num. 3. in fine de præſumpti. lib. 3. præſump 65. nu. 12. ponentes vnanimiter exemplum in ſcribente recepiſſe literas ſuo nomine à Titio centum. Vnde recipiens approbare videtur ſi mutuo receptæ ſint pecuniæ, vnde iuſtificato mutuo obligatur recipiens receptis iam litteris, nec ex receptione ſimplici litterarum vere mutuum probabitur.

Declaratur tertio loco principa-
65 liter in recipiente † ſcienter, ſecus ignoranter. gloſ. in clement. 1. in in verb. ſcienter, de procurat. Matte Silan. notab. 21.

Et ſcientia præſumitur ſi poſt lectũram tantum temporis veriſimiliter effluxerit, vt deliberare potuerit arbitrio boni viri. Imol. in clement. 1. de procurat. Rip. in d. cap. cum M. num. 132. verſic. primo requiritur Bero. in tet conſ. Zaſ. conſ. 4. colum. penult. verſ. adhæreo. Alciat. in l. deteſtatio, numero 51. de verbo. ſignificatio. Rub. in l. non ſolum, §. morte, n. 262. ff. de nou. ope. nunciat. Menoch. de arbittar. caſ. 21. in fine, de præſumpt. lib. 3. præſum. 65. nu. 14 Ancat. q. 48 par. 1.

Et hæc eſt principalis indagatio iudicis in hac materia, nec aures pbere aduocatis allegantibus, quod ſtatim recipiens non contradixit, & iuxta deciſionem Anca. reſpectũ habere ad qualitatem perſonæ ſcribentis, vel tranſmittentis, & recipientis, & vidi à multis præfixum tempus, qđ dari ſolet ad appellãdũ.

Et eſt caſus in practica frequentiſſimus in ſequeſtris, in litteris, & ſimilibus, & addo Veron. cautel. 9.

Declaratur quarto loco principaliter quando in ſcriptura tranſmiſſa continetur aliquis calculus;
66 † nam ipſum recipiẽdo videtur velle retinere ad conſiderandum, non ad acceptãdum. Veronenſ. d. cautel. 9. Iaſ. in repetit. l. admonendi, num. 138. Dec. in cap. ſecundo, numero 15. de fid. inſtrument. Rip. in d. cap. cum M. num. 132. verſ. ſecundo intellige.

Sed & hic cadere poteſt conſiderando per quantum temporis ſpatium retinuerit.

Declaratur quinto loco principaliter, dummodo teſtes, qui fuerũt præſentes ſciuerint contenta in litteris tranſmiſſis, alias contradictio-
67 nem, † nec approbationẽ legitime

probât Matthesil.notab.22.Cępol. cautel.9. Alexand.ad Bart. in l. quo enim,§.1.ff.rem rat.haberi. Dec.in ca.2.nu.15.de fide instrument. Ias. in l.admonendi, num. 138. versic.ex hoc. Bero.d.conf.4.

Vnde habes modum quid articulari debeas,& quid articulare, scilicet, continentia scripturæ, taciturnitatem, vel contradictionem recipientis, notitiā contentorū in teste, & i hoc aduertat bonus interrogās, quia multa interrogare poterit.

Declaratur sexto,quando mittés sit viuus, secus si sit mortuus Roman.in lege nuda ratio, ff. de donat. Ias.in citato loco. Anc.dicta q̄st. 48.

Et notabilis est hæc materia, & sæpe in facto contingens nedum in patre, prout iura loquuntur, quæ principaliter allegantur in hac materia, sed in extraneo, & qualibet persona, & facit ad multa,tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. vnde si debitor scribat suo creditori,vt prorogettempus ad soluendū eius

68 debitum, † recipiendo literas,& tacendo videtur tacite terminū prorogasse. Borgn. decis.21. nume.57. parte prima.

Pariter si quis scribat amico colorato,est commissum tale delictū, & tu imputaris,& talis iudex maleficiorum mandauit eum capi : ideo bene aduertat:nam recipiendo lite-

69 ras,& tacendo videtur facere indicium contra se, sed dubitat de hoc Marsil. in pract.§.diligenter,n.138. Et vere dubitandum est, quia factū criminale horrescit prima facie et calumniose imputatum, & ob id multi in subita, & improuisa relatione non recordantur protestari: vnde ego reputo hoc indicium satis leue, & nullis alijs vrgentibus non concurrentibus indicijs nō credo indiciū ad torturā modo aliquo.

70 Tertio executor † à testatore nominatus recipiendo instrumētum, in quo nominatus est executor, tacendo videtur tale officium accepisse. Didac.in cap. Ioannes,sub nu. 5.de testamen. dicens hanc esse optimam cautelam ad constituendum executorem absentem, & tacentem.

71 Ad rem igitur redeundo si filius† scribat patri, quod mutuo accepit tot aureos, & pater recipiendo litteras non protestatur,sibi prejudicat, & obligatus remanet.

72 Et in materia excussionis† in obligatione patris duo alia in practica vtilia adducere placet.

Primum est quod si pater, & filius confessi sunt in eodem instrumento dotem recepisse, non habebit beneficium excussionis,nec soluendo pater recuperabit. Pedemót. decis.44.num.12.

Secundum est quod licet pater in aliquibus casib. superius expressis obligetur vti principalis, tamen non venit in statuto,vel bulla,pragmatica,vel motu proprio loquente de principali.ita Decius consi.268. in fine.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Actiones iudicati aliis bonis non existentibus capiuntur nomine debitorum.*

2 *Nomen debitoris in obligatione comprehensum potest esse duplici modo.*

3 *Exe-*

QVÆRO principaliter an requiratur excuſſio quando agitur contra debitorem debitoris, vel nomen, ſeu ius ceſſum, vtilis, & quotidiana quæſtio, cum multi debitores non habentes pecunias præ manibus, & multis debitis inuoluti cedunt nomina debitorum.

Vel melius aliquis pro debito contracto obligat omnia bona ſua in forma, inter quæ adſunt nonnulla nomina debitorum, an virtute obligationis generalis poſſit primo loco experiri contra nomen debitoris in generali obligatione cõprehenſum, nõ excuſſis prius alijs bonis, & ita a Cyno formatur hæc quæſtio.

Et primo videbatur neceſſaria excuſſio de alijs bonis, prout in a-
1 ctione iudicati, † in qua vltimo loco capiuntur nomina debitorum, aliis bonis non exiſtentibus, l. a diuo pio, §. ſic quoque, ff. de re iudica.

Ex quo primo argumento habemus vtiliter in practica, quod no-
2 men debitoris † in obligatione cõprehenſum poteſt eſſe duplici modo, primo quia habeat pecuniam in promptu, puta ſi eſſet depoſita, tunc non fit miſſio in ipſum nomẽ, ſed pecunia ſtatim capitur facto illi præcepto de tradendo, vel numerando, alio modo, quia fatetur debitum, ſed non habet pecuniam præ manibus, & tũc fit miſſio in ipſum nomen debitoris.

Secundo quod ſi debitor nominis ceſſi negat debitorem eſſe, ſi de calumnia conuincatur, vel per inſtrumentum ſententię, vel crediti, vel per delationem iuramenti, tunc
3 fit executio † non obſtante negatione, vt per Angel. Imol. Alexand. & Iaſ. in dictis locis, alias dabitur curator bonis condemnati, & aget contra illum, & conuincet de mendacio, & fiet executio.

Et poteſt agi contra nomen ceſſum

sum vtili hypothecaria, & vtili per sonali etiam via executiua, vt post gloss. tenent ibi Alexander, & Iason in fine.

Secundo facit, quia primo con-
4 uenitur debitor, † quam pignorũ possessor, Authẽ. hoc si debitor, C. de solut. Auth. hodie, C. de action. & obligat.

5 Tertio fiscus † non agit contra nomen, nisi facta excussione de alijs bonis l. non prius. C. quand. fiscus, vel priuat. vbi Bal. dicit quod tunc in fisco requiritur excussio quando agitur pro sententia pecuniaria iam lata, vel saltem bonis auocatis, secus pro totali confiscatione bonorum, quia tunc est vti hæres, nec requiritur excussio.

Et sic contra fiscum ex confiscatione non obstat exceptio excussionis.

Quarto pro hac parte facit, quia
6 in dote † repetenda non potest agi contra nomen debitoris, nisi prius conuento hærede mariti obligati, l. hæredem. C. de hæreditar. actionibus, vbi Bald. notabiliter in practica declarat, quod nomina debitorum eo tempore præsentia veniũt in hypotheca tacita, & expressa, nec in hoc est differentia, nec potest agi contra tertium, quia tacita hypotheca semper requirit excussionem.

Et sic est maxima propositio in tractatu excussionis, quod in tacita
7 hypotheca semper requiritur † excussio, l. moschis, ff. de iur. fisci, Bar. in l. libertus, §. filium, ff. ad municipal. dixi superius, quæst. præced.

Pro contraria parte facit, l. credi
8 toris † arbitrio, ff. de distract. pign. Qui textus est in hoc, & in alijs in practica admodum vtillimus, & procedit tam respectu debitoris, quam alterius creditoris posterioris: respectu debitoris potest eligere quem vult, & stat in eius arbitrio, vt ibi textus dicit. Declara tamen, nisi debitor excipiat, vt patiatur ipsum talem rem vẽdere, quia debitor auditur, vt ibi per Barto. l. quamuis. §. 1. ff. de pignora. action. Auth. item possessor. C. qui potior. in pigno. habeant. & sic poterit creditoris arbitrio excipi de tacita excussione, vt vendatur primo hæc res.

Declaratur secundo, vt non procedat pro modica quantitate posse vendere rem magnam, & dicitur esse in dolo. gloss. in l. quandiu. C. de distract. pignor.

Declaratur tertio, vt debeat vendere res mediocres, ex quibus com
9 mode satisfieri possit, alias † non esset in bona fide, l. in bonæ fidei. C. de distract. pig. hinc postea in cõtinua facti contingentia in materia adiudicationum si ęstimetur pondere scutis trecentis, ego creditor in centum, & sic in tertia parte nõ possum accipere partem tertiam meliorem in pondere, vt per Rofred. & Ang. in d. l. creditoris, qui reputant in practica perpetuo notandum, immo notabilissimum dictum, prout practicando verissimũ apparebit.

Respectu verò posterioris credi
10 toris habet arbitrium, † & præiudicare potest; si ambo sunt in pari generali, vel in pari speciali, alias æquitas attendetur, vt per Bar. Bal. & alios in l. 2. C. de pignor. qui ita intelligunt, d. l. creditoris.

Secunda ratio posset sic formari:

11 ri: creditor † in vendendo pignore debet denunciare, secus est in nomine, & est ratio, quia vbi venditur pignus, venditur res aliena, vnde denunciatio requiritur, sed quādo ceditur nomen ceditur res propria, sicut igitur in hoc casu est differentia inter corporalia, & incorporalia, & iura in corporalibus requirunt maiorem diligentiam, pariter dicendum videtur in casu isto, vt minor diligentia adhibeatur in cessione nominum, & sic non sit necessaria excussio.

Primum membrum huius inductionis probatur in l. si conuenerit, la prima, ff. de pignor. act. in l. fi. C. de iur. domin. impetran. considerādo plures casus pro claritate inductionis ad intellectum dictorum iurium, cum materiā sit vtilis, & practicabilis.

Primus casus est, quādo pro cre-
12 dito datur pignus † cum pacto de vendendo, hoc expresse addito, vt vendere creditori liceat nulla facta ipsi debitori denunciatione, & vēdere potuit sine denunciatione, nec erit locus dispositioni, l. si conuenerit, nec l. fin. C. de iur. domin. impetrand. ita limitat Bart. in l. Titio, §. Titius, ff. ad municipal. gloss. in l. creditor hypothecas in verb. testator, ff. de distract. pignor. vbi Bald. hoc tenet, & in l. fi. C. de iur. domini. impetrand. Castrē. in l. si conuenerit, num. 5. Neguſ. de pign. par. 6. membr. 1. num. 5.

13 Et facit, quia emptor † potest denunciare, remittere, & fieri pactum inter emptorem, & venditorem, vt non requiratur denunciatio litis motæ, l. herennius in princip. & ibi Bald. not. ff. de euict. Bald. in l. 1. nu. 10. vbi Salyc. q. 5. C. de pericul. & commod. rei vendit. in l. non dubitatur. C. de euict. Castrē. in l. emptorem, §. fin. ff. de act. empt. Aufrer. ad Tolos. 407. Ripa. in §. voluntatem, l. 2. num. 27. ff. solut. matrimo. Rebuff. de dilat. articu. 5. gloss. vnic. num. 39. vbi tandem consulit semper bonum esse denunciare. Caballi. de euict. § 3. num. 114.

Secundus casus principalis est, quando denunciatio est omissa scilicet, an sit facienda, vel non, quoad emptorem, & sic ad validitatē con-
14 tractus denunciatio † non requiritur, sed bene, quoad debitorē, alias creditor tenetur ad interesse. Rub. consil. 89. num. 6. Rimin. §. 1. insti. quib. alien. lic. vel non, num. 255.

Et sic si non fiat denunciatio cōtractus non est nullus.

Tertius casus est, quando est appositum pactum, vt si tali præcisa die pecunia non restituatur, tunc
15 † denunciatio non requiritur, quia dies interpellat, secus si dictum sit quod creditor possit vēdere pignus non restituta pecunia, quia tunc denunciatio requiritur. Ang. in l. debitores, C. de pignor.

Primo tamen casu auditur debitor offerens pecuniam priusquam creditor vendat pignus, nec vltra creditor vēdere posset. Specul. de lit. contestat. §. 1. versic. patet. Card. in Clem. 1. §. nos itaque, q. penulti. de iureiurando. Dec. & Cagno. in l. fructus, ff. de reg. iur. Neguſ. in citato loco, num. 18. limit. 3.

Et horum sententia confirma-
16 tur, quia dispositio, † l. magnam. C. de contrah. & commit. stipulat. non habet locum in pignore, textus singularis in practica in l. quāuis,

uis,alias callipodius,ff.de solu.quẽ ibi Ang. valde exclamat pro pignore,vt elapso tali termino detur in solutum; nam debitor semper auditur offerendo pecuniam. idem commendat in l.1. C.de pignor.Marsil. singular.468.dicens esse casum notabilem, & quotidianum, & in facto sæpe occurrere, & not. Ang.in d.l. quamuis, quia ibi concedit pactum, l. commissoriæ fuisse validũ, quia ex interuallo, vel alias legitime interpositum, & tamen admittitur purgatio moræ siue possideat debitor, siue creditor pignus, quia hoc non curatur: est casus frequẽs, & quotidianus. Et ad materiam l.magnam, hanc limitationem omisit Anto. Gabr. de solut. conclus. 9. Alphan. reportat. 26. vnde addi potest.

Quartus casus est, quando nihil fuit de pignore, vendendo dictum,
17 requiritur vnica denunciatio, † & vltra eam,lapsus biennij, incipiendo a die denunciationis, d. l.fin.§.2. C.de iur.domin.impetrand.

Et licet ille textus loqui videatur in fœneratore, vnde in alijs iura antiqua remanent incorrecta,vt statim vendere possit mora commissa etiam per interpollationem extraiudicialem, & ita distinguere videtur Ang. in l. debitoribus, num.3. ff.de re iudicat.

Sed in contrarium est communis * opinio,vt per Imol. Alex.vbi Ias.num. 5. testatur hanc esse communem opinionem,& si ille textus mẽtionem facit de fœneratore, est ratione frequentioris vsus, quia regulariter non contingit pecuniam gratis mutuari, & sic textus se retulit ad communem facti contingentiam, vnde per hoc restringi non debet.gloss. in clem. 1.in verb.præsidentes de rescript.gloss. melior de iure iudicio meo in l.1.C.de his,qui ad eccles.confugerunt in l. vnic.in verb.sponsam. C.de rapt.virg.in l. si mater,§. hoc iure, vbi Bart. ff. de execut.rei iudicat.

In quocunque igitur creditore, cui pro debito pignus datum sit, requiritur vnica denunciatio, quando nulla præcessit conuentio.

Declaratur autem conclusio, vt
18 vera sit in debito liquido † si vere debitum non sit liquidum,requiritur, vt præcedat interlocutoria,per quam liquidetur, & ad soluendum debitor condemnetur, & vltra ipsũ cursus biennij, vt probatur in d. §. 2. quem sic intelligit Alberic. ibi gloss.& Barto.in d.l. si conuenerit. Io.Faber.in §.1.instit.quib.alien.licet,vbi Rim.num. 246.

Dicitur autem debitum liquidũ si simus in confessis, vel in re iudicata, vel in instrumento guarentigiato.Bald.Castrens.& Ias.in l. 1.ff. de transact.

Quintus est casus ad intellectũ d.l.fin.quando adest pactum de non vendendo,tunc requiritur trina de
19 nunciatio † inter vnam,& aliam iudicis arbitrio,& post terminum vltimæ denunciationis lapsus postea ipsius biennij, vt per Bart.Salyc.& alios in d.l.si conuenerit.Aret.& alios in d.§.1.vbi postea communiter concludunt in biennio, vel plus vel minus attendi loci consuetudinem, & super precio redacto statur iuramento creditoris. Specu. de testibus,§.restat.versicu. tertio statur. Bauer.de iuram.num. 94.versic.vigesimo statur,Ant.Petrut.in repet.

l.1.

l.1.num.374. de iureiu. Seraphin. de iuram.priuileg.45.

In vendendo igitur pignus corporale debet denunciatio fieri modo vna modo tres iuxta qualitatem facti: secus est in alienatione nominis, quia tanta diligentia non requiritur, l.1. ff. de donat. ergo excussio non requiritur.

Concludẽdo igitur vera, & communis * conclusio est, quod non
20 requiratur excussio † in nomine debitoris, & ita tenent Iaco.de Aretio. Iacob. de Beluis. Rayner. Cyn. & alij in l.nomen, C.quæ res pign. obliga.poss. vbi Rayner.dicit, quod ita totus mundus obseruat. Bart.in l.si conuenerit, la seconda, ff.de pig. act. Imol.in l.Iulianus, ff. de verbo. obligatio. & hanc dicit magis ** communem. Aret.in §.item Seruiana, de act. Neguf. de pignor. part.8. membr. 1.num.19. in fine. Decisio. Perus.45.num.13.pulchre Surdus, consi.4.num.31.& 35. Thesaur.decis.Pedemon. 51.in fine. Guid.Pap. singul.306. & 822. Masuer.ad Papiens.in respons. ad hypothecar. in verb.exceptionem, addit. 1.

Si igitur mihi per debitorem obligata sunt omnia bona sua, inter quæ adsunt nomina debitorum, possum directo ire contra dicta nomina, & illorum quasi possessionẽ, nulla facta excussione, gloss. notab. in l.1.ff.de prætor.pignor.

QVÆSTIO VIII. II. partis.

SVMMARIVM.

1 *Administratores publici quando sunt, quilibet tenetur insolidum, siue paris sint potentiæ, siue inæqualis, num.2.*

3 *Administrator non tenetur pro officialibus sibi datis, a communi.*

4 *Conuentus ex facto sui ministri quando teneatur.*

5 *Administratores officij priuati authoritate, & vtilitate an, & quando inuicem teneantur.*

Quid in officio publico auctoritate, sed vtilitate priuato, num. 6.

Quid in officio auctoritate, & vtilitate publico, num.7.

Quid si vtrique fuit simpliciter iniunctum ab initio, num.8.

Et an illis prosit excusatio, quod non se ingesserint in administrando, numero 9.

Quid si vnus tantum se ingessit, numero 10.

11 *Officiales ab initio diuisi tenentur, quilibet pro parte sua.*

12 *Officiales publici non conueniuntur insolidum, nisi in subsidium.*

13 *Facienti actum ex necessitate facilius succurritur.*

14 *Reorum debendi species duplex.*

15 *Actio mandati competit officiali publico contra a se substitutum.*

16 *Officiali quando denegetur actio negotiorum.*

17 *Officiales ratione doli tenentur insolidum, & quomodo contra eos fiat exactio, num.18.*

19 *Officiali exacto quomodo competat exceptio excussionis.*

Ex quo infertur ad q. num.20.

NVNQVID excussio locũ habebit, quando officialis cõuenitur, quæ materia admodũ vtilis est in publicis officialibus.

Prima sit cõclusio, quando sunt plures administratores publici, prout

1 ptout abundātierij, & similes,† qui libet tenetur insolidum, l. ex facto, vbi not. omnes, ff. de negot. gest. in quo contextu moraliter habemus antiquorum prouidentiam, quia ad publicam vtilitatem prouidebant non triticum, nec farrum, nec risum, sed siliginem tantum, vulgo segala, tritici genus satis vilius ipso grano.

Ampliatur dispositio d. l. ex facto, vt procedat siue ambo officia-
2 les † sint paris potentiæ, auctoritatis, & principales, sed etiam inequalis potentiæ, puta quod vnus sit a publico electus principaliter, & alter subalternatim, & in auxiliū, & vti minister illius, quia principal s cōueniri poterit ꝓpter culpā istius ministri, & de dolo ipsius, ita Castrens. in d. l. ex facto, num. 2. notab. 2. vbi Ang. num. 1. dicit esse casum perpetuo notabilem, contra regulatores Florentiæ, vt teneantur de dolo, & culpa ministrorum eis assignatorum.

Vulgares, & multi alij, qui non penetrauerunt rationem iuris consulti dicerent contrarium, quia si tales ministri non fuerunt electi p ipsum principalem officialem, sed assignati per communem, sibi im-
3 putet commune,† quod talem electionem fecit, sed ratio I.C. est, quia principalis debet esse vigilans super ministris assignatis, vnde aduertant illi, qui ambiunt officia publica ad quid teneantur.

Declaratur hæc prima cōclusio,
4 vt si principalis conuentus † ex facto ministri assignati non fuit conscius, repetet per actionem negociorum gestorum: si fuit conscius, & potuit prouidere, & non prouidit, dicitur in culpa, nec sibi competit aliqua repetitio, d. l. ex facto in fine vbi notant omnes.

5 Quandoq; duo administrant † officium auctoritate, & vtilitate priuatum, vt sunt plures mandatores, tunc tenētur insolidum, si pro alio intercedant, secus si pro se ipsis, nisi aliud dictum sit. ita Bart. in l. creditor, §. duobus, ff. mandat.

Quandoque duo administrant
6 † officium publicum auctoritate, sed vtilitate priuatum, vt sunt plures tutores, & curatores, & similes, & tunc quomodo conueniātur, vel teneantur, dixi latè superius, quæst. 3. limitat. 3.

Quandoque iniungitur officium
7 † auctoritate, & vtilitate publicum, & in hoc considerandi sunt plures casus ex mente glo. magistralis in l. Imperator. ff. ad municipal.

Primus casus est, quando ab initio simpliciter fuit omnibus iniun-
8 ctum officium,† & tunc omnes tenētur, & omnes cōueniuntur prius quam nominator; immò ante ipsum nedum officiales electi, sed & fideiussores eorum excutiēdi sunt, l. prima, vbi textus magistralis de hoc. C. quo quisq; ordi. lib. 11. vbi Ioan. de Plat. valde commēdat illū textum in excussione publicorum officialium, & subdit ex mēte Bar. quod in dubio officiales publici tenentur insolidum, habent tamen beneficium diuisionis, & ibi prudenter not. Luc. de Penn. vt consideremus quanta cum diligentia prouideatur administratoribus ciuitatum.

Ampliatur hic primus casus, vt
9 procedat,† & habeat locum, siue omnes administrauerint post officium

cium iniunctum, siue nullus. ita Ioan. de Plat. in d. l. 1. num. 2. exemplo plurium tutorum, de quibus superius dixi, vnde in pluribus officialibus nihil releuat dicere, ego nunquam me ingessi in hoc negocio.

Declaratur hic primus relatus
10 casus † si post officium simpliciter iniunctum vnus tantum administrauit ille primo loco conuenitur excutiturque post eius fideiussor, deinde nominator, & in subsidium collega, d. l. 1. & l. quid ergo, ff. ad municipal.

Et nota, qui reperitis in publicis consilijs, & proponis alijs arringare, quod sis cautus in proponendo vtilia, quia nominator tenetur, vt in discursu huius materiæ passim videbis.

Secundus casus principalis est,
11 quando est facta diuisio, † nec curo in publicis administratoribus, siue diuisio sit facta inter ipsos, siue a iudice, siue a nominatore, tunc primo conuenitur quilibet pro portione sua, demum fideiussor, postea nominator, & vltimo loco collega in quatuor casibus, scilicet, si non curauit remoueri collegam vt suspectum, vel tarde fecit, vel collusit, vel non exegit satisdationem, cum viderit collegam fieri non soluendo. ita gl. in d. l. Imperator circa medium. Io. de Plat. in l. 3. C. de conuenien. fisc. debitoribus, lib. 10. & l. 2. & 3. C. quo quisque ordin. lib. 11. vbi declarat si collega non sit soluendo tẽpore finiti officij per l. 1. C. de pericul. nominat. lib. 11. subdit tamen Io. de Plat. lib. 3. quod hęc est differentia quando fit diuisio a iudice, vel per officiales inter se, nam quãdo fit a iudice, videntur ab initio teneri solum pro virili, vnde collega non tenetur nisi in casibus tantum superius expressis; sed quando diuisio fit per ipsosmet officiales deputatos, cum hoc non debeat præiudicare reipublicæ, quæ ab initio habet obligatos omnes insolidum, collega tenebitur pro collega, etiam extra illos quatuor casus superius nominatos, & sic in omnem euẽtum stante obligatione insolidum, communitas habet actionem contra quemcunque. Addo Barto. in l. 1. §. nunc tractemus in fine, ff. de tutel. ex rationibus distrahendis. Vnde videmus quam periculosa sit publica administratio, nam in præiudicium communitatis non prodest abstinere ab administratione, nec in totum, nec in parte: semper enim remanes obligatus: abstine igitur cum potes, & quam bonum, & quam iucundum.

Et ex prædictis per discursum
12 videmus, quod licet officiales † publici sint ratione publicæ vtilitatis obligati insolidum, tamen mitius agitur, & diuerso modo pceditur: nam in alijs reis debendi est in electione creditoris quem ratione soli di conuenire velit, sed in publicis officialibus non datur conuentio, nisi in subsidium, modo quo supra visũ fuit, & ratio videtur fortasse in prõptu, quia rei debendi fiunt voluntarie, officiales publici fiunt necessa-
13 rio, vnde facienti † actum ex necessitate facilius succurritur, l. fideiussor, § necessaria, ff. qui satisdare cogant, latè Alciat. l. 1. columna pen. C. de transact.

Duas igitur habemus reorũ de-
14 bendi species † quasdam ex legis dispositione, vt publicos officiales, &

cum

cum istis mitius agitur, quia in subsidium tantum: quosdam conuétionales, & in istis agitur ad electioné creditoris. Et si vnus ex officialibus communitatis, vel tutoribus, vel similibus habentibus officium publicum auctoritate, & vtilitate, vel auctoritate publicum, & vtilitate priuatum, soluet damnum alterius repetat ab eo per vtilem actionem negociorum gestorum. gloss. in l. 1. §. nunc tractemus in verb. vtilem, ff. de tute. & ration. distrahen. sequitur Bart. in l. reos, q. 3. num. 4. ff. de duob. reis. Castr. in l. cum alicui, numero quarto, de negoc. gest.

15 Declaratur vt procedat † quando ambo constituuntur auctoritate publica, secus si vnus deputat alium, quia tunc cõpetit actio mandati. Bart. in l. ex facto, ff. de administrat. tutor.

Vnde isti officiales publici si deputant ministros pariter, & tutores, tunc inter eos competit actio mandati.

16 Declaratur secundo, † nisi ratione doli Ioan. de Plat. lib. 3. num. 2. C. quo quisque ordin. lib. 11. & facit, l. ex facto, ff. de negoc. gest. in fi. vbi officiali cõscio denegatur actio negociorum gestorum, bonus tex. in l. in magistratu, ff. de magistrat. conueniend. & nominator conuentus aget contra eum pro quo soluit non contra collegam nominati. gl. in l & ideo, ff. ad municipal.

Et ad id, quod dictum est, quod ratione doli officiales semper insolidum tenentur, quia non potest do-

17 lus † committi, nisi insolidum. addo Bart. in l si multi. ff de publican. in l. si in rixa, vbi Marsil. num. 9. ff. de Sicar. in l. tres tutores, ff. de administrat. tutor. quibus in locis volunt, quod in sententia omnes condemnentur insolidum, sed in executione fit pro parte tantum, quando omnes sunt soluendo, sed si nõ sunt soluendo secus est, quia alij, qui nõ sunt soluendo non liberantur, & hoc verum est siue officia sint publica auctoritate, & vtilitate, siue auctoritate publica, & auctoritate priuata, prout plures tutores sine onere priuati, vt declarat Castrens. in d. l. si multi, & est bonus contextus, in d. l. tres tutores circa mediũ ibi. Nec potest se defendere constitutionibus, vbi tollit beneficium excussionis.

Vnde in materia plurium officia-

18 lium, † & administratorum ita in practica resoluendum videtur, aut conuenitur non cum qualitate vti officialis, sed vt priuatus delictum committens, & tunc habet locum pœna illius prætensi delicti: aut cõuenitur, vti officialis, & cõdénatur insolidum, sed in executione fit distinctio, aut sunt soluendi, aut non: primo casu fit executio pro parte, secundo casu non: ita practicate docet Bart. in l. tres tutores. ff. de administr. tutor. vbi dicit hoc admodum notandum, & sæpè in practica occurrere, & ponderandus est text. in d. l. tres tutores, quod administratio mitigat delictum, & cooperit eum, vnde pro honestate officij, & administrationis tutores contrectãtes pecuniam pupilli non vocantur per I.C. ibi fures, sed honestiori nomine scilicet, per fide agere, administratio mitigat delictum, & hæc est materia frequens, & quotidiana in administratoribus siue publicis, siue priuatis pro aliquo dolo condénatus,

natis, & ponunt alij in materia delictorum, sed omittunt in officialibus, vti officialibus.

19 Et inter officiales † si vnus non gessit, nec administrauit, poterit dicere, verum est, quod ego sum obligatus, sed excutiatur talis, qui gessit, & administrauit, sumptibus, & periculo meo, vt declarat Bartol. in l. secunda, §. final. in fine, ff. de curator. bon. dand.

Et per prędicta infertur ad no-
20 tabilem quęstionem † disputatam Bononię per Dominum Lambertum Ramponum, commune elegit duos ad sortem, qui irent in Apuliam, vel Marchiam ad emédum frumentum, & fuit eis tradita pecunia communis, & dederunt bonos fideiussores, iuerunt, & emerunt frumentum, & conuenerunt quod vnus veniret in naui cum frumento, & alius iret per terram ad parandum plaustra in tali portu, ille qui erat in naui cum frumento fugit, & ad alias partes se contulit cum frumento, quis tenebitur de dicto frumento, vtique determinat teneri primo loco fideiussorem fugitiui, quam electorem, vel collegam, allegat l. litteratos. ad municipal. & l. prima, C. quo quisque ordin.

QVAESTIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor fisci, vel pro aliquo officiali simpliciter acceptus non potest conueniri nisi execusso principali, numero. 6.*

2 *Fideiussor officialis tenetur quo ad interesse communitatis tantum, non priuatorum.*

3 *Fideiussori officialis, quot & quæ exceptiones competant.*

4 *Fideiussor officialis delinquẽtis tenetur ad interesse, non ad pœnam, nisi in instrumento fideiussionis apponantur verba posita, numero 5.*

7 *Exactori fisci, vt competat excussio contra debitorem, quæ requirantur.*

8 *Creditori, quomodo consulatur contra debitorem negantem.*

9 *Debitori, seu eius fideiussori quando non detur exceptio excussionis.*

10 *Nomina debitorum veniunt appellatione bonorum in exactio. fiscali.*

VIDIMVS de officialibus inter se, an inter eos habeat locum excussio, connectendo videamus de fideiussoribus officialium, vel administratorum communitatis bonorum ad materiam, l. prima C. de conueniend. fisci. debitor, libro decimo, qui textus multos recipit intellectus vtiles, & fructuosos.

1 Primus igitur est fideiussor † fisci, vel pro aliquo officiali simpliciter acceptus non potest conueniri, nisi excusso principali, & sic secundum iura Codicis inter fideiussorem alicuius priuati, & fideiussorem communitatis pro aliquo officiali erat differentia, quia priuatus poterat conuenire, quem volebat, & erat in electione ipsius, l. iure nostro. C. de fideiussor. sed fideiussor communitatis conueniri non poterat, nisi officiali prius excusso, dicta lege prima, secundum primum intellectũ, hodie est indifferenter in omnibus, vt prius excutiatur principalis

K quam

quam fideiussor, Auth. præsente, C. de fideiussor. tamen in illa l. fortasse id fuit, quia non fuit simplex fideiussor, sed indemnitatis, qui regulariter habet beneficium excussionis, vt latius Deo dante suo loco dicam.

Ampliatur hæc conclusio in fideiubente, vel dante pignora apud rem publicam, l. 4. § final. iuncta gloss. ff. de administrat. rerum ad ciuit. pertinent.

Limitatur hæc conclusio, vt talis fideiussor † teneatur, quoad in-
2 teresse communitatis tantum, non priuatarum personarum, vt dixi superius, quæst. octaua, limitat. 2. vnde particulares personæ non habẽt aliquam actionem contra fideiussorem officialis, quod nota, quia pluries occurrit in facto, & tenetur si delinquat in officio, & in pertinentibus ad officium, non in alijs, Bart. in l. 1. §. familiæ, ff. de public. quam commendat Roma. consilio 134. in fi. Marsil. de fideiussor, quæstio. 23. num. 183.

3 Vnde quando fideiubes † pro aliquo officiali duas habes cum conuenitis, exceptiones, prima est an delictum, vel imputatio, quæ prætenditur sit circa officium, vel non: secunda est an sit offensa communitas, vel particulares personæ, habes insuper cautelam, quia liberatis exhibendo personam, vt per allegatos Doctores, & in dubio fideiussor officialis præsumitur indemnitatis, vt sentit Ioan. de Plat. in l. 1. colum. 2. in princip. C. de decur. libro 10. quod in facti contingentia deseruit ad multa.

Et si dictus officialis committat in officio aliquod delictũ, tenetur
4 fideiussor † ad interesse communitatis, non ad pœnam impositam illi maleficio, l. fideiussores magistratuum, vbi Castrens. dicit textum notabilem, ff. de fideiussor. latè Marsil. de fideiussor. q. 8. num. 91.

Limitatur nisi in instrumento
5 apponantur verba prægnantia, † puta promisit soluere interesse, pœnam, & omnem condemnationem, quæ de eo fiat. pulchre Amade. de Castell. in tract. sindicat. num. 208. vbi dicit, quod in duobus casibus regulariter non fit executio contra fideiussorem, primo, quando non sit lata sententia instantia statuti durante, sed prorogata sine præsentia fideiussorum, & secundo quando sententia esset lata super aliqua particulari petitione, non super generali, nisi verba fideiussionis essent prægnantia, promittens soluere omnem condemnationem, quomodocunque, qualitercunque, & ex quacunque causa, etiam si fuerit appellatum.

Casus frequens, & quotidianus, licet sindicatus hodie sint multum debilitati, & fiant pro forma.

Vnde cautus eris cum fideiubes ne verba nimis generalia te in carceribus restringant, & in materia est bona gloss. in l. quæro in principio, ff. locat.

6 Secundus est intellectus, † ad d. l. 1. ad propositum tractatus excussionis, quod in debitis communitatum, vniuersitatum, & similium locorum habet locum excussio, vt non debeat conueniri possessor nisi prius excusso principali debitore communitatis, idem in l. moschis in princip. vbi bonus textus, ff. de iur. fisci. Iason in l. si constante,

numero

numero 203. ff. solut. matrimon.

Declaratur hoc modo distinguẽdo, aut communitas agit ad tributa, & tunc conueniet solum possessorem, aut agit ad alia debita, & tunc requiritur excussio, ita Barto. in dicta l. moschis, & est celebris textus, quod in excussione facienda non est differentia inter fiscum, & priuatum, ita illum textum commendat Bald. in l. amicorum, C. de sentent.

Tertius est intellectus, & hic vtilis ad d. l. 1. contra nomen debitoris, & in priuato agente ad dictum nomen debitoris an requiratur excussio posui superius, q. 8.

Vnde in communitate, republica, vel fisco pro ea agentibus ad nomen debitoris multa requirũtur: 7 † primum est, quod debitum sit liquidum, quo casu executiue procedıtur, alias si in principali debitore debitum non sit liquidum, requiritur condemnatio, vt not. in l. 2. C. quand. fisc. vel priua. secundum est excussio, tertium est debitoris exigendi confessio, vide tamen quę posui superius, quæstion. nona, de nomine debitoris.

Et in practica notandum est addendo ad superius dicta, quod si de-8 bitor † negat per calumniam, quia creditor habet probationem probatam per instrumẽtũ, rem iudicatã, vel quid simile, & tunc reus nullatenus auditur: si verò non habet probationem probatam, licet offerat incontinenti probare, secus est, & isto casu dabitur curator bonis debitoris, & poterit ipsemet creditor esse curator, si vult, & aget vtili personali, vel vtili hypothecaria, secundum opinionem aliorum, nisi sit constitutus procurator, in rem suam, & sufficit condemnatio, vel id quod est loco condemnationis, puta commmatio iudicis, prout fit in responsione ad articulos, & fit missio in quasi possessionem nominis, & datur appellatio si opus est, ita practicam hanc colliges ex Bal. in l. 2. C. quand. fisc. vel priuat. Ioã. de Plat. in l. 1. C. de conuenien. fisc. debitor. lib. 10. in l. a diuo Pio, §. sic quoque, ff. de re iudicat. quæ iungi possunt ad ea, quæ dicta sunt, quæstio. nona, de excussione nominum debitorum.

Declarantur prædicta, nisi quis esset factus diues ex pecunia fisci, quia isto casu nullo modo requiri-9 tur excussio, † prout nec in minore, & milite. Bart. in l. 3. § multa, ff. de iure fisci. Salicet. in l. non prius. C. quand fisc. in l. si vt proponis. C. de rei vendic. si igitur pecunia fisci, militis, vel minoris peruenit ad manus meas, & de manu mea ad manus alterius, isto casu non requiritur excussio, quia illa est pecunia fisci peruenta ad manus istius talis personæ.

Et quando fiscus agit ex delicto, 10 † siquidem ex confiscatione bonorum, tunc agit directo, quia appellatione bonorum veniunt nomina debitorum, vt dixi superius in excussione in criminalibus, q. 1. & 2, alias requiritur excussio, vt per Salycet. & Io. de Plat. in d. l. 1.

Et poterit debitor debitoris petere, vt excutiatur principalis debitor suo sumptu, & periculo, & audiri debet, vt dixi superius, q. 4.

11 Et iudex † competens contra debitorem debitoris per fiscum est iudex ordinarius rei conuenti, Barto,

in l. 1. C. de condit. ex lege, in l. 2. C. de primipil. lib. 11.

QVÆSTIO X.

SVMMARIVM.

1 *Creditor excusso principali, an possit conuenire tertios possessores in solidum, vel pro rata, vbi quod sit. Contra numero. 3. 6.*

2 *Dictio, omnis, est collectiua, non distributiua.*

4 *Hypothecaria ratione census pro rata tantum intentatur.*

5 *Dictio (omnis) prolata in plurali est collectiua, in singulari est distributiua.*

7 *Creditor in hypothecaria, siue tacita, siue expressa, semper aduocat totam possessionem.*

CONVERTENDO materias ad faciliorem intelligentiam, cum in præcedenti quæstione fuerit dictum, quod communitas, vel fiscus pro ea non agit contra tertium possessorem, nisi excusso principali ad materiam l. Moschis, ff. de iure fisci quæro si facta est ex-
1 cussio † de principali, & deueniendum est ad tertios possessores, qui plures sunt, an creditor possit conuenire, quem vult insolidum, & pro toto debito, an pro rata tantũ, quæstio est vtillima, & sæpè in facto contingens.

Et videbatur dicendum pro rata tantum ex verbo, seu signo; om-
2 nem, † apposito in dicta l. Moschis, quod est collectiuum, non distributiuum. glos. & ibi Barto. & Castrensis, num. 3. in l. si pluribus, ff. de legatis secundo, latius idem Barto. in l. hoc articulo, numero tertio, ff. de hæred. instituend. & hanc opinionem tenet Luc. de Pen. in l. secunda columna secunda, in fine, C. de debit. ciuit. libro vndecimo, Faber. in §. item si quis in fraudem, num. 26. de act. Cassan. in consuetu. Burgun. rubric. 5. §. 2 num. 37. & ita in Regno seruatur. Afflict. in constitut. Neapolit. libro primo, rub. 17. numero 26. vbi etiam dicit æquiorem esse.

3 Contrarium est verius † ex l. creditoris, ff. de distract. pignor. & bene facit textus in l. secunda, & melius l. prima, C. si vnus ex pluribus hæredibus debitoris, vbi dicit Bald. quod hypothecaria cuilibet tribuit insolidum, & hanc opinionem expresse tenet Bart. in dicta l. moschis, Iason in §. item si quis in fraudem, numero centesimouigesimooctauo de action. vbi valde commendat, &
* hæc est magis * communis opinio. Didac. variar. resolut. libro 3. cap. 7. num. 6.

4 Limita in hypothecaria † ratione census, quia pro rata tantum intentatur. Guid. Pap. quæstio. 432. Cassan. dicto §. 2. numero 35. Rupellan. forensium institution. cap. decimo, Io. Lup. ad l. secundam, C. de pact. inter empt. & vendit. num. 68. in fine.

Nec obstat motiuum de signo
5 † (omnem) quia est collectiuum si proferatur in plurali numero, sed in singulari est distributiuum, sicut quilibet, sicut est in d. l. moschis. ita declarat Bart. in allegatis locis.

Excussione igitur facta de principali debitore deueniendo ad tertios
6 possessores, poterit creditor † conuenire quem vult insolidum, & in totum

totum declarando, vt dixi superius q.8 dum tractaui materiam, l. creditoris. ff. de distract. pignor.

Et nota quod Lucas de Penna in d.l.2. C. de debitorib. ciuitat. libro 11. allegat multa iura pro contraria parte, quæ loquuntur extra terminos hypotecariç, de qua agimus quæ habet hanc naturam, & sumus in casibus habentibus diuersam rationem, ptout legendo cõsiderabis.

7 Ampliatur † siue in hypotheca tacita, siue expressa: semper enim auocatur tota possessio. Io. de Plat. in l.2. columna 2 in princip. num. 3. C. de defensor. ciuitat. libro 10. Fallit in casibus a iure expressis, puta in legatario auocante pro quantitate legata, l. fina. in fine, C. communi. de legat. secundo in re duobus pariter obligata, quia quilibet agit pro dimidia, l. si fundus, §. si duo in fine, ff. de pignoribus. tertio in causa damni infecti, vbi fit auocatio ex secundo decreto, gloss. in l. si finita. §. cum autem in verb. sed in totum, ff. de damn. infect.

QVÆSTIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Scripturç tres olim fiebant de solutione tributorum.*

2 *Apodissa exactoris datiorum non subscripta ab officiali ad hoc deputato, non inducit liberationem pro soluente.*

3 *Instrumentum in quo deficit subscriptio notarii nullam fidem facit, nec probat contra tertium.*

4 *Factum a pluribus de facili fraude caret.*

POSTQVAM ingressi sumus materiam exactionis tributorum, quæro ad materiam l. 2. C. de conuenien. fisc. debitoribus, libro 10. an in eo casu procedat excussio, illud præmittendum censeo ad intellectum, d.l.2. quod de solutione tributorum fiebant tres scripturæ, 1 † prima ponitur in libro rationum, & hæc vocatur liber introitus, qui etiam vocatur liber de susceptis, Authen. de manda. princip. §. coges. secunda scriptura est, quam facit officialis de his, quæ recipit, & hæc non valet ad liberationem nisi sit subscripta ab officiali ad id deputato, l. 1. C. de apo. public. lib. 10. tertia est liber, in quo registrantur apodissæ, l. secunda, C. de discussor. libro 10.

2 Si igitur soluam † exactori datiorum, & fecerit apodissam quam non habui subscriptam ab officiali ad hoc deputato non inducit pro me liberationem, sed de æquitate competit exceptio excussionis, vt excutiatur exactor, & eo reperto non soluendo cogor iterum soluere, hæc est materia l. 2. C. de conueniend. fisci debitor. quæ facilis redditur ex prædictis.

Ex qua lege plura vtilia colligũtur, primum instrumentum, in quo 3 deficit † subscriptio notarij, nullam fidem facit, nec probat contra tertium, & ita hunc textum pro singulari ponit Bald. in l. 2. sub num. 8. C. ne fisc. vel priuat.

Operatur tamen ex æquitate beneficium excussionis, vnde probatio minus legitima ad plenariam liberationem operatur excussionẽ, & videtur multum notabile in materia excussionis.

Secundum est, diligentia in quie
4 tationibus faciendis, vnde † quod a pluribus pendet de facili fraude caret, & laudatur illa consuetudo Regni, vt instrumenta fiant cum subscriptione testium, vt in constitutione instrumẽtorum robur. &c.

QVÆSTIO XII. II. par.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excussionis an competat fideiussori delinquentis contra fiscũ, & quod non contra, numero 3. & sexto.*

2 *Fiscus non est vere, & proprie hæres sed loco hæredis.*

3 *Actiones, & obligationes omnes passiuæ transfunduntur in fiscum.*

4 *Bonis patris publicatis, extra causas emphyteusis non transit in fiscum, sed remanet filijs.*

5 *Fiscus accipiens bona vacantia non tenetur ad legata, nec ad fideicommissa.*

7 *Dictum in lege interpretata censetur repetitum in lege interpretante.*

8 *Fideiussor potest quis esse principaliter, & per accidens, & quid hoc importet.*

9 *Excussio in bonis delinquentis tripliciter fit.*

10 *Fideiubens pro fisco non habet beneficium excussionis, & assignatur ratio.*

PROSEQVENDO materiam fiscalem, non separando materias, quæro, si ad fiscum perueniant bona alicuius debitoris delinquentis, an habeat locum excus-
1 sio; † & sic effecto fisco principali debitore per confiscationem bonorum an fideiussori illius debitoris confiscati competat exceptio excussionis?

Et primo videbatur dicendum quod non, quia quando principalis est difficilis exactionis, tunc non competit excussionis exceptio, vt latius dicam suo loco, sed fiscus propter multa priuilegia est difficilis exactionis, meritò.

Secundo pro hac parte facit,
2 quia fiscus † non est vere, & proprie heres, sed loco hæredis. Barto. in l. quoties, nu. secundo, ff de iur. fisci in l. inter omnes, §. final. & ibi Castrens. dicit singulare, ff. de fideiuss. vbi dicit, quod appellatur vtilis possessor tantum, & in eum trãseunt actiones, & iura actiue, & passiue, sed non conditionalia. Bart. in l. non intelligitur §. cum ex causa, ff. de iur. fisci, vbi bona gloss. l. tutores. C. ad l. Iul. de vi, l. cum & fisco. ff. ad Sillan. bonorum autem possessores excuti non debent. Authent. hoc si debitor. C. de solutio. ad quam dixi in tracta. de oblat. & sequestro. meritò, nec fiscus excuti debet vti purus vtilis bonorum possess. & hanc opinionem tenuit Bartol. & ibi post eum Alexand. l. fina. ff. si certum petatur, in l. decẽ, ff de verborum obligat. Abb. consilio 29 columna penultima, volumine secundo, Ancar. consil. 294. consilio 317. Socin. consilio 46. columna quinta, volumine quarto.

Pro contraria parte facit, quia in fiscum transfunduntur actiones
3 † omnes, & obligationes passiuæ, l. cum fisco, ff. ad Sillanian. vbi tenetur ad legata, & libertates, l. 1. C. de

C.de fideiuss.vbi mutatio status fideiussori non prodest, cum obligatio transeat in fiscum, l. tutoris. C. ad l.Iul. de vi, ubi iuncta gloss. tenetur actione personali,& hypotecaria,vnde dicit ibi Bal.quod banniti cum cõfiscatione bonorum sunt liberi a suis creditoribus,nec ab eis conueniri possunt,l.2. ff.de alimen. & cibar.legat. ubi si ad eum perueniant bona, ex quibus erant præstanda alimenta, tenetur ad ea præstanda, & sic transit cum onere alimentorum, l. quisquis. C. ad l.Iul. maiestat. ubi tenetur ad dotis,cap. decreuit, de hæretic. si igitur fiscus succedit in onere, ergo excutiendus vti principalis antequam deueniatur ad fideiussorem, fiscus igitur est loco hæredis, declara extranei,non sui. gloss. & ibi Bald.num. 3.C.de bon.libert. vnde publicatis bonis patris extra causas, emphy-
4 teusis † non transit in fiscum, sed remanet filijs Barto.in l.tertia,in fi. ff de interdict. & relegat. dixi superius, quæst. quarta, in excussione criminali, & transeunt in eum iura,& obligationes utique iam contractæ, non conditionales, vt dixi in præcedenti argumento, videlicet passiuè, sed actiuè sic, si ex contractu, secus si ex vltima voluntate. Soc. consilio 46. columna quinta,in fine.Ias. in l. ex facto. §. Iulianus,in secundo notab.ff.de vulgar. & pupillar. notabiliter Aret. in l.si quis mihi bona,§.municipium, columna quarta,fin. ff.de acquiren. possess. ubi non propriè hæres,sed propriè vtilis possessor, & succedit potius bonis, quam personæ, pulchre Ioan.de Plat.in l.prima, C.de bon.vacant.libro decimo, Alexan. in l.3.§.illud, ff. quod quisque iur. Ias. in l.si quis arbitratu, & ibi Socin.ambo. colum.fi. de verb. oblig. de communi Boss. de publicat. bonorum,num.decimotertio, vbi bonus locus. Tiraquell. le mort saisit. part. 2.declarat.12 & 15.num.decimosexto,Crauett.consi.268.numero septimo. Rip. in l.ex facto, §. ex facto,numero sexto. ff. ad Trebell.
5 vbi limitat,nisi accipiat † vti vacantia,quo casu non tenetur ad legata, nec fideicommissa, & sic limitatur, l.cum fisco,ff.ad sillanian.Iul.Clar. ** ex magis ** communi,§. fin.quæstione 78.versic. sed an tenetur,vbi ampliat quando ex successorio edicto deficiẽtibus alijs; nam nec hinc ad legata tenetur, dicens magis cõmunem Rolan. de inuentar. quęst. vndecima, Vasqui. dę success. resolut.libro primo,§.3.numero trigesimoseptimo, Mich.Crass.§ hæreditas,quæst.quinta, in fine,vbi de magis communi.

Cum igitur pateat ex hoc discursu, quod tenetur ad onera, & quod est vti hæres extraneus, ergo excutiendus.

Secundo pro hac parte,quod fi-
6 scus † sit excutiendus, probatur hac argumentatione scilicet, ex l. non recte, in l. respons. iuncta Authent. præsente, ibi sequenti. C.de fideiussor. dicitur enim in l. non rectè in primo respons. quod si fiscus succedit fideiussori per confiscationem, quod est de iure illo Codicis in electione creditoris, quem conueniat: in Authent. præsente immediate sequenti, corrigitur scilicet,vt prius excutiatur principalis si est præsens,& soluendo,quam fideiussor, cum igitur loquatur in

 fisco,

fisco, l. Codicis praecedens, ergo, & Authentica presente, quae corrigit, & interpretatur legé Codicis, quia
7 † dictum in l. interpretata censetur repetitum in l. interpretante, l. secunda, & ibi Barto. C. de coniugen. cum emancipat. liber. eius, Auth. de filijs ante dotalia instrumenta natis, in fine: ergo fiscus succedens principali debitori est primo loco excutiendus, & si ita est in fisco respectu fideiussoris, idem extendendum videtur respectu bonorum possessoris, prout hoc modo argumentandi vtitur gloss. in Auth. hoc si debitor. C. de solution.

Et hanc opinionem tenuit Roma. consilio 93. visis Doctores in l. fina. vbi Castrens. numero 6. dicens in facti contingentia consuluisse in causa multum ardua, & difficili. Fulgos. num quarto, Dec. num. decimoquinto, Curt. iun. colum. fina. versic. in alio tamen, vbi dicit hanc
* esse communem * opinionem, & communiter reprobari Bart. contrarium tenentem, Roman. singular. 64. vbi allegat gloss. quam reputat singularem in l. sententiam, C. de fideiuss. Cremens. singul. 44. an fideiussor. Callan. in consuetud. Burgund. rubrica quinta, le creancier. §. 2. versic. son principal oblighe, num. 2. mihi videtur in fi. Cor. consilio 190. columna penultimá, volum. primo, Bald. in l. prima, nu. 2. C. de fideiussor. in cap. cum super in fine de re iudica. apostil. magn. ad Abbat. in capitulo secundo, de fideiussor. Guid. Pap. quaestio. 570. Ias. in §. item si quis, num. 67. de action Alexand. in l. decem, columna 3. de verborum obligationibus,
* * & hanc dicit magis * * communem. Anton. Gabri. de fideiussor. conclus. prima, numero quarto. Ad do Calcan. consilio 66. columna secunda, Crauett. consilio 263. num. septimo. Ego putarem esse faciendam aliquam differentiam an quis pro fisco a principio in aliquo con-
8 tractu fideiussit † vel per accidens per confiscationem bonorum intrauit fideiussor. primo enim casu voluntarie intercessit, vnde sibi imputet, & ita procedat famosum dictum Bald. in l. prima, C. de conuenien. fisci. debitor. libro decimo, vt fideiubens pro fisco censeatur renunciasse beneficio excussionis, cũ semper sit soluendo: secundo verò casu magis excusandus videtur fideiussor, quia contra voluntatem suam mediante confiscatione intrauit.

Considera quia Doctores promiscuè loquuntur, nam & illud in practica addendum est, quod si princi-
9 palis † post confiscationem tot bona acquisiuit, quae sufficiunt ad confiscationem, illa primo loco capiẽda sunt. Corn. consi. 190. col. penu. vol. 1. vnde triplicata excussio faciẽda est, primo si principalis delinquens aliquid sufficiens acquisiuit, postea de fisco succedente, vltimo de fideiussore.

Et in hac practicabili materia excussionis notabile est in ratione sui dictum Bal. superius allegatum, nã
10 fideiubens † pro fisco non habet beneficium excussionis, quia diues, & semper soluẽdo, ergo fideiubẽs pro soluendo non gaudet beneficio excussionis, pondera, & cogita.

Et negari etiam discurrẽdo non potest quod si fiscus sit excutiendus primo loco, quod creditor facit

cit conditionem suam deteriorem.

Ad contraria verò patet iam responsio ex discursu facto, quomodo sit hæres fiscus, vel bonorum possessor, & in obligationibus iam contractis, prout est ista, sit loco hæredis, & onera prout priuatus supportet, vt dictum est.

Quis igitur non cogitabit abstinere, quantum fieri potest à debitis contrahendis, cũ quis cogatur mutare conditionem inuitus, & cum fisco, & camera agere?

QVAESTIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas vel communitas agere non potest contra fideiussorem, nisi excusso principali.*

2 *Actio personalis intentari non potest contra tertium, nisi in communitate contra possessorem bonorum debitoris ipsius communitatis.*

3 *Reuocatoria nõ competit nisi alienatio sit facta in fraudem, nisi fauore communitatis, cui competit siue sit facta in fraudem, siue non.*

4 *Actio personalis intentatur contra tertios pro rata, realis vero in solidũ.*

5 *Exactor communitatis pro datiis, & collectis non potest pignorare tertios possessores, nisi principali excusso.*

6 *Possessor bonorum potest conueniri pro datiis, et tributis communitatis, vel Principis.*

NVMQVID habebit locũ excussio in cõmunitate, vniuersitate, & Ciuitate, puta quod Ciuitas, vel communitas agere non possit nisi excusso principali
1 debitore: & vtique Ciuitas, † vel communitas agere non potest nisi excusso principali, vnde exactori communitatum tria competunt remedia contra tertium possessorẽ, vnum personale, duo realia, quorum vnum est hypothecaria expressa, aliud tacita inducta ex dispositione alicuius statuti, vel priuilegij. circa actionem personalem illud inductum est, vt fiat excussio de principali debitore, & eo excusso deueniatur eademmet actione personali cõtra tertios possessores, prout pro rata de residuo credito, & sic in hoc primo capite sunt pro communitatibus duo notabilia priuilegia. primum est, quod licet de iure actio
2 personalis non possit intentari contra tertium, l. 1. §. si hæres, vbi Ias. numero 3. ff. ad trebellian. facit, l. fi. §. 1. ff. de contrahent. emptio. tamen hoc fallit in communitate contra possessorem bonorum debitoris, ipsius communitatis. secundum notabile priuilegium pro communitate, vt licet reuocatoria † non compe-
3 tat nisi alienatio sit facta in fraudẽ iuxta formã, §. item si quis in fraudem, instit. de actio. tamen fauore communitatis datur reuocatoria siue in fraudem, siue non. ita limitat Ias. post alios in d. §. itẽ si quis, sub
4 num. 32. limit. 2. & actio † ista personalis, quæ intentatur contra tertios, est pro rata, nõ in solidum, actio verò realis, siue tacita, siue expressa semper auocat totam possessionẽ, & hæc est materia l. 2. C. de debito. Ciuitat. lib. 11. quam. summopere commendat Ias. in d. §. item si quis, sub num. 67. de actionibus.

Excussio igitur necessaria est in communitate agente siue hypoteca-
5 ria, siue personali. exactor † igitur commu-

communitatis pro datijs, & collectis nõ potest pignorare tertios possessores, nisi facta excussione, habet tamen actionem reuocatoriam, etiã si alienatio sit facta in fraudẽ. Rip. in l. 1. §. si hæres, ff. ad trebellia. vbi hoc priuilegium ampliat ad ecclesiam, ex l. fin. C. de sacrosс. eccles. Pariter pro vectigali, & tributo communitatis, vel Principis potest pos-
6 sessor † conueniri. l. imperatores, ff. de public. l. fi. C. sine cens. vel reliq. vbi etiam pro pensitationibus potest conueniri tertius possessor. & facit tex. in l. cũ possessor de censib. Dec. cons. 285. num. 5. Festas. de collect. par. 2. num. 42. & licet Cor. consilio 24. num. 10. lib. 3. contrarium sentiat, tamen dicit ab hac opinione in iudicando non esse recedendum.

QVÆSTIO XIV.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum testatoris de conseruando aliquem indemnem, quomodo intelligatur.*

2 *Promittens conseruare aliquem indemnem, cogitur suscipere iudicium pro illo.*

3 *Promittens indemnitatem tenetur ad lucrum cessans. Et nedum ad sortem, sed ad vsuras, & omne interesse, nu. 4. nisi culpa habere debentis vsuras, & interesse concurrerit, nam tunc non debentur, num. 5.*

6 *Promissio conseruationis indemnitatis concipi potest actiue, & passiue.*

7 *Fideiussor indemnitatis potest conueniri non excusso principali. Etiam si renũtiatum sit beneficio excussionis, vel de fideiussoribus, num. 8. siue simus in fideiussore indemnitatis tacito, siue expresso, num. 9.*

10 *Fideiussor indemnitatis exceptionem excussionis opponere potest, etiam si in instrumento dictum sit, libere, ad omnem creditoris uoluntatem, omni exceptione, & occasione remota.*

11 *Statutum tollens omnem exceptionẽ, non tollit eam quæ venit ex natura contractus, & num. 18. 27.*

12 *Fideiussor opponere potest beneficium cedendarum actionum, nisi in specie renunciauerit iuri introducenti tale beneficium.*

13 *Fideiussor quo casu opponere possit, et non de excussione principalis, distinguitur, & num. 23. 29.*

14 *Exceptio pretii non soluti uenit ex natura actus, & per uenditorem opponi potest.*

15 *Statutum tollens exceptionem, non tollit eam quę patet ex instrumento, uel sententia.*

16 *Statutum disponens, quod contra instrumentum publicum non possit opponi aliqua exceptio nisi talis, & talis, nõ censetur excludere illam, quę prouenit ex alio capite statuti. Exẽplificatur in statuto Tudertino, nu. 17. Nisi plenitudo uerborum, uel subiecta materia aliud suadeat, numero 19.*

20 *Iuramentum, & pœnę appositio excludunt molestiam iuris.*

21 *Exceptio ueniens ex natura actus nũquam exclusa intelligitur, nisi sit apposita pœna, iuramentum, uel uerba pregnantia, & num. 22.*

24 *Verbum, libere, iuris, & legis dispositioni derogare uidetur.*

25 *Verbum, sine contradictione aliqua, importat, & tribuit propriam auctoritatem.*

26 *Verba, ad omnem creditoris uoluntatem;*

tem; quid importent.

28 *Contractus ex natura uenientia non tolluntur per illud quod in genere est cogitatum.*

30 *Fideiussor qui iurando renuntiauit beneficio excussionis, non potest illud opponere, declaratur multipliciter ibi.*

31 *Promittens depositario indemnitatē non tenetur in aliquo, si conueniatur solum ad restitutionem depositi.*

32 *Verba, nolo quod propter hoc patiaris aliquod damnum, uel promittere indemnitatem, differunt.*

33 *Verba (sum paratus recuperare rem) an inducant obligationem ad recuperandum.*

34 *Obligatus per publicum instrumentum, quod ex forma statuti habet executionem paratam, potest agere, ut conseruetur indemnis ante quam soluat, quia executio habetur pro cōmissa.*

35 *Mutuans pecuniam alicui simpliciter, etiam non ad certum usum uel causam, tamen non poterit statim repetere, quia hoc modo corrumpitur beneficium collatum.*

36 *Precarium sui natura ad uoluntatem concedentis repeti potest, quod declaratur ibi.*

37 *Indemnitas si alicui promissa est, non potest is agere, si aliunde potest se indemnem conseruare.*

38 *Fideiussor indemnitatis habet multas exceptiones.*

39 *Instrumenti principalis productio nō requiritur, si ex secundo constet non per relationem de certa quantitate.*

40 *Instrumentum indemnitatis factum inter obligatos nō praeiudicat tertio.*

PRACTICABILIS, & quotidiana est quaestio de fideiussore indemnitatis, de quo saepius in praecedentibus mentionem fecimus, an requiratur excussio.

Et quia indēnitatis materia frequentissima est in palatijs, & quotidie in foro versatur, intendo ponere aliqua vtilia, & practicabilia.

Prima igitur conclusio sit si te-
1 stator † mandat aliquem conseruari indemnem, intelligitur taliter ipsi, vel pro ipso caueri, quod ex futuro euentu nullum damnum patiatur. Bald. in rubric. C. de verbor. significat. sub numero septimo, quaestio 7. vnde duo continet caueri sibi, vel pro eo.

Secunda conclusio sit, qui pro-
2 mittit † aliquem conseruare indemnem cogitur suscipere iudicium. Bartol. in l. pater, nume. 1. ff. de dot. praelegata, dicens hoc valde notabile, & alibi non ita bene reperiri.

3 Tertia sit cōclusio, promittēs † indemnitatem tenetur ad lucrum cessans, l. quia poterat, iūcta l. apud Iulianum, ff. ad Trebellian. quibus in locis infert Bartol. quod si sint duo socij alicuius mercantiae, & vnus vult ire Venetias, & alter contradicit, si eat socio contradicente non tenetur communicare lucrum, dicēs esse determinationem antiquorū, & menti tenendum, & eam ibi summopere commendat Paul. Castren. dicens in facto occurrere, addo Bar. in l. apud Iulianum ff. eod. tit. quod statutum cogens ad acceptandum arbitramentum intelligitur, nisi aliquod ex hac acceptatione damnum timeat.

Quarta sit Conclusio, qui promit-
4 tit † indemnitatem tenetur nedū ad sortem, sed ad vsuras, & omne interesse. Bart. in l. quae ro. in princip.

cip. numero primo, ff. locat. pulchre Bald. in l. 1. num. 5. C. de sent. quæ sin. cert. quantit. vbi dicit quod in practica vtroque modo libellus concipi potest. Et sic videāt Notarij quid faciunt indemnitatē promittendo; nam intelligitur defendere, iudicium in se suscipere, refundere sortem, vsuras, damna, & interesse. vnde sæpe aperiunt os, & nesciunt quid dicant, nisi damnum hominum.

Limita nisi culpa habere debentis tales vsuras, & interesse concurrerit; † nam tunc non debentur. Socin. consilio 70. vol. 3. Vrsill. ad Afflict. 150. & 318. numero quarto, dixi in tract. locat. & conduct. in materia casuum.

Quinto præmittendum est notabiliter, quod promissio † conseruationis indemnitatis intelligitur dupliciter, actiue & passiue, duobus modis concipi potest, actiue, quod debebitur ipsi stipulanti, passiue de eo, quod debebitur ipsi. Bal. in leg. si mater, numero 2. C. ad Vell.

Conclusio igitur verissima est, quod fideiussor † indemnitatis, id est, qui promisit creditorem indemnem conseruare, potest conueniri non excusso principali. Alexand. consilio 31. col. 1. volum. 4. Corn. cons. 109. colum. 7. volum. 5.

Ampliatur notabiliter hæc practicabilis conclusio, etiam † si renunciatum sit beneficio excussionis, vel de fideiussorib. adhuc enim renunciatione non obstante eam opponere libere potest. Alexan. dicto consilio 31. volumine quarto. Bal dicens hoc perpetuo notandū, in l. si hæres, nume. 1 C. de his, quæ in fraud. credit. Bart. dicens hoc pariter notabile in l. quæro, numero quarto, ff. locat. in l. vnde quæritur. 2 per illum textum, ff. commodat. in l. 3. de duob. reis in l. 1. vbi dicit singulariter notandum. C. de conuenien. fisc. debitor. libr. 10. in l. 1. C. de decurion. eod. libro. Marsil. de fideiuss. nu. 23. vbi dicit esse casum singularem. Alexand. cons. 29. numero 34. vol. 7. Anton. Rub. in repetit. l. non solum, §. morte, nume. 58. ff. de nou. oper. nunciat. Cassan. in consuetud. Burgund. tit. dos Cens es. rubric. 11. §. 6. Ias. reputās hoc singulare in leg. si stipulatus fuero per te sixti, §. possum in fine, ff. de verb. obligat. Bald. in autent. præsēte, C. de fideiussor. vbi commendat hoc dictum pro singulari Bal. in l. ex rescripto, colu. 2. de iureiurand. Duenn. regul. 335. ampliat. 2. num. secūdo. Ias. in l. cum filiusfamilias, §. item stipulatus, num. 22. de verb. obligat. Magon. Rot. Florentin. 28. numero tertio, decis. 45. nu. tertio, & hæc est communis * opinio. Anton. Gomes. de contract. tom. 2. cap. 13. numero tertio, vbi pariter hoc valde commendat. Osasch. decis. Pedem. 2. nu. 14. Boaz. de guarentig. p. 1. q. 15. Soarezz. littera I. nu. 138.

Et ratio est, quia hoc non venit ex natura beneficij de fideiussorib. sed ex natura obligationis, promitto indemnitatem, id est illud, quod à tali consequi non poteris, & concludūt omnes in supra citatis locis.

Et sic beneficio sibi competenti renunciari potest, non naturæ contractus.

Subampliatur hæc ampliatio siue simus † in fideiussore indemnitatis tacito, siue expresso, de tacito habemus exemplum in fideiussore officia-

officialis, qui dicitur fideiussor indẽnitatis, vt superius vidimus. Et ita ampliare videtur Roderic. Soarezz. ad leges fori libr. secundo, declarat. 2. titul. de los emplastamientos, numero 11. dicens hoc perpetuo menti tenendum.

Subampliatur secundo loco etiã
10 † si in instrumento dictum sit libere, & ad omnem creditoris voluntatem omni exceptione, & occasione remota, adhuc enim fideiussor indemnitatis talem exceptionem excussionis opponere poterit, ita pulchre Roma. cõsil. 20. & 211. allegationes domini.

Et quoniam ista limitatio videtur pulchra, & notabilis, confirmari posset ex cõclusione illa, quod statutum
11 † tollens omnem exceptionem nõ tollit eam, quæ venit ex natura contractus. Bal. in fideiussore loquens in autent. præsente, numero quarto. C. de fideiussor. vbi præsupposito dicto statuto. Bal. conclu-
12 dit, quod fideiussor † opponere poterit beneficium cedẽdarum actionum. sequitur Roman. consil. 214. colum. fina. & 272 nisi in specie renunciasset iuri introducẽdi tale beneficium, ut contra Roma. concludit Dec. consilio 27. numero 6. & 7. & Angel. in l. 2. nu. 3. C. de fideiussor. Afin. in pract. §. 31. cap. 29. Bero. in cap. cum quis, numero 32. de restit. spoliat. Tiraquell. de retract. titul. primo, §. 4. gloss. 1. nume. 36. Caccialup. in l. omnes populi, nu. 210. ff. de iust. & iure.

13 Aut igitur fideiussor † indemnitatis renunciat in genere per uerba generalia non relatiua, puta omni exceptione, & occasione remota, vel libere ad simplicem volũtatem creditoris, uel per similia verba, & tunc adhuc de excussione opponere poterit, & in hoc conueniunt Roman. & Dec. in eorum consilijs si percurrantur.

Aut sit renũciatio alicui iuri introductiuo, puta nouæ constitutioni, quæ introduxit beneficium cedendarum, & tunc Dec. post Ang. in l. 2. C. de fideiuss. concludit contra Roma. quod censeatur renũciatum beneficium cedendatũ, ex quo dicto mihi videtur inferri posse saltem dubitandi causa, si beneficium cedendarum venit ex natura contractus, vt Bald. dicit in citato loco, & tamen renunciatur modo prędicto, quare non dabitur modus, vt per fideiussorem indemnitatis censeatur renunciatum beneficio excussionis, licet veniat ex natura contractus?

Secundo facit, quia stante dicto statuto poterit per venditorem op-
14 poni exceptio † precij non soluti, quæ venit ex natura actus, dixi in tract. locat. & conduct. titul. de euictionibus, num. 40. & in tract. de iurament. litis decisorio, par. secunda, q. 32.

15 Et facit, quia statutum † tollens exceptionem non tollit eã, quæ patet ex instrumento, vel sententia. Butr. in cap. cum Bertoldus, colum. sexta, versic. quintus casus de re iudic. Calderin. consilio octauo, de re iudicat. Bald. in l. si non sortem §. 1. versic. sed quid si instrumentum, ff. de condit. indebit. Aret. in l. fin. ff a quibus appellare non licet. Dec. in cap. ex parte, il secundo num. 74. limit. 19. de offic. delegat.

Vnde si in instrumẽto fecisti mihi dilationem trium annorũ ad soluendum, si conuenias me infra tempus.

pus habeo exceptionem, quod durat tempus, nec me adhuc conuenire poteris, nec obstabit statutum, quod nulla exceptio opponi possit.

16 Similiter facit, quod statutum † disponens, quod contra instrumentum publicum non possit opponi aliqua exceptio, nisi talis, & talis, tamen non censetur exclusa illa, quæ oritur ex alio capite statuti, ita Bar. in lege 2. §. & parui, ff. quod vi, aut clam. Io. Andr. ad Specul. tit. de execut. sentent. §. fi. versic. 16. Alexand. consilio octauo, colum. tertia, libro primo. Fulgos. conf. 107. super eo in fine. Roma. consil. 244. col. fin. 472. colum. secunda. Corn. consilio 241. li. 3. late Dec. post Feli. in cap. ex parte, il secundo, limit. 3. num. 41. de offic. delegat. Soc. regul. 272 exceptiones, limitat. 2. Alex. conf. 145 in fine, libro secundo. Rui. conf. 102. nu. 11. libro secundo. Dec. consilio 195. col. 3. Marsil. singular. 293. Menoc. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 37. num. 26.

Vnde Tudertini licet habeat statutum de guarentigia, quod instrumentum guarentigiatum nulla possit opponi exceptio, nisi talis, & talis exceptio ibi expressa, poterit tamẽ

17 opponere † exceptionem præscriptionis annorum vigintiquinque, quæ oritur ex alio capite statuti, poterit etiam opponere exceptionem de solemnitate in contractibus mulierum, vel filiorum familias, quod ciuis pro forense fideiubere non potest, & sic de singulis discurrendo, nisi in talibus exceptionibus per legitimas renunciationes non sit sufficienter prouisum.

Si igitur non censetur reiecta exceptio resultans ex alio capite statuti, multo minus, quæ ex eodem capite, fonte, & loco.

Pariter si in instrumento promittatur libere, & sine controuersia aliqua: nam adhuc per hæc verba non

18 censetur exclusa exceptio, † quæ venit ex natura actus, l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. circa quem dixi in tract. locat. & conduct. tit. de recusat. quæst. 14. numero quarto.

Et per illum textum in casu practicabili, & quotidiano dicebat Bal. in lege prima, numero 13. C. de vsufruct. quod si proprietarius promisit non molestare vsufructuarium, tamen poterit petere cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, quia hoc venit ex natura contractus, reputãs hoc valde notabile, & quotidianum. commendat Alexan. in l. quod de bonis, §. frater, numero sexto, ff. ad l. Falcid. Rui. consilio. 47. num. 6. conf. 48. vol. 2. Anton. Gab. de vsufruct. conclus. 1. num. 24.

Addo Roland. consilio 92. numero nono, volumine primo. Dec. consilio 607. num. primo. 613. & 501. Francisc. March. decis. 846 parte prima. Tiraquell. de retract. §. 35. glos. 4. nu. 9. late Corsett. in verb. molestia. Borgni. de vsufruct. nu. 57. nec dicitur contrauenire, qui secundum naturam actus experitur. Natt. consil. 25. nume. 2. Magon. Rot. Lucan. 7. num. 40.

Vltra quos limita, nisi verborũ plenitudo, vel subiecta materia

19 aliud suadeat, † puta de omni molestia, quæ fieri posset: nam tunc intelligitur etiam iuris. Abb. consil. 44. col. 3. pariter si appositum esset iuramentum, quia excluditur etiam in

20 molestia † iuris. Rot. de restit. spoliat. decis. 10. in nouis. sequitur Butr. in

in cap. 2. col. 4. & ibi Abb. column. fin. de restitut. spoliat. vel si esset apposita pœna. Alexand. consil. 52. volumine 2. relatus per Felin. in cap. causam, quæ nu. 24. de rescript.

Cui addo Zas. consilio 18. volumine secundo. Rui. consil. 77. num. 3. vol. 2. Gualdens. cautel. 3. de var. testator. preceptis. Gomes. de triennal. quęst. 58. Riminald. in princip. de donat. nu. 1446. Menoc. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 98.

21 Vnde ad propositum exceptio † veniens ex natura actus nunquam exclusa videtur, nec dicitur quis venire contra contractum, ita veniendo, vt per Bald. in citato iam loco, & in l. cum quid, col. penult. in fine, ff. si cert. petat. vbi quod venit ex natura actus habetur pro expresso in actu pendente à duobus, nisi sit apposita pœna, iuramentum, vel verba prægnantia.

Quare ex predicta limitatione videtur inferri posse, quod iuxta terminos, l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. à quo Bal. capit conclusio-
22 nem principalem, si locator † per verba prægnantia modo, quo supra expressa promitteret conductorem non expellere, quod si pensioné nó soluet in tempore conuento, quod non dabitur expulsio ex pésione nó soluta, sed cogitur permittere, & ad pésionem agat locator via actionis, cogita quid videtur. Posset fortasse dici, aut tolluntur ea, quæ veniunt ex natura contractus, & tunc nulla verborum plenitudine tolli possút: aut loquimur extra naturam rei, & tunc plenitudo multum operatur.

23 Fideiussor † igitur indemnitatis, qui soluere promisit omni exceptione, & occasione remota, non impeditur opponere exceptionem excussionis, sed si promissio facta esset prægnantioribus verbis, prout in casu Roman. vbi apponuntur vlterius hæc verba libere, & omnimodo, fortasse priuaretur tali beneficio excussionis: si enim satisdatio, quæ pariter venit ex natura vsusfructus per hæc prægnantia verba remittitur, cur non exceptio excussionis? vt velit libere posse conueniri fideiussor, prout creditor libere placuerit.

Accedit prædictis, quod in facti contingentia consulere ausus fuit Andr. Barbat. consilio 39. libro secúdo. quod in extraiudicialibus, prout
24 in contractibus verbum libere, † legis, ac iuris dispositioni derogare videtur, sequitur Menoch. de arbit. iud. quæstio. 7. numero 36.

Addo Roland de lucr. dot. quæst. 38. Io. Lup. in cap. per vestras, §. fin. de donat. inter vir. & vxo.

Pariter dixit Gozad. consil. 21. nu-
25 mero 17. quod verbum † fine contradictione aliqua importat, & tribuit propriam auctoritatem. idem consil. 91. num. 10.

26 Quid circa illa uerba, † ad omné creditoriis voluntatem? crederem non habere effectum soluendi beneficium excussionis; cum licet uerbum, volo, liberam importet voluntatem: tamen quando quis se ponit in manibus aduersarij, importat arbitrium à iure regulatum. gloss. in l. penult. in fine. ff. de arbitr. quam ita declarat Menoch. de arbitr. iudicis, quæst. 7. num. 6. dixi de hoc late de iuramento litis decisorio, vbi videre placeat.

Ampliatur tertio loco principaliter, etiam si statutum esset in loco
27 tollés expresse excussionem, † promittendo

mittendo libere creditori conuenire posse quem velit, ita Magon. Rot. Florent. 38. & 45. inferens ad statutum Florentinum, libro secundo, c. 59. Quod facit ad statutum Tudertinum dans electionem creditori cõueniẽdi debitorem, & fideiussorem, quia tale statutum non intelligitur de fideiussore indemnitatis, sed in alio fideiussore.

Accedat pro dictis omnib. quod
28 sufficit in genere cogitatum, † quod videantur sublata ea, quę veniunt ex natura contractus. Alexand. in l. si ab hostibus, col. penult. vers. & si contra Cinum, ff. si cert. petat. Ioan. Lup. in rubr. de donat. §. 70. numero 10. Ant. Gabr. de regul. iur. conclus. 4. nume. 15.

Ampliatur, quarto etiam si ali-
29 quis promisisset † aliquem exigibilem, alias de suo proprio; casus frequens, de quo per Grat. cons. 12. volum. secundo Curt. iun. cons. 36. volum. 1. Vrsil. ad Afflict. 318. numero 2. & 3.

Subdeclarando tamẽ, ut per Magon. in citatis locis, nisi verba statuti excludentis excussionem essent nimis generalia, & prægnantia, vt per eum.

Declaratur hæc conclusio in fi-
30 deiussore, † qui medio iuramẽto renunciauit beneficio excussionis, de qua materia latius dicam suo loco.

Declaratur secundo in fideiussore, qui renunciauit omni legum, & iuris auxilio, vt pariter dicam latius suo loco.

Declaratur tertio, nisi principalis debitor sit notorie non soluẽdo, de quo pariter dicam suo loco.

Declaratur quarto loco notabiliter in fideiussore, qui promisit conseruare indemnem creditorem ipsum; tunc enim gaudet omnino beneficio excussionis, & ita procedat conclusio superius firmata, secus si debitor promisit conseruare indemnem aliquem fideiussorem; nam tũc pleniorem habet significatum, nec est locus excussioni. ita materiam declarat Bald. in l. si pro ea, quæstio. 12. num. 13. C. mandat. & est pulchra, vtilis, & quotidiana limitatio, & sæpe in facto occurrit.

Declaratur quinto, vt cõclusio procedat in fideiussore indemnitatis in eodem instrumẽto, secus in alio instrumento, & sic diuerso tempore, quia iste nõ gaudet beneficio excussionis, ita sentit Apostill. ad Bartol. in l. pater in uerb. concordia, ff. de dot. prælegata, cogita, quia uidetur militare ratio, quod veniat ex natura actus.

Declaratur sexto, ex mente eiusdem nisi conceptio indemnitatis sit facta verbis prægnantibus, & faciunt, quæ superius dixi in discursu.

Habemus igitur quomodo concipienda sunt verba instrumenti ad effectum, vt fideiussor indemnitatis teneatur non facta excussione.

Et in materia promissionis indẽnitatis, quia practicabilis est, & quotidiana, addo multa, ni fallor vtilia in practica.

31 Primum est, promittens † depositario indemnitatem non tenetur in aliquo si conueniatur solum ad restitutionem depositi, ratio est, quia depositarius non est in aliquo damno. Alexand. consil. 114. lib. 3. solet allegari Rip. respons. 9. in nouiter additis.

Secundũ est valde notabile quod

aliud

32 aliud est dicere † nolo quod propter hoc patiaris aliquod damnum, vel promittere indemnitatem. Alexan. consilio 199. numero 1. volumine 7. Vnde si dico tibi; *Non voglio che in ciò patì danno alcuno*. Ista verba nullam inducunt obligationem, sed referuntur quod mihi displicebit damnum tuum, & sic ad passionem animi tantum, sed ista Alexan. decisio parum satisfacit: si enim nõ vult quod damnum sustineat, ergo in necessarium antecedens promittit indemnitatem, iuxta ea, quæ alias dixi ad regul. cum quid lib. 1. vbi etiã posui quòd illa regula procedit in materia odiosa, prout in dispensatione, vnde aliàs dixit idem Alexander consil. 53. col. 1. libro 1. si quis dicat simpliciter alicui sum paratus recuperare talem rem quòd in-
33 ducitur obligatio † ad recuperationem talis rei, & ni fallor ridiculum videtur dicere quòd saluetur proferens talia verba in simplici animi displicentia, & si id dixisset alius doctor. vtique Alexand. reprehendisset, & in hoc mundo laboriosum est incipere bonum nomen, & famam, quibus acquisitis dicas quicquid in buccam venit. Roman. sit testis, dũ ex partibus accedũt informationes, fastidiunt, arrigunt fastidiosi nares respice factas ab eis, si sub alieno nomine comparerent quot essent dicenda, transmitte in longinqua studia & audies si verum fuit iudicium Rebuffi.

34 Addo etiam quod obligatus † per publicum instrumentum quod ex forma statuti habet executioné paratam, potest agere, vt conseruetur indemnis antequam soluat, quia executio habetur pro commissa. Baldus in l. si certum sub. n. 8. versic. ad de. C. fam. ercis. vbi ampliat idẽ in libro mercatoris, qui habeat executionem paratã, & ibi dicit quod nõ sufficit cautio, sed debet soluere. idẽ in l. si pro ea. q 4. n. 7. C. mand. Bart. i l. fideiussor pro vẽditore, vbi Imo. ff de fideiussor. Alexan. consil. 72. n. 7. vol. 2. Marsil. de fideiuss. q. 31. sub nu. 216 in l. vnic. nu. 71. C. de rapt. virg. Ias in l. diuortio, §. interdum, col. 5. ff. solut. matrim.

Dubitationem facit, quia tempore intercessionis sciebat fideiussor conueniri posse: item intercedendo promisit soluere in fauorem debitoris, l tribus, ff. de vsufr. rerum quæ vsu consumũtur. Vnde quomodo aget cum adhuc officium suum non expleuerit? decipi enim videtur debitor beneficio amici sui obligare se, & statim reconuenire, cur enim se obligauit?

Et pro hac opinione facere vide-
35 tur, quod mutuans † alicui pecuniam simpliciter etiam non ad certum vsum, vel causam, tamen non poterit statim repetere, quia hoc modo corrumpitur beneficium collatum vt per Bar. in l. si pœnam. nu. 5. vbi Cuman. nu. 3. Alex. nu. 6. Ias. nu. 7. de verbor. oblig. ad idem facit quod dicitur de præcario, nã Abb. in cap. fin. colum. 3. de precar. tenet
36 quod precarium † non potest statim repeti, sed dato aliquali temporis spatio licet natura precarij sit vt ad voluntatem concedentis repeti possit, & licet contra Abbat. teneat ibi Bar b. & Dec. l. contractus, num. 12. de reg iur. & in l. 2. in princ. col. 3. versi. secunda conclusio, nu. 11. in vlt. lect. ff. si cer. pet. tamen ratio istorum contrarium tenentiũ est accõ-

modabilis ad casum nostrum, scilicet, quod cogitare potuit ab initio recipiens precarium, potuisse statim cogi ad restitutionem, prout ab initio cogitare debebat fideiubens per publicum instrumentum potuisse contra eum executionem cōmitti; ideo obligare se non debebat. Vtraque igitur opinio in precario facit ad casum istum, & prędictis adde Bard. de guarentig. parte 2. q. 6. Socin. reg. 191. fideiussor in fine.

Quarto notandum est in materia indemnitatis promiscue, quod is,
37 cui promissa † est indemnitas, non potest agere, si aliunde potest se indemnem conseruare. Alexand. consilio 114. aliàs 118. num. 2. volum. 3. vnde sit cautus cōuentus ad indemnitatem inspicere si agens potest se indemnem conseruare.

Vnde data negligentia debitoris in exigendo a principali debitore, maxime si est præmonitus à fideiussore indemnitatis, dictus fideiussor est securus. Anton. Gomes. de contractibus, c. 13. nume. 9. vbi reputat notatu dignum in actu practico. Eman. in suo Thessau. littera F. nu. 168. dicens hanc esse communem *opinionem.

Vnde sit cautus fideiussor indemnitatis interpellare, & protestari cōtra creditorem, vt agat contra debitorem, alias si postea efficiatur non soluendo, quod erit damno ipsius.

38 Practicādo igitur fideiussor † indemnitatis habet multas exceptiones, quibus in foro se tueri poterit excussionis etiam stante renunciatione modo quo supra dictum fuit culpæ, & negligentiæ, & quod aliunde creditor potest se conseruare indemnem.

Et pro releuatione indemnitatis non requiritur productio instru-
39 menti † principalis debiti si ex secundo constet non per relationem de certa quantitate. Ange. reputans in practica notabile in authent. vt sponsalitia largitas, §. final. numero quarto, & sæpe in facto occurrit ad cognoscendum, quæ instrumenta sint producenda, & instrumentum
40 † indemnitatis factum inter obligatos non præiudicat tertio. Bald. in l. eum qui mutuans. C. si cert. petat. & est materia frequens, vtilis, & quotidiana.

QVAESTIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excussionis an possit opponi stante renunciatione iurata.*

2 *Iuramentum tollit beneficium excussionis.*

3 *Iuramentum assumit naturam actus super quo interponitur, conditiones, & qualitates ipsius.*

4 *Iuramentum simpliciter præstitum in materia sui natura alternatiua, alternatiue intelligitur. Reddit fideiussionem efficacē, cum suis qualitatibus, & exceptionibus, numero quinto.*

6 *Iuramentum appositum in instrumēto de obseruando contenta in eo an, & quando tollat beneficium excussionis.*

7 *Iuramentum obligat principaliter, et reddit iurantem principaliter obligatum. Declaratur, num. 8.*

9 *Iuramentum non se extendit ultra consensum.*

10 *Fideiussor indemnitatis quo casu habeat*

beat beneficium excußionis non obstante iuramento.

CVM in proxima præcedenti quæstione, in declarationibus sit allegatum de fideiussore, qui cũ iuramento renũciauit beneficio excussionis, an stante renunciatione
1 iurata possit opponi exceptio excussionis, quæstio secundum Doctores pulchra, practicabilis, & quotidie in facto contingens, prout ferè omnes in hac materia excussionis attestantur.

Pro parte negatiua facit textus, vbi Bald. not. in vlti. col versic. item nota in cap. ex rescripto de iureiurand. & ibi sequuntur Ancar. & Io. Andr. Socin. in tract. fallent. regul. 177. excussio. limi. 1. & dicit singulariter notandũ in practica, & loquitur quãdo iuramentũ est simpliciter interpositum per fideiussorem, hoc idem reputat singulare Alexan. consi. 32. nu. 13. vers. 4. vol. 4. Matthesilan. notab. 7. Alex. in l. Marcellus sub num. 7. C. de fideiussor. littera C. Marsi. reputans pariter hoc singulariter notandum in rub. de fideiuss. num. 9. Corsett. de iureiurand. priuileg. 12. Cappel. Tolo. 130. & licet contrarium sentiat deci. 131. tamen ibidem Aufre. attestatur, quod semper vidit obseruari in practica,
2 quod iuramentum † tollit beneficium excussionis Soc. consi 24. col. fin. vol. 1. Aret. conf. 33. Alex. consi. 29. num. 37. volum. septimo. Gozzad. consi. 32. num. 14. Ioan. Lup. in cap. per vestras, ampliat 13. numero 7. de donat. inter vir. & vxor. dicens hoc in practica valde notandum. Io. Baptista de Sancto Blasio, in tract. de arbitr. quæst. 79. num. 4. Grat. consi. 18. num. 16. par. 1. Tiraquell. ad l. si vnquam in princip. nu. 132. C. de reuocan. donat. Cotta. dicens hoc singulariter notandum in verb. fideiussor indemnitatis, circa medium. Euerard. dicens pariter singulariter notandum in loco a vi iuramenti, num. 46. Bauer. de iuramẽ. num. 23. Pedemon. decis. 44. nume. 14 Ancar. quæst. 45. numero 7. par. 1. & hæc est cõmunis * opinio Anr. Gabr. de fideiuss. conclu. 1. sub num. 47. Ioann. Annibal. in l. si insulam, num. 161. de verb. oblig. Duenn. regul. 335. sub nume. 20. Seraphin. de iuramen. priuileg. 88. circa principium. Ronchegal. ad l. 3. §. vbi duo sub nume. 118 de duob. reis. Eman. in suo Thesau. littera F. num. 139. vbi loquitur in fideiussore indemnitatis. Alciat. in cap. cum contingat, num. 174. de iureiurand. Rolan. consilio 6. num. 45. vol. 1 Natt. consilio 426. nu. 22. Io. Guter. de contract. iuratis, cap. 23. num. 27. & 28. Matthe. Coler. de process. execut. lib. 1. cap 10. nũ. 347. Andr. Gail. Foren. institut. libro secundo, obseruat. 27. nu. 21.

3 Pro Contraria parte facit ratio, quia iuramentum † assumit naturam actus, super quo interponitur, conditiones, & qualitates ipsius l. fin. C. de non numerat. pecun. l. sed & si possessori. §. item si iurauero in 9. notab. num. 32. de iureiurand. vbi Ias. exclamat dicens esse textum meliorem de iure, & quod iuramentũ non facit, quod obligatio plus in tẽpore duret, nec quod sit obligatio, late Tiraquell. de constituto par. 3. limit. 7. num. 34. Dec. consil. 240. & 351. in casu numero octauo. Iaco. de Nigr. de verbor. obligat. nume-

ro 182. Fortun. Garzia. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, numero 68. ff. de pact.

4 Hinc iuramentum † simpliciter præstitum in materia sui natura alternatiua alternatiue intelligitur. Innocent. in cap. per tuas, columna secunda de arbitris, quod pro singulari commendat Abb. in cap. ex parte, il secundo, colum. 2. de cleri. non residentibus, in capit. 1. colum. 9. de iudic. Cot. in verb. fideiussor indemnitatis, circa medium.

Et hanc opinionem tenet Bal. in cap. cum contingat, num. 20. versic. septima conclusio de iureiuran. vbi Alciat num. 174. dicit hanc opinionem sibi videri veriorem.

Considera tamen vnum antequã vlterius procedamus, quod Bald. loquitur in actu deficiẽte in forma substantiali puta in fideiussione facta nudo pacto, & iurata, nam iura-

5 mentum † reddit fideiussionem efficacem, vti fideiussionem cum suis qualitatibus, & exceptionibus, sed Bald. in citato loco non loquitur in fideiussione formata, & verbis concepta, si ei addatur iuramentum an tollat beneficium excussionis, satis enim iuramentum facit valere actũ omni meliori modo, validando fideiussionem nudo pacto conceptam, & sic Bal. dictum non videtur applicabile ad casum istum.

Eandem autem opinionem sequitur Barbat. cons. 43. colum. 7. vol. 2. Felin. in capit. ex rescripto num. 19. vbi appellat hanc opinionem veriorem de iureiurando. Grammat. consil. 170. Gugli. de Benedict. in capit. Raynutius in verb. testamentum, il terzo, nume. 29. de testamentis scribentes in l. si. ff. si certum petat. vbi Alexand. numero 12. Iason colum. secunda, in principio sub numero secundo. Dec. numero 10. Tiraquel. ad l. si vnquam in principio, nume. 147. vbi licet retulerit ex Bald. contrariam sententiam cum hac vltimo loco resìdet. Anton. Gomes. de contract. tom. 2. capit. 13. sub num. 14. in 2. limitat. Ronchegal. ad l. 3. §. vbi duo sub numero 118. vbi relata communi residet postea cum ista vti veriori. Didac. in capit. quamuis. §. 4. numero 4. de pact. in 6. Seraphin. de iurament. priuileg. 88. sub n. 11. licet hinc inde argumentetur.

Pro resolutione crederem sic distingui posse: aut in instrumento a-

6 dest simplex iuramentum † de obseruando contenta in eo, & tunc hoc solum non tollit beneficiũ excussionis, aut adest renunciatio, & tunc aut generalis, aut specialis, si quidem generalis nec ista tollit beneficium excussionis, si verò fuerit specialis iurata, & tunc non competit beneficium excussionis, cum fauori suo quilibet renũciare possit, & ita videtur colligi ex Tiraquel. in citato loco vbi differit generalẽ renunciationẽ non releuare. Ronchegal. in citato loco. Io. Guter. de contract. iur. c. 23. n. 27. & 28. Thesaur. decis. Pedem. 166. nu. 4. in fine.

Et intelligerem renunciationem specialem, quę virtualiter includit, vt per Dec. cons. 27. puta beneficio nouæ constitutionis, Epistolæ Diui Adriani, & similibus, quæ non sunt admodum generales, sed virtualiter in corpore includunt.

Et hæc in simplici fideiussore, in fideiussore autem indemnitatis crederem absolute verum, ei competere beneficium excussionis.

ſtonis, cum repugnet actus natura, aliter cogitando per ea, quæ ſuperius diximus.

Habes tamen cõmunem, & aliorum opinionem, &c.

Limita tamen communem, niſi etiam feciſſet ſe principalem debitorem. Alexand. conſi. 32. volum. 4. Cott. in verb. fideiuſſor in fine. Vrſill. ad Afflict. 318 nu. 2.

Et per modum correlarij infertur in materia iuramenri ad id, in quo tota die verſamur, ſcilicet, qđ

7 iuramentum † obligat principaliter, & reddit iurantem principaliter obligatum. Bart. in l. ſi quis pro eo in 8. membr. numero 15. de fideiuſſo. quod dictum reputat perpetuo menti tenendum Angel. Aret. in §. fideiuſſores in fine inſtitut. de fideiuſſ. dicens per hoc limitari totam materiam fideiuſſorum. Grat. conſilio 28. numero 16. parte prima: ſignandum dixit Iaſ. in §. item ſi quis poſtulante, columna ſecunda, ſub num. 14. verſicu. item per illum §. inſtitu. de action. Alexand. in l. 5. §. ſtipulatio, ff. de verb. oblig. Seraphin. de iuramen. priuileg. 88. nu. 5. & priuileg. 98. nu. 29.

8 Tamen hoc verum † eſt ſi actus, ſuper quo interponitur, non valet iure directo, quia peccat in forma ſubſtantiali, puta in fideiuſſione ſine ſtipulatione, vel in plus, vel in duriorem cauſam; iſta enim & ſimilibus cauſis obligatio valet in vim pacti, et addito iuramento facit nouam ſpeciem obligationis principalis, & ſeparatæ à fideiuſſoria, ſed ſi obligatio, cui additur iuramentum valet iure directo, quia non caret forma ſua, tunc iuramentum nõ reddit principalem modo aliquo, & ita ſi recte perpendas loquuntur doctores in hac materia. vnde ſi fideiuſſor obligauit ſe verbis, nec in plus, nec in duriorem cauſam, ita vt concurrant omnia ſubſtantialia ad fideiuſſionem ſi addatur iuramẽtum, non reddet eum principalem, ſed erit fideiuſſor vti verus fideiuſſor efficaciter obligatus, & ſic alijs nõ concurrentibus competit beneficium excuſſionis, vnde paſſim in foro allegatur iuramentum, & intelligenda mihi videtur hæc controuerſia, fortificat igitur, corroborat, & validat iuramentum interpoſitũ in forma ſubſtantiali, non peccãte, non tamen mutat naturam, ſtatum, vel conditionem illius.

Secundo infertur, quod iuramẽ-

9 tum † non ſe extendit vltra conſenſum, quia ſi non adeſt modo aliquo, vel adeſt limitatus, vel conditionalis, pariter conditionatum, vel limitatum erit iuramentum, ita Bart. in l. ſi quis pro eo, nume. 15 ff. de fideiuſſor. per textum in l. fin. C. de non numer. pecun. quem dixit ad hoc ſingularem Bald. in cap. quæ in eccleſiarum, col. 5. verſ. dices tu de conſtitut. Panorm. in vna diſput. ſtante ſtatuto colum. 10. verſi. ad partem igitur affirmatiuam Barbat. conſil. 43. colum. penult. verſicu. præterea facit, libro ſecundo, & meliorem de iure dixit conſilio 53 colum. 3. verſicu. & ideo refert. lib. 2. conſil. 49. col. 6. eod. vol. Tiraq. ad l ſi vnquã, in princ. num. 160. C. de reuoc. don. Alex. conſil. 89. colum. 7 vol. 2. Fel. in c. ſi cautio, num. 58. de fide inſtrument. in capit. inter monaſterium, nu. 23. de re iud. Didac. in rubri. de teſtam. pàr. 2. nu. 9. in fine, vbi valde commendat.

10 Igitur fideiussor † indemnitatis cum consenserit non absolute, sed limitate, & sub conditione; scilicet, si in aliquo principalis debitor soluere non poterit, sequitur quod habebit beneficium excussionis quouis iuramento non obstante.

QVAESTIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio excussionis renunciari potest. Et quot modis talis renunciatio in practica concipi possit num. 2.*
3 *Fideiussor indemnitatis non potest etiam cum iuramento, renunciare beneficio excussionis.*
4 *Obligatio fideiussoria non tenet non subsistente principali.*
5 *Clausulæ renunciationum nō sunt habendæ in consideratione, & quare.*

1 QVÆRO an beneficio excussionis renunciari possit, † & vtique sic, cum quilibet possit fauori suo renunciare, & hāc opinionem firmat glo. in authen. de fideiussoribus, in principio in verbo accedant. Specul. in titulo de renunciationibus, & conclusi. in prin. incipiente viso, & ibi Io. And in addit. in fine in verbo cessit. Bal. in authen. præsente in fi. C. de fideiussor. apostil. ad Tolos. 23. & 196. 80. Cor. consil. 109. vol. 1. Abb. in cap. 2. col. penult. de fideiussor. Bertrand. consi. 292. num. 2. volum. 2. Rom. consil. 392. num. 8. in fi. Imol. consilio 46. Dec. in l. fi. numero 20. ff. si cert. pet. Marsil. de fideiuss. numero septimo, in fine. Castrens. in l. si dubitetur, §. primo, numero 3. ff. de fideiussor. Grat. consilio 126. numero quarto, volumine primo, licet corrupte allegetur, numero 136. & hæc est communis * opinio. Anto. Gabr. de fideiussor. conclus. 1. sub numero 87. licet Amadeus per eum allegatus loquatur re vera in alio casu.

2 Renunciatio † autem hæc practicando concipitur tribus modis: primo renuncians beneficio excussionis: secundo beneficio de fideiussoribus: tertio nouellæ constitutioni, quæ est authentica præsente, & ita sentiūt supracitati. Addo Duen. regul. 235. numero sexto, limitatio. 6. vel dicat renunciaui beneficio de principali prius conueniendo Balb. decis. 83.

3 Limitantur hęc omnia in fideiussore † indemnitatis, qui etiam cum iuramento non potest renunciare beneficio excussionis, vt superius vidimus.

4 Limitantur secundo, vt procedant quando principalis obligatio † subsisteret, aliàs si nō subsisteret, nec fideiussoria tenebit, & consequēter conueniri non poterit, licet renunciauerit, quia si non tenet contractus principalis, nec fideiussio, vel renunciatio. Papien. de duobus reis in verbo. et legibus, vnde fideiussor cum conuenietur videat si principalis obligatio tenet.

5 Nolo autem in calce huius quæstionis omittere: immo & ante oculos omnium ponere id, quod ponit Pute. dec. 167. par. 1. quod huiusmodi clausulæ, † & renunciationes apponuntur impertinenter de quodā stilo, & consuetudine Notariorum; ideo non sunt habendæ in consideratione, prout faciunt iudices hisce temporibus, & loquitur Pute. ferè

in

in terminis in renunciationibus duorum reorum, & fideiussorum, dixi in tract. locat. & conduct. par. 1. quaest. 2. num. 20.

QVÆSTIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio generalis omni legum, & iuris auxilio, an comprahendat beneficium excussionis.*
2 *Beneficio cedendarum videtur renunciatum per clausulam omni legum, & iuris auxilio.*
3 *Beneficiorum generalis ademptio nō comprahendit beneficium quod quis habiturus est non statim, sed post alicuius conditionis euentum.*
4 *Testator si iubet talem esse contentum tali re, & quod plus petere non possit, talis iussus restringitur ad praesentia, & pura, non autem comprahendit conditionalia.*
5 *Renũciatio generalis exceptionum, non comprahendit eas quae ortum habent ex facto aduersarij agentis.*
6 *Renuciatio generalis iuncta cum speciali precedente, intelligitur de similibus, vel minoribus expensis.*
7 *Beneficium cedendarum, vt includatur in generali renunciatione, requiritur specialis, & idiuidua mentio, & 8.*
9 *Mandatum speciale vbi requiritur fauore renunciantis, tunc sufficit indefinite, licet non exprimatur, quid & quantum, in his quae sunt parui praeiudicij, secus in arduis, numero. 10.*
11 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
12 *Beneficium nouae constitutionis includit exceptionem cedendarum.*
13 *Clausula (renuncians omni legum, & iuris auxilio) quid operetur, & non, & numer. 14. 15. 17. 18. 22. 31. 32. 33. 36. 37. 38. 40. 46.*
16 *Prouisum in specie non continetur sub dispositione generali.*
19 *Beneficium iuris, & facultas à iure concessa differunt.*
20 *Cogitatum in genere de aliquo beneficio in renunciatione, quando dicatur.*
21 *Velleiani renunciatio in muliere qualis requiratur.*
23 *Beneficium alicui concessum miserationis gratia non tollitur per verba generalia.*
24 *Beneficium purgationis morae inductum gratia miserationis non censetur etiam accedente iuramēto sublatum per clausulam, renuncians omni legum, & iuris auxilio.*
25 *Iuramentum non auget obligationē, sed ei tantum intra limites suos manenti obligationis vinculum addit.*
26 *Clausula (promittens habere ratum, gratum, & firmum) generalis, non tribuit ea, quae requirunt speciale mandatum.*
27 *Clausula in fine posita venit ad executionem contractus, vnde illius dispositionem alterare, nec augere debet.*
28 *Clausula in fine posita confirmat actum, vel supplet defectum solemnitatis, non tamen mutat naturam ipsius.*
29 *Renunciatio est stricti iuris, & semper eam recipit interpretationem, vt noceat renuncianti quanto minus sit possibile.*
30 *Conductor cum clausula renuncians*

omni legum, & iuris auxilio, non potest petere remissionem.

34 *Pactum non valet, ut quis possit capi personaliter propria auctoritate creditoris, uel iudicis, quia tolleretur ordo iudiciarius secus in his, quæ non respiciunt ordinem iudiciarium.*

35 *Capi quod quis nō possit in domo propria, est inductum miserationis gratia.*

39 *Priuilegio inducto in honorem personæ uel sexus renunciari non potest.*

41 *Iurans omnia, & singula &c. nec potest petere absolutionem à iuramento. Declaratur, num. 42.*

43 *Simulationem in genere allegare nō sufficit, sed de ea in specie opponi debet.*

44 *Iuramentum in contractu simulato non repellit hæredem, neque tertiū.*

45 *Formula concipiendi renunciationes.*

47 *Maritus per clausulam renuntians omni legum, & iuris auxilio, censetur renunciasse beneficio statuti de lucro dotis.*

48 *Renuncians omni legum, & iuris auxilio, videtur renunciare omni iuri statutario, uel municipali.*

49 *Iuris appellatione uenit etiam ius municipale.*

50 *Beneficio compensationis, præscriptionis, & excussionis censetur renunciatum per clausulam (omni iuris, & legum auxilio) cum ampliatio. & limit.*

51 *Clausula (omni legum, & iuris auxilio) quomodo operetur.*

52 *Renunciatio principalis non nocet fideiussori.*

CVM in præcedentibus quæstionibus dum tractauimus de fideiussore indemnitatis posuerimus nonnullas declarationes, in quibus restringitur, vt in fideiussore etiam indemnitatis excussio requiratur, & posuimus declarationem de iuramento, & de renunciatione excussionis, quas postea explicauimus, restat modo videre vnam aliam principalem declarationem, si fiat renunciatio † generalis omni legum, & iuris auxilio an comprehendat beneficium excussionis, materia frequens, quotidiana, & tota die practicabilis, & nullum celebratur instrumentum, in quo talis clausula non apponatur, ob id per viam argumētationis ponere intendo de virtute istius clausulæ tam in foro, & practica frequentis.

1

Primo igitur per hanc clausulā † omni legum, & iuris auxilio videtur renunciatum beneficio cedendarum, Corneus consilio 51. columna penultima, versiculo, & insuper, volumine secundo, Socinus cōsilio 200. columna penultima, versiculo septimo, &c. Dec. in l. final. numero 20. ff. si cert. peta. consilio 27. numero septimo, col. secunda, cons. 452. numero 19. Purpur. in l. 1. nu. 57. C. de transact. Negusan. de pign. in 3. memb. 5. par. numero 25. Ant. Gabr. de fideiussor. conclusione 1. num. 90.

2

Sed in hac vtili, & practicabili materia posset contrarium sustineri, & sic, quod in generali renunciatione non veniat beneficiū † cedendarū: primo, quia generalis adēptio beneficiorum non comprehēdit illud beneficium, quod quis habiturus est, non statim, sed post alicuius conditionis euentum, l. paulo Callimaco, §. j. de leg. 3. quē textum dicit

3

dicit singularem, & menti tenendũ Roma. singul. 585. Ias. in l. qui Romæ, §. duo fratres num. 30. & 48. ff. de verb. obliga. Alphan. report. 28. inferentes ex hoc, quod si testator,
4 † iubet talem esse contentum tali re, & quod plus petere non possit, quod restringitur ad præsentia, & pura, non autem comprehendit cõditionalia, latè in materia Borgni. decisio. 36. num. 26. part. prima. sed hoc beneficium cedendarum competit correo, seu fideiussori sub tacita conditione si soluere solidum agenti paratus sit, & sic ex eius implemento dependet, l. Modestinus, ff. de solut. meritò, &c.

Et ita per hanc rationem tenere videtur Roma. consi. 472. in fine, vbi etiam ampliat stante iuramento, quod non extenditur vltra renũciationem. sequitur Paris. consilio 110. col. fina. vol. 1. Riminal. de donat. § 1. num. 678. & cum Rom. est
* communis * opinio, vt per Mannos. ibidem Corbol. de iur. emphy. limit. 41. sub num. 3.

Verum huic rationi de facili responderi posset, quod I. C. met in eo contextu dicit de iuris rigore omnia esse adempta, & sic fideicommissum etiam conditionale, sed ex quadam humanitate ratione patris inter filios id esse decisum, & sic ibi esse ius speciale, prout etiam not. Barto. ibi, & Ias. in citato loco, vnde si adsunt verba pregnantia, fideicommissum conditionale comcomprehenditur. Borgni. decis. 36. Anton. Gabr. de fideicommiss. conclus. 1. num. 38.

Posset etiam hæc eadem opinio confirmari, & sustentari alia nota-
5 bili ratione, quod generalis † renũciatio exceptionum non comprehendit eas, quæ ortum habent ex facto aduersarij agentis, textus notabilis secundum Doct. ibi in l. qui officij §. fina. ff. de contrah. emptio. in l. cum proponas, vbi Bal. valde commendat. C. de nauti. fœnor.

6 Præterea, renunciatio † generalis iuncta cum speciali precedenti intelligitur de similibus, vel minoribus expressis. dixi in tract. locat. & conduct. part. 4. tit. de casibus, q. 2. sed exceptio cedendarum est maior, & grauior alijs, vt de se patet. meritò &c.

Et hanc opinionem, quod in generali renunciatione non includa-
7 tur beneficium † cedendarum, sed requiratur specialis, & indiuidua renunciatio, tenet expresse Bald. in l. si diuisa. C. locat. ea notabili ratione, quia tale beneficium non nascitur tempore renunciationis, sed tempore resolutionis, & ampliat hoc tam in fideiussoribus fictis, vt correis, quam veris, quia actor facere debet, quod sibi non nocet, & alteri prodest, idest cedere iura, quod in practica dicit valde notandum Alexand. ad Bart. in l. si duobus, §. si a Titio, litera G. ff. de duobus reis in l. hi qui. ff. de fideiussor. Speculat. in titu. de renunciat. & conclusion. colum. 1. dicit quod communis practica instrumentorum introduxit vt singulariter nominẽtur ista quatuor beneficia, scilicet epistolæ Diui Adriani, nouæ cõstitutionis, de duobus reis, & cedẽdarum actionum, & dicit quod se habet communis consuetudo, quæ est fundata, quia sunt multum preiudiciales.

Quare pro resolutione consi-

8 randi sunt plures casus: † primus est quando in specie renunciatur nominando beneficium cedendarũ actionum, & hic casus est clarus & magis securus ex sententia Spec. superius citata.

Secundus casus est, quando fit renunciatio virtualiter, puta dictum est, beneficio nouæ constitutionis, & de duobus reis, & tunc virtualiter censetur renunciatum beneficio cedendarum actionum; nam noua constitutio est dispositio Authen. præsente. C. de fideiuss. quæ secundum Bal. ibi comprahendit beneficium ordinis, & cedendarum actionum. si igitur renunciaui nouæ constitutioni, ergo virtualiter beneficio cedendarum, & hæc opinio confirmatur hac ratione, quia quando fauore renunciantis requi
9 ritur speciale mandatum, † tũc sufficit indefinite, licet non exprimatur quid, & quantum ex doctrina Barto. in l. filiusfamilias num. 8. ff. de donationib. vbi ad donandum requiritur speciale mandatum, tamẽ sufficit si dicatur ad donandum, licet non exprimatur quid, & quantum, & ita per hanc rationem contra Rom. tenet Dec. consil. 27. pulchre Ias. in l. 1. num. 11. ff. si quis in ius vocatus non ierit.

Cui rationi posset fortasse respõderi, quod quãdo agitur de magno preiudicio prædicta conclusio Bar. non procedit. vnde Bartol. met ibi
10 idem limitat quod non procedit † ad adeundam hæreditatem, nec ad contrahẽdum matrimonium, quia agitur de nimio præiudicio. sequitur, & valde commendat Ias. in l. Titius, num. 4. ff. de liber. & posthum. sed in materia cedendarum actionum agitur de graui, & magno præiudicio, vt superius late deductum fuit, meritò Decij allegatio contra Roma. admodum stringere non videtur.

Secundo loco hæc opinio confirmabilis videtur ex regula, quod re
11 latum † est in referente cum omnibus suis qualitatibus l. asse toto. ff. de hæred. instituen. Bart. in l si quis seruum, §. fina. num. 5. ff. de lega. 2. in l. 1. in fine de receptator. Paris. consi. 19. num. 68. volum. 2. Crauett. consi. 88. num. 3. Socin. consi. 170. num. 33. volum. 2. Pedemont. 23. num. 41. Stracch. de Mercatur. titu. de mandat. num. 13. Bero. consi. 20. num. 9. volum. 3 Cæphal. consi. 16. nu. 32. Port. consi. 32. num. 17. Dec. consi 11. nu. 18.

Vnde cum renuncians retulerit se ad beneficium nouæ constitutio-
12 nis, † quæ includit exceptionẽ cedendarum: ergo per viam relationis illi censebitur hoc modo renunciatum. Et hanc opinionem tenet Dec. consilio 27 Neguf. de pignor. par. 5. memb. 3. num. 25. Vital. in tract. clausular. cap. fi. num. 3. dicẽs hanc opinionem tutiorem, licet ratio sua non sit quod virtualiter includatur, prout Dec. tenet, sed per specificationem nonnullorum beneficiorum præcedentium subijciẽdo postea clausulam omni legum, & iuris auxilio, operetur talem effectum. Soc. consil. 200. col. penult. in fi. Corn. consi. 51. colum. penult. in fin. volum. 2. & ita communiter obseruatur. Amad. de Castell. de sindicat. num. 208.

Sed bone Deus quot sunt homines renunciantes, qui nesciunt virtutem talium beneficiorum, &

quid

quid virtualiter includant, & appo nunt manus, & nesciunt quid agāt vnde prudenter, & considerate idē Dec.consil,352.num.7.dixit quod tales renunciationes fiunt, vt pluri mum cum parua causæ cognitione post Cardin.consi. 120.in fine, dixi in tract. locat. & conducti, par, pri, ma, quæstio. 2. de mercede omissa. num 20.

Et si per legislatores, & summos Principes fiunt tot laudabiles pro uisiones, cur amittunt istam, vbi de tāto præiudicio quotidie tractatur, & quod iudices, vel similes informarent: quid enim sit imperitia no tariorum de nouella constitutione & quid sit beneficium cedendarum illumina domine mentes principū aliquid viriliter prouidendum, & quod emanaret bulla, constitutio, vel pragmatica super hoc.

Tertius est casus quando simpli
13 citer est apposita clausula † omni legum, & iuris auxilio, & tunc sola non operatur talem effectum, vt colligitur ex supra citatis locis, & est casus quotidie in facto contingens.

In practica verò illud addam, qđ doctrina Bal. celebris in practica, in l. si diuisa. C. locat. nō procedit, nec habet locum, si renunciatio fiat pręsenti, quia licet ius cedendarum sit de futuro, tamen si renunciatio fiat præsenti includitur in generalitate verborum beneficium cedēdarum. ita declarat Corn.consil.51.colum. fina. in princ. volum.2. vnde ad cautelam bunum est præcedere specifi cationem nonnullorum casuum, subnectere clausulam generalem, omni legū &c. & procurare, quod fiat præsenti, & recipienti, &c.

Secundo loco principaliter per
14 clausulam † omni legum, & iuris auxilio videtur renunciatum bene ficio insinuationis. Corn.consi. 54. colum.3. vers. item dictus donator volum. 4. quia re vera loquitur in clausula remotio scilicet, non reuo care ex capite īgratitudinis aliqua ratione, modo, vel ingenio loquitur perfunctorie, & sine lege, vel ratione aliqua, prout videri potest. Gozad.consi.87. sub num. 13. vbi loquitur, quando est oppositum iu ramentum in renunciatione, prout etiam loquitur clarius Ruin. consi. 180.num.15. vol. prima, attestans, hanc esse communem * opinionem Roland.consi.93.num.41.vol.1.vi de tamen in proposito Ias.consi.51. in fi. vol. 1. qui velle videtur insinua tionis beneficium per statutum tolli posse, non autem per partium conuentionem.

Ampliatur hæc conclusio etiam si in loco adesset statutum, quod do nationes infra sex menses habeant
15 insinuari; nam renuncians † omni legum, & iuris auxilio videtur ne dum insinuationi de iure communi per illud verbum legum, sed etiā insinuationi statutariæ, per illud verbum iuris ne sit superflue appo situm. Ruin.consil.5 1.num. 20. & 180.num. 15. volum. 1. Gozad. dicto consi.87.num.13. Curtiun.cōs. 47.col.fin.

Pro qua opinione facit, quod sub
16 dispositione † generali non continetur id, de quo in specie est prospe ctum, l. cohæredi, §. qui patrem de vulgar. & pupill. l. vxorem. § felicis simo. ff. de legat. 3. l. Stichus in prin cip. l. alimenta. § basilicæ, ff. de aliment. & cibar. legat. l. doli clausula

de

de verb. obligat.l. sanctio legum. ff. de pœnis. Alexan.consi.25.col. fin. versic.sed quando, vol.1.consil. 11. col.2.in fin.vol.2.Ruin.consil.100. num.5.122.vol.2. Iason in l.talis scriptura,col.penult.versic. adde, ff. de degat.1.Dec.consi.14.num.5. versi. & ad hoc Zuccard. in In.nu.78. C.de pact.decis.Pedemont.167.nu. 2.part.1.

Sed aliquantulum periculosa videtur hęc R uyn. & aliorum decisio in materia statuti, de insinuatione loquentis, cum dicta clausula

17 † indefinite posita videatur referri ad tempus præsens,argumento,l. si ita,ff.de aur.& arg legat. sicque videtur renunciare beneficio statuti tunc competenti,non autem in futurum, quale est de insinuando infra duos menses, quod futurum respicit.

Quare crederem considerare posse duos casus principales, primus est, quando statutum loquitur per hæc verba, quod donatio excedens debeat insinuari infra tot menses, alias ex nunc sit nulla: tunc renuncians simpliciter omni legum, & iuris auxilio,comprehendit casum istum, quia retrotrahitur ad tépus præsens,meritò,&c. Clem. 1.cum gloss.de concess.præbendæ. Ang.& Ias.in l. 1.C.de codicillis. Doctores in l.huiusmodi,ff.de verb. oblig.in l.lecta,ff.si cert.petat. Guid. Pap.q. 588.Fely. in cap. licet causam, col. 4.notab.6.de probation.Socin.iun. consi.106 num.28.vol. 1.

Secundus casus est, quando in statuto non est clausula quæ retrotrahat ad tempus præsens, & tunc debet concipi renunciatio verbis magis prægnantibus scilicet, competenti, & competituro, alias non relevaret, Riminal.ad §.1.de dona. num.680. quare in instrumentis concipiendis caute practicandũ est.

Tertio principaliter per hanc clausulam omni legum, & iuris auxilio videtur renunciatum per mu

18 lierem † beneficio Velleiani. S. C. vt clare deducit Bart. in Auth.matri,& auiæ, col. 4.num.14.versicu. quid si non renunciauit, C.quand. mulier.tutelæ officio.

Ex quo habes in practica ad Bartol quod in renunciatione generali iuris, & legum auxilio non veniunt de secundis nuptijs, quia nõ est auxilium iuris, sed facultas, vn-

19 de aliud est beneficiũ † iuris, aliud facultas aliqua a iure concessa.

Idem Bart.in l.si sub conditione sub num.22.versic. quid si non renunciauit,ff.de testamentar.tutela. Alexand.consi. 11.num. 16.versic. pondero illa verba, vol. 2. vbi dicit hoc maxime procedere stante iuramento,idem Alex.consi.34.num.5. vol.4. Aret.consi.33.col.4. vers.venio ad tollendum autem.

Ex quo habes in practica, quod tunc dicitur in genere cogitatum

20 † de aliquo beneficio, quando eis generaliter renunciatur, dicendo, renunciat omnibus legum, & iuris auxilijs siue sit maior,siue sit minor,siue masculus siue fœmina, eandem opinionem tenet Soc. consilio 200.col.penult.versic. mouetur, cõsilio 103.col.fina.vol.3. vbi fortius hoc verum dicit stante iuramento. Rol.de lucr.dot.q.42.num.10.

Declara id quod de Velleiano di

21 ctum † est, quando per mulierem renunciatur de conscientia iuris, puta in susceptione tutelę, alias requiritur

requiritur specialissima renunciatio, Bald. in l. prima, ff. si quis in ius vocatus.

Quarto principaliter videtur per
22 hanc clausulam † renunciatum beneficio purgationis moræ. Dec. consilio 452. sub num. 18. Crot. in l. si insulam in fine. de verb. oblig. Gozad. consi. 57. nu. 19. vbi subdit hoc maximè procedere stante iuramento. Afflict. decis. 74. num. 4. versic. item est renunciatum.

Contra quam opinionem facere
23 videtur, quod † beneficium alicui concessum miserationis gratia nō tollitur per verba generalia, egregie Cyn in l. 1. C. quando Imperator inter pupillos, & viduas, inferés ex hoc vnum quotidianum, & multum practicabile, quod si Princeps mandat solui collectas, datia, & impositiones per quoscunque, reuocãdo, & annullando omnes, & singulas exceptiones, & priuilegia, etiam cum clausula tenores, & compendia, tamen per hæc verba non intelliguntur sublata priuilegia, & exceptiones concessæ pauperibus, & miserabilibus personis, sed requiritus nedum specialis, sed specialissima mentio, dicens in facto pluries habuisse. Quod ni fallor facit ad intellectum bullæ sanctissimi Domini nostri Clementis Octaui emanatæ super bono regimine, vbi tollit, & annullat omnes exemptiones a communitatibus concessas super solutione datiorum an per illa verba censeatur sustulisse priuilegia pauperibus, & miserabilibus personis concessa, Tudertini vocant *carte di pouertà*.

Et hoc dictum Cyni inferens ad renunciantem pro singulari commendat Bald. in l. prima, ff. si quis in ius vocatus. pulchrè Roma. consilio 269. Imol. in cap. significantibus, de offic. de legat. Signorol consilio 176. columna secunda, versicu. sed in casu, & 230. post medium versicu. Titius locuples. Cardi. consilio 136. Tiraquell. ad l. si vnquam in princip. numero 120. Pute. decisione 465. numero secundo, libro secundo.

Sed ista ratio, licet videatur pulchra, dubitationem mihi facit, quia Cyn. loquitur in principe derogante, quia præsumitur velle præiudicare tertio quanto minus fit possibile, quod Bald. postea extendat ad personam met priuilegiatam, quæ ore proprio renunciat, puto cogitandum.

Hoc autem dictum Bal. adeo verum videtur, vt nec accedente iura-
24 mento censeatur sublatum † beneficium purgationis moræ inductum gratia miserationis, sentit Pute. licet per viã disputationis, & discursus, decis. 465. num. 3.

Pro quo facit, quod iuramentum
25 † non auget obligationem sed ei tãtum infra limites suos manenti addit obligationis uinculum, arg. l. titius, in fi. ff ad treb. Bal. in l. si procurator col. 3. ver. & pdicta sunt vera, ff. de cond. indeb. & superius dixi.

Secundo loco contra hanc eandẽ opinionem mihi facere, videtur argumentum, quo ad aliud propositũ vtitur Bart. in repet. l. 1. sub num. 9. col. 6. versi præterea de offic. procurator. Cæsar. quod non est verisimile, quod per verba generalia qs velit facere magnũ prriudiciũ, prout esset si per generalẽ renũtiationem tolleretur purgatio moræ, ad idem

Dec.

Dec.consilio 203.& 236.colum.2. Corn.consi.27.volum.4.late Bero. quæst.125.

26 Hinc generalis clausula † promittens habere ratum, gratum, & firmum, non tribuit ea, quæ requirunt speciale mandatum, quia verba generalia nimium præiudicaret glosſ. in l.si procuratorem absenté, ff.de procurat. vbi Ang. reputat eá glosſ.singularem. Iaſ.in l si indebitam, ff.de condit.indebit. Alexan.in l.qui bona, §. si alieno colum. pen. ff.de damn.infect. Iaſ in l.si procurator.C.de procurator. consil.134. libro 3.in l.transactionis, C.de trásact.,& hęc est verior, & magis recepta * opinio.Didac.var.resolut.libro 1. cap.6. vers. septimo forsan. Addo Boer.decis.283.num. 17.Ioseph.de Ludou.conclusio 30.col.4. ampliat.8.versi. contrarium.

27 Tertio clausula † in fine posita venit ad executionem contractus, vnde illius dispositionem alterare, nec augere debet Clemé.1. in fine de præbendis, quem textum ibi Abb.multum exclamat,& dicit se alibi nescire Imol. in cap. quoniam Abbas colum.fina. de offic.delegat. commendat Alexan. in l.moræ,colum.5.de iurisdict.omn.iudic. post Bald.in l.eam, quam col.12.C.de fideicommisſ. Abb. in cap. cum nostris, colum.2. de concesſ præbend. Imol.in l.qui Romæ.§.duo fratres, colum.8. de verbo oblig. Castrenſ. consil.132.Roman.consi. 498.col. fina.Iaſ.in l.ius ciuile,nu. 8.de iust.& iur.Dec.consil. 195.num. 3. clarius consil.305.num.8. Socin.consilio 232.colum. 2. versi. prædicta, volum.2.Alexan.conſ.21.num.21. volum.7.pulchre Crauet. conſ.25. 28 num. 1. vbi clausula † in fine posita confirmat actum, vel supplet defectum solemnitatis, non tamen mutat naturam ipsius. Dec. consil. 2.in fi.470.num.4.Riminal. consil. 79.num.24.consil.88. num. 12.ad principium de donat.num.24 Cæphal.consil.25. post num.42. vnde dicta clausula renuncians omni legum,& iuris auxilio operabitur validitatem actus, non autem, quo ad contrarium effectum, quod contingeret si tolleretur purgatio moræ, quæ respicit validitatem, & obseruantiam, vt bene considerat Cæphal.d.consi.25.

29 Quarto, quia renunciatio † est stricti iuris, & semper eam recipit interpretationem, vt noceat renuncianti, quanto minus sit posſibile. Calderin.consil.5. in fin. in titu. de verb.signific. Dec. in l.postquam liti, num.16.C.de pact. Cardin.consil. 120. Titius obligauit in fine. Dec. consil.452.num.21.vbi nec in dubio præsumitur,& conſ.419. num. 9.462.col.2.495.num.19.625.nu. 6.Patiſ.consi.7.num.73.vol.2.Soc. consi.96. in fine, vol.1. Grat.respon. 66.num.18 vol.1.Crauett.consilio 200.num.10.& nunquam pręsumitur si alia interpretatio capi potest. Castré.cóſ.86 col.3.nu.6. versi.tertia ratio, vol.1.consi.179.col.3.sub num.4. versic. item non obstat, vol. 1.Bal.in l.Labeo,§. sed etiam, ff. de pact. laté Cæphal. consil. 25. vol.1. nec extenditur ad personas expresſas.Dec.conſ.379.col. 2.452.num. 21.625.num.6.Tiber.Decian.consilio 8.num.75.vol.3.laté Rimina. de dona.§.1.num.638.& 681.Quare aut. ista opinio est verior rationibus prædictis, nulla facta specificatione

tione aliorum casuum, quo casu crederem extendi ad similes expressis, & non vltra, alias simpliciter loquendo crederem priorem opinionem veriorem per prędictas rationes.

Quinto per clausulam omni legum, & iuris auxilio conductor † re
30 missionem petere non poterit prout Deo duce latius dixi in tract. locat. & conduct. titu. de remiss. merced. vbi videre placeat.

31 Sexto per hanc clausulam † censetur renunciatũ beneficio ne quis conueniatur vltra quam facere possit. Corn. consi. 128. col. 3. vers. confirmantur prædicta vol. 3. quod appellat pulcherrimum dictum Gozad. consi 69. sub num. 20.

Et vide consil. Cornei, quod loquitur cum multis requisitis, nec simpliciter, & vnum semper præsupponit quod multa concurrant, prout videri potest.

Sentit etiam in eo cõsilio vnum aliud ad propositum istud, quod in contractibus veniunt maiora expressis dicens hanc esse communẽ
* opinionem.

Septimo censetur renunciatum
32 beneficio † confectionis inuentarij. Corn. consi. 41. vers. confert vol. 3. Gozad. consi. 69. col. pen.

Et istum casum non reperi positum a Roland. nec Monticulo de inuentario hæredis, & est notabile verbum, & valde periculosum in infelici hærede non certiorato, & ego si iudex essem per tempus cogitarem, nam istæ renunciationes destruunt mundum.

Octauo per hanc clausulam
33 † omni legum, & iuris auxilio cẽsetur renunciatum beneficio, l. plerique. ff. de in ius vocand. vt per Iaf. ibi limitat. 19.

Et nota, quod partes conuenire possunt, & illud tollere, non autem ea, quæ respiciunt ordinem iudicia
34 rium. vnde non valet pactum † vt quis possit capi personaliter propria auctoritate creditoris, vel iudicis, quia tolleretur ordo iudiciarius, secus in his, quę non respiciũt ordinem iudiciarium, quia tũc per partes conueniri poterit, pulchre Angel. in l. nemo potest. de legat. 1. quod dictum valde singulare appellat Alexã. in l. quia tale. §. eleg. nter sub nũm. 19. vers. in hoc passu, ff. solut. matrimon.

Vnde in istis renunciationibus, pactis, & conuentionibus animaduerti debet si peruertitur ordo iudiciarius vel non, nam si peruertitur nihil operatur.

Præterea aut istud ius non capiendi in domo propria est inductũ miserationis gratia, vel ratione exuberantis fauoris, vel ratione reuerẽtiæ, sed neutrum istorum per verba
35 † generalia tollitur, vt supra dixi, ponit Cyn. in l. 1. C. Imperator inter pupillos, & viduas. Bald. in l. 1. si quis in ius vocatus. pulchre Rom. consil. 269. & de iure reuerentiali posui in tract. de iuramento litis decisorio quęst. quinta. 12. q. principalis numero 20. vnde quis renunciabit patiendo se capi non per verba generalia.

Nono per hanc clausulam cense
36 tur renunciatum beneficio † ordinis. Guid. Papæ. q. 367. dicens ita pluries vidisse in parlamento iudicatum, & loquitur quando facta est aliqua specialis enumeratio casuũ, & postea subijcitur clausula generalis,

talis, prout pro maiori parte occurrit. Tiraque. ad l. si vnquam in principio sub num. 117.

Decimo censetur renunciatum
37 beneficio † diuisionis. Aret. consil. 33. col. penul. in prin.

Ampliatur tam in beneficio ordinis, quā diuisionis, siue talis clausula sit posita per principalem, siue per procuratorem ad fideiubēdum simpliciter constitutum, & ita est consuetudo. Bart. in l. si fraudator. ff. quæ in fraud. creditor. Bald. in rubric. C. eod. titu. colum. fi. Panorm. in cap. 1. columna nona, vt lit. non contest. Imol. in capit. cum olim, il primo, de offic. de leg. Ias. in l. certi condictio, §. si nummos, num. 20. ff. si cert. petat.

38 Vndecimo beneficio † non incarcerandi, vt per Bartol. in Authent. matri, & auiæ, columna penult. & ibi Salicet. Socin. consilio 126. columna secunda, versic. confirmantur, volum. 1. sentit Dec. licet non multum clarè in l. fœminæ, numero 74. ff. de regu. iur. Boer. decisio. 249. num. vndecimo, Ias. in l. penul. num. quarto, ff. cert. petatur. Franc. in capitu. 2. de iudic. in 6. Ioan. de Plat. in l. nemo carcerē. C. de exact. tributor. libro 10. Caccialup. de debitor. fugitiu. quæst. 6. Bald. de carcere capit. primo, numero tertio, Socin. regula. 229. limitat. 2. 289 fallent. sexto, consi. 180. libro secundo de citatione, artic. 5. num. 39. fallē. 16. Rebuff. ad Reg. constitut. part. 1. de literis obligator. articul. 9. glo. 3. num. 32. Bald. Nouell. de dot par. 7. priuileg. 5. Marsil. singul. 248. Gomes. in cap. mulieres, numero decimotertio, de iudic. in 6. Boet. in l. cōsentaneum, num. centesimoquarantesimoprimo, C. quomod. & quand. iudex. Mant. in l. 1. C. de offic. diuer. iudicum.

Considera tamen, quia Doctores loquuntur in casu in quo cum renunciatione concurrat aliquod officium annexum renuncianti prout in muliere tutrice Doctores loquūtur, & hoc ideo, ut officium iniunctum facilius executioni demandari possit: simpliciter tamen non video hanc clausulam habere istum effectum, quare cogitari poterit.

Dicitur vlterius, quod tali priuilegio per mulieres non videtur renunciari posse vti generaliter inducto in fauorem sexus, non particularis personæ, prout dicitur de Doctoribus, Clericis, & similibus, de quibus in capitu. si diligenti de for. competen. Duen. regul. 100. clerici ampliat. 1. & ita sentit Socin. in d. l. plerique num. 14. Barbat. in cap. lator, num. primo, de pignor. Borgni. de tut. & curat. num. 322.

Vnde succedit conclusio, quan-
39 do † priuilegium est inductum in honorem, & reuerentiam personæ, vel sexus, renunciari non potest. Baldus in l. 1. sub num. vigesimooctauo, C. qui bon. ceder. possunt. pulchre Gabriel Sarain. in addition. ad Matthesil. singul. 108. Mainer. in l. quo tutela, num. 122. de reg. iur.

Duodecimo renunciatum censetur per clausulam omni legum, &
40 iuris auxilio † exceptioni simulationis. Gozad. consilio 69. numero decimonono.

Quæ conditio vera est, & procedit accedente iuramēto, puta quod iurauit omnia, & singula vera esse, & in nullo facere, vel contrauenire &c. Imol. in c. cū contingat, mēb. 2.

&

& iterum memb. 10. de iureiurand. Bald. Nouell. de priuileg. dotis par. 10. col. 3. & 4. Marsil. singul. 324. 327. 474. Ruin. consilio 189. col. 6. in fine, num. 22. 215. colum. 6. nu. 14. volum. 1. Afflic. decis. 60. dicens hanc opinionem sępius per sacrum concilium approbatam. Grammat. decisi. 45. in princip. decisi. 89. decisio. 103. num. quarto. Curt. iun. consilio 74. num. quarto. Bauer. de iurament. effect. 64. Cremens. singul. 152. Anto. de Petrut. in repetit. l. 1. num. 286. de iureiur. Gomes. in §. item si quis in fraudem, columna 2. de action. Socin. iun. consilio 50. volum. primo. Gozad. consilio 42. colum. quarta, & consilio 69. Natt. consilio 496. columna 2. num. 6. & hæc est vera, & magis communis * * * * opinio. Socin. consilio 82. vol. 3. Dec. consilio 536. Curt. iun. consilio 108. num. 13. pulchre Viuia. opinio 185. parte prima, vbi expresse firmat hanc opinionem: dixi ad regu. cum quid, parte quarta, limi. 3. cum sequen.

Ampliatur notabiliter, vt nec absolutionem a iuramento petere
41 possit, qui iurat † omnia, & singula &c. prout in instrumentis ordinariè apponitur. Ias. notabiliter in l. nemo potest in 1. lect. num. 47. de legat. primo, ea ratione, quia si primo quis iurauit omnia, & singula vera esse petendo postea absolutionem, & sic resolutionem istius promissionis facit se ipso facto periurum, & sic allegat turpitudinem suam: sequitur, & commendat Grammat. decisione quadragesimaquinta, num. 2.

Declarantur prædicta vera antequam incipiat constare aliquo modo de simulatione, sed postquam aliqualiter incepit constare de ea, tum poterit non obstante iuramen
42 to de simulatione † opponi, vt per longum discursum tandem concludit Seraphin. de iuramen. priuileg. 59. Detegitur autem simulatio, vel incontinenti ex apparentia instrumenti, quia inter personas prohibitas, puta maritum, & vxorem, clericum, & concubinam, & similes implorando iudicis officium, vel quia de facto iam admissus fuit, vt deducit Seraphinus in citato loco.

Practicando cautus eris exhibere, quanto citius instrumentum, quod prætenditur simulatum, vt ex eius lectura saltem constet fumus prætensæ simulationis, vel implorare iudicis officium.

Vlterius, debet de simulatione
43 † opponi in specie; nec sufficit allegare simulationem in genere. Bart. consilio 65. Bald. in l. ab Anastasio. C. mandat. Alexan. consilio 111. in principio, volum. 3. consilio 28. colum. 3. vol. 5. Dec. consil. 36. col. 4. plenius, consi. 463. col. 2.

44 Pręterea, iuramentum † in contractu simulato non repellit hæredem, neque tertium. Ripa. in l. nemo potest, num. 78. de legat. 1. Pedemon. 42. par. 1. nu. 7. dixi ad regu. cum quid, par. 4. limit. 8.

Principalis igitur dato aliquo fumo, tertius, & hæres audiuntur data exceptione simulationis.

Practicando autem ea videtur
45 formula † pręgnans, & vtilis, renunciauit insuper idem A. omni, & cuilibet exceptioni doli mali, vis, metus, fraudis, læsionis, & machinationis, & mille ducatorum ex causa præmissa non habitorum,

M speique

speique futuræ habitionis præsentis contractus non sic, vt præmittitur facti, aut plus, vel minus fuisset factum, dictum, aut reiteratum, omnibusque alijs, & singulis exceptionibus, quomodo libet competentibus, & specialiter iuri dicenti renunciationem non valere.

Et hæc est æquior, & verior opinio, medio iuramento. Fely. in cap. si diligenti, num. 28. de for. competent. Gallesi. de form. camer. part. 4. quæst. 2. num. 4.

O bone Deus pulchra est, & vtilis renunciãdi formula, sed quis eam intelliget? etiam iurisconsulti in ea laborarent, vnde considera, quid in alijs in præcipitoso cursu sermonis, qui dicitur, est renunciatio? dolus renunciantis: quid est renunciatio? damnum graue renunciantis: quid est renunciatio? obcæcatio renunciantis, prouident prudenter superiores contractibus mulierum, vel minorum, cur non renunciationibus tam præiudicialibus?

Decimotertio censetur renun-
46 ciatum † beneficio, l. de his, C. de transact. Alexand. consilio 11. columna quarta, volum. secundo. Soc. consilio 200. colum. penult. volum. secundo, consilio 103. colum. final. volum. 3. Dec. consi. 452. col penu. Ias. in d. l. de his, colum. 4. Gozadin. consilio 69. columna 3. in fine. Soc. iun. consilio 116. columna antepenult. volumine primo, Corbol. de iur. emphyteot. limitat. quadragesima prima, num. 6.

Decimoquarto censetur renun-
47 ciatum beneficio † statuti de lucro dotis. Rol. de lucr. dot. q. 42.

Ampliatur hæc conclusio etiam si adessent duo instrumenta diuerso tempore confecta, ex quorum primo maritus, non impediretur lucrum dotis acquirere, & in secundo vsus sit verbis prægnantibus, promittendo restituere integram, vel totam dotem cum renunciationibus prægnantibus, nam isto casu non censetur renunciatum primo instrumẽto, & consequenter lucro dotis, ita in casu suo limitat. Dec. consi. 195. sequitur Menoch. lib. 6. præsump. 37. num. 20.

48 Et regulariter renuncians † omni legum, & iuris auxilio videtur renunciare iuri statutario, vel municipali. Roma. consilio 251. num. quinto, vbi ampliat etiam si ius municipale aliquid vltra ius commune disponit. Dec. consilio 252. num. decimonono. Marsil. de fideiussor. sub num. 35. Gozad. consilio 69. num. vigesimo, consilio 88. nu. decimonono. Ruin. consilio 51. columna septima, volum. primo, Borgni. decisio. secunda, num. decimosecundo, part prima. Seraphin. de iuram. priuileg. 49. num. 40.

49 Vnde iuris † appellatione venit etiam ius municipale. Rip. in l. hæredes, §. cum ita, num. 79. ff. ad Trebellian.

Decimoquarto censetur renunciatum beneficio compensationis. Ancharan. quæst. 2 in fine, vbi si dicantur competente, & competituro comprehendit compensationem postea superuenientem.

50 Decimoquinto, beneficio † præscriptionis. Bursat. consi. 330. num. 152. declarando, vt per eum.

Sic etiam renunciatum cẽsetur beneficio excussionis per hanc clausulam, omni legum, & iuris auxilio

Bald.

Bald.in l.1.col.3.C.de conuen.fisc. debitor. libro 10. Aretin. consilio 33.columna penult. in princ. Alex. consilio 32. colum. 3. consilio 34. columna 2.volum.quarto.Dec.in l. fina.columna quarta,ff.si cert.peta. consilio 27. colum. penult. Marsil. de fideiussor.sub num. 35. Roland. de lucr.dot.quæst.42.num. decimo sexto. Virgin. Boccac.de societ.officior.num.28.

Amplia in clausula cæterata, renunciantes &c. quę ita extenditur Curt.sen. consilio 6. si ita formularium loci extēdat.Magon. Rot.Florent. 38. & 45.in fine, & ita conciliantur.Guid.Papę.q.570.

Limita in excussione de præsenti,secus de futuro. Ruin. consil.98. num.6.volum.5.

Sublimita,nisi sit dictum verbis prægnantibus competenti,& competituro,prout superius in conclusione de insinuatione ex forma statuti diximus in hac quęstione relatione 2.

Et ex prædictis patet, & de facili 51 colligi potest, quod clausula † omni legum, & iuris auxilio multum operatur, sed vt plurimum non sola,sed cum speciali enumeratione alicuius casus pręcedentis, & ita semper erit bonum facere, sed melius erit, & magis cum honore, & conscientia,vt certiorentur renunciantes de potētia clausulæ, & quid operetur, & quod pręiudicium faciat. O summi Principes iustitiæ fautores,& ætatis,sexus, qualitatis cuiuscunque personæ conseruatores,si tot alia bona vestris constitutionibus fecistis,quæso prouidete dum fiunt renunciationes,quia pro maiori parte renunciantes nesciūt, quid dicant, odio habuerunt leges, dolum, machinationes, & simulationes,& vbi maior deceptio,quam in istis renunciationibus? nec confidatis in notarijs, quia loquuntur, & nesciunt,nesciuntque quid dicāt & vos o iudices quando auditis aduocatum informantem, & fundantem intentionem suam in aliqua clausula, credatis clausulam a iure habere multam virtutem, sed diligenter perquirite circa voluntatem contrahentis, vel disponentis: o quot bona,quot vtiles effectus facietis, veritatem certe Deo gratam inuenietis.

52 Sed nunquid renunciatio † principalis nocebit fideiussori? vtique non.Ioan.Faber. in Authent. hoc si debitor.C.de pignor. Guid.Pap.singular.822.

QVÆSTIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussori, de iudicio sisti competit beneficium excussionis, cū declaratione numero 3.*

2 *Exceptio excussionis duplex, alia ordinis, alia executionis, prima opponi debæt ante sententiam, secunda non.*

4 *Fideiussor de iudicio sisti non est proprie fideiussor, nec comprehenditur in statuto loquente de fideiussore, cum principaliter obligationem suscipiat.*

Declaratur nu.5. & 6.

7 *Fideiussori de iudicio sisti quando detur beneficium excussionis, & non.*

8 *Fideiussor in criminalibus non habet beneficium excussionis, sed officio iudicis*

iudicis proceditur contra eum executiue.

9 *Fideiussoribus quando quis in criminalibus sit relaxandus, vel non, & ibi quid vbi pœna est arbitraria iudici, & num. 10.*

11 *Pœna vbi est arbitraria in materia fideiussionis præstandæ, attenditur qualitas criminis, & consuetudo iudicis, & fori.*

12 *Fideiussor quo casu etiam in capitalibus interuenire potest sine periculo iudicis.*

SED nunquid fideiussor de iudicio sisti habet beneficium excus-
1 sionis † pariter hæc questio est practicabilis, & quotidiana, prout ferè omnes in tractatu excussionis dicunt, & refert Roderic. Soarez. inferius allegandus, quod pluries habuit in facto.

Et primo videbatur dicendum, quod sic ex gloss. celebri, & singulari in Authen. de fideiussor. in principio, vbi enumerando quinque species fideiussorum dicit omnibus competere beneficium excussionis.

Et si dicatur exceptio excussionis debet opponi ante sententiam, vt suo loco dicam, respõdetur quod
2 exceptio † excussionis est duplex, alia ordinis, alia executionis: prima opponi debet ante sententiam, non autem secunda, & ita respondet Bal. tenendo hanc opinionem in l. fin. §. fi. C. de vsur. rei iudicatæ, & hanc opinionem dicit de iure veriorem Alexand. ad Barto. in rubric. ff. iudicat. solui, sub numero quinto, litera A. Ruin. consilio 98. columna finali, volum. 5. Ioan. Faber. instit. de satisdation. in principio. Speculat. in titu. de dolo, & contumac. §. fina. versicu. sed pone; licet aliquantulum obscure. Angel. in Authent. de fideiussor. in principio numero tertio, sentit Ias. in l. si fideiussor, §. in fideiussorem, numero tertio, ff. qui satisdare cogant. Anton. Gabriel. de fideiussor. ampliat. 17. numero 34. licet in eadem conclusione, numero 86. contrarium teneat, nec figat pedem.

Et hæc est hodie vera, & magis communis opinio. Rod. Soarez. ad l. 2. fori titu. de los emplazamentos, §. quæritur vlterius sub num. 1. Vincent. Franc. decision. 208. numero quarto.

Limitatur primo loco conclusio in eo, qui promisit sistere in iu-
3 dicio eum, † qui non erat obligatus sistere. ita tenet Bald. & Angel. in supra citatis locis, & est ratio, quia tunc non est propriè fideiussor, ex quo intercedit pro eo, qui non erat obligatus, & ad hoc iuuat gloss. notab. in Authent. de fideiussor. in principio in verb. fideiussorem, quod in expromissore non habet locum beneficium excussionis. Bald. hoc ualde commendans in l. in personam, §. primo, numero secundo, ff. de pact. & expromissor est qui promisit alium iudicio sisti. gloss. magna in l. secunda, ff. qui satisdar. cogant. Bello. in rubrica. de fideiussor. numero tertio, Angel. & Alexand. in l. stipulationum alię, §. stipulatio cum gloss. ff. de verborum obligationibus, vbi hoc dicunt valde notabile, & singulare.

Et secundum prædicta potest intelligi gl. in l. 2. §. si quis alijs, ff. qui satisda. cogantur, vbi dicit, quod fi-
4 deiussor † de iudicio sisti non est

propriè

propriè fideiussor, cum principaliter obligationem suscipiat, & in l. in eo, §. nemo, ff. de requiren. reis, gloss. in l. si Bassatoram in princip. C. de fideiussor. & in rubri. ff. in ius vocati, vt eant.

Vnde statutum, vel alia dispositio, in qua verba propriè, & strictè accipi debent, non comprehendit fideiussorem de iudicio sisti.

5 Declara hoc verum in eo, † qui fideiusserat de iudicio sisti, pro eo, qui non erat citatus; tunc enim nō est propriè fideiussor, vt loquuntur prædicta, secus si quis fideiubet de iudicio sisti pro eo, qui iam fuerat citatus, & sic cogi poterat officio iudicis, ita sentit Alex. in d. §. si quis. propè finem versicu. mihi placet, & est de mente Castrens. & Ias. in dicto loco.

Idem crederem verum esse posse si realiter non erat citatus, sed facta præparatio in processu, & habita notitia, fuerit præstita fideiussio, prout sępè contingit, quod præuenitur, & practica obseruat.

Limitatur secundo loco principaliter, vbicunque agitur contra

7 fideiussorem, † vt sistat reum, nam ad hoc cogi potest officio iudicis, nec habebit beneficium excussionis; non enim in actu pręsentandi personam dari potest excussio, cum hoc præcisè inducat, secus si conuenitur ad interesse, quia non sistit. ita Bald. & Alexand. in d. §. si is per textum in l. eum pro quo, ff. de in ius vocand. Bald. in l. 1. C. de conueniend. fisc. debitor. lib. 10. vbi eleganter loquitur.

Limitatur tertio in causis criminalibus, in quibus fideiussor non

8 habet beneficium excussionis, sed officio iudicis proceditur contra eum executiue, probatur in l. si quis reum, ff. de custodia reorum. Bald. in d. §. si quis his, & ibi Roma. & Iacobi. num. quinto. bene facit, ni fallor, textus, in Cano. cum homo vigesimatertia, quæst. 5. vbi dicit, quod fideiussor in causa criminali non potest interuenire, & sic licet fideiussor promittat præsentare reum mortis, quia ille veniebat puniendus, tamen fideiussor debet puniri pecunialiter arbitrio iudicis executiue, & sic non habet beneficium excussionis, circa quam glos. notandum est, quod aut pro crimine venit imponenda pœna mortis, vel corporalis, & tunc non est quis

9 fideiussoribus † relaxandus, aut nō venit imponenda pœna corporalis, & tunc est fideiussoribus relaxandus. Bald. dicens hoc in practica notabile in l. prima, C. ne fil. pro patre. Felyn. in capit. contingit, il primo, de sentent. excommunicationis in cap. pastoralis, §. quia verò, nu. 15. de offic. delegat. in capit. cum venissent, numero quarto, de testibus. Iason in l. prima, numero nono, ff. de in lit. iurand. in l. non impossibile, numero secundo, ff. de pact. Salyc. in l. si filiusfamilias circa medium. C. ne filius pro patre. Bald. in rubr. C. res inter alios acta. Aret. in tracta. malefic. in verb. pro quibus versicu. primo. Marsil. de fideiussor. numero 206. Duen. regul. 33. limitat. tertia, & hæc est communis * opinio. Anton. Gomes. in capit. nono, delictor. numero octauo. Iul. Clar. §. fina. quæstio. 46. versic. in hac autem. Aret. in tract. malefic. in verb. fama publica, quæst. 10. num. 66. Marsil. cons. 16. nu. 28. in practica,

§.attingam, numero primo, Paulus Ghirland. in tract. de relaxat. carcerat. cap. de fideiussor reorum, num. 20. Bossi. in titu. de carcerat. fideiussor. relaxand. Roland. consi. 38. numero secundo, libro primo. Didac. variar. resolut. libro secundo, capit. octauo, numero octauo, versi. quinto principaliter, dicens hanc opinionem frequentissimo omnium calculo receptam: Menoch. de arbitr. iudic. libro secundo, centur. 4. num. 15. Eman. in suo Thesaur. litera C. numero 17.

Quid si pœna sit arbitraria? est casus hodie frequens, & quotidianus nedum attento iure communi, sed ratione bannimentorum, & bullarum summorum Pontificum vbi vltra pœnas expressas remittuntur aliæ in iudicis arbitrium, vnde latrunculatores auidi, & sitibundi statim recurrunt ad conclusionem illam, quod in arbitrarijs iu-
10 dex † potest extendere se vsque ad pœnam mortis, vt de magis * * cómuni testatur Marant. in Specul. part. 4. principal. num. 43. Dec. in capit. ex literis, num. 14. constitut. Bolench. in repet. l. capitalium, §. famosos, num. 29. de pœnis Viui. lib. 1. opin. 165. part. 1.

Non considerantes, quod contraria est benignior, æquior, & magis communis opinio. Afflict. decisio. 266. num. 6. Grammat. consi. 48. numero 2. Carauit. ritu 41. Iul. Clar. quæst. 83. versic. sed quarto. Eman. in suo Thesaur. litera P. num. 143. Bonacoss. in verb. pœna. Menoch. de arbitrar. q. 86. Ioseph. de Ludou. Rot. Lucan. 1. num. 26.

11 Tamen quando pœna † est arbitraria in materia fideiussionis præstandæ, attenditur qualitas criminis, & consuetudo iudicis. & fori. vnde si verisimile est, quod pœna sit corporalis. idem quod de corporali iudicandum est: si verò pecuniaria idem quod de pecuniaria; iuxta l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de infamibus, & ita resoluit Bald. l. 2. columna secũda, sub numero quarto, versic. aut pœna. C. de exhib. reis sequitur Aretin. in tracta. malefic. in verb. fama publica, sub numero 66. vbi Augustin. in addi. & clarius in verb. pro quibus, sub numero vndecimo, Marsil. de fideiuss. remissiue, numero 210. in fine clarè Soarez. de fideiusso. in caus. criminal. num. 4. & 25.

Verum Iacob. Menoch. est in noua opinione, dicendo, quod si iudex potest quod est plus, puta imponere pœnam quam vult, eligendo pro suo arbitrio, poterit etiam quod est minus habilitare sub fideiussione, ita ipse de arbitrar. casu. 303. numero 41.

Dico quod ex hoc per viam præambuli colligitur intentio iudicis, de qua pœna se resoluere velit, prout ad aliud propositum sentit Signorol. consilio 102. numero octauo, versicu. præterea ex qualitate facti, & multi iudices nolunt colligi eorum animum, nisi in actu sententiæ, vt dietim sub timore causam tractando, veritatem inueniant.

Vnum solum dicam in hac materia, quod potest dari, casus, in quo etiam in causa capitali fideiussor,
12 † interuenire potest sine periculo iudicis, scilicet, quod fideiussor nedum simpliciter fideiubeat, & promittat, sed cum clausula suscipiendo in se plenam custodiam dicti talis

lis tanquam prisonerius ipsius. hoc colligitur ex Salicet. in l. ad commentariensem, numero 3. ff. de custod. reorum.

QVÆSTIO XIX.

NVNQVID expromissor simplex habeat beneficium excussionis. posui superius quæst. præcedenti limitat. 1.

QVÆSTIO XX.

AN institor habeat beneficium excussionis? vtique sic tenuit simpliciter Alexand. ad Barto. in rubri. ff. iudicatum solui litera A. pro pè medium.

QVÆSTIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Mandator capitur duobus modis, & de vtroque ample.*

2 *Rogans pro alio in scriptura, vel in epistola, vel coram testibus, poterit vt fideiussor conueniri.*

NVNQVID mandator habeat excussionis beneficium. circa quod notandum est ad intellectum tituli, ff. & C. mandat. & ff. de fideiuss. & mandator. quod man-
1 dator † capitur duobus modis. primo pro eo, qui alteri mandat, vt fideiubeat, vel eum rogat, vt fideiubeat: ideo practica notariorum inoleuit, sciens se non teneri, sed teneri, & obligari volens precibus, & instantia talis debitoris, & ita accipitur in titu. ff. & C. mandat. inter alios modos ibi positos, & de hoc non tractatur in materia excussionis, quia reducendo ad practicam, si iste mādator, qui pariter est principalis debitor, & qui pecuniam cum effectu recepit conueniatur, quo iure dicere poterit, excutiatur ille, qui pro me intercessit, cum tota pecunia peruenerit ad istum, & ille non pro se, sed rogatus fideiusserit? mandator etiam dicitur ille, cuius contemplatione aliquid facio, & tunc mandator est vti fideiussor, puta si mihi mandasti, vt mutuarem Titio centum, & ego illi mutuaui, hoc casu teneris mihi ipso Titio non soluente tanquam fideiussor, vt declarat Castrens. in rubric. de fideiuss. & mandator. reprehendens Rogerium aliter tenentē, & isto casu competit excussio: nam si tu, qui mei contemplatione mutuasti Sempronio agas contra me, dicendo, ego non cognoscebā Sempronium, mutuaui contemplatione tui, volo a te, replicabit licite mandator excutias primo Semproniū, qui recepit, & postea agas contra me. ita vno verbo implicito tenet gloss. in Authen præsente in gloss. fina C. de fideiussor. nam dum textus ibi loqeitur per verbum generale intercessor exponit gloss. quod sub hoc nomine veniat mandator, & sic dispositio Authen. præsente. C. de fideiussor. vendicat sibi locum in mandatore. idem tenet gloss. in Authen. de fideiuss. in principio, in verb. fideiussorum. Ias. in l. fideiussor, §. si quis his, numero septimo, ff. qui sati sdar. cogantur. Bellon. instit. de fideiussor. in principio numero nono. Et est casus iudicio meo practicabilis, & frequens. rogat te amicus, *Tu di gratia dammi,*

ò scriui al tale, che mi presti cento scudi, tu per far seruitio lo graui. Teneris vti fideiussor, & habes beneficium excussionis.

Si rogantes amicos conuenirentur quandoque vti fideiussores, nõ sic de facili rogarent, & rogati negarent præsertim in hoc maligno tẽpore pleno æris alieni, & donationum latentium, vt nemo, nec de se ipso confidere possit. Vnde caue a
2 † rogando in scriptura, vel epistola, vel coram testibus, quia poteris conueniri vt fideiussor excussione facta.

Vidi in instrumẽto apponi quas pecunias mutuaui intuitu, & contemplatione Sempronij, ita asserentis ad effectum conueniendi vti fideiussorem.

Vnde habes remedium si amicus te rogauit conueniendi cum excusso principali debitore.

QVAESTIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Sponsor est qui pro alio non rogatus intercedit, & huic competit beneficium excussionis, num. 2.*

3 *Fideiubenti pro præsente, & prohibente nulla competit actio, nec mãdati, nec negotiorum gestorum, & sibi imputet, nu. 5.*

4 *Obedientia plus valet quam bonum opus factum contra obedientiam.*

6 *Expendens mala fide, & scienter in re aliena nullam habet actionem, & sibi imputet.*

7 *Fideiubẽti, & promittenti pro inuito & prohibẽte an competat beneficiũ excussionis.*

8 *Emẽti equum pro alio, & expendẽti plus quam sibi mandatum est, quæ actio competat.*

9 *Soluens pro inuito non potest cogere creditorem ad cedendum iura pro agendo contra debitorem liberatum.*

10 *Actio funeraria competit ei qui funerauit contra prohibitionem sibi factam.*

11 *Soluens pro redemptione personæ alicuius etiam inuiti, poterit repetere, quia publice interest homines viuẽtes conseruare.*

12 *Iudex poterit vendere bona alternatiue condemnati, ne incidat in pœnam corporalem.*

13 *Bona fideicommissi ad ecclesiam peruentura alienari possunt pro redimendo condemnato, contrarium verius, num. 15.*

14 *Negligentia, & culpa vnius alteri nocere non debet.*

16 *Bona fideicommissi quibus casibus poterunt alienari pro redimendo cõdemnato ex delicto, num. 17. Declaratur, num. 18.*

19 *Executor ad distribuendum in pios vsus, poterit pro redemptione carcerati etiam ex proprio delicto distribuere, quia non agitur de tertij præiudicio.*

20 *Medicus curans infirmum inuitũ petit mercedem,*

21 *Mutuatum scholari patre prohibente repeti potest cum duplici limitatione.*

22 *Soluens tributa pro alio, repetit.*

23 *Expendens pro necessitate alterius, repetit.*

24 *Contrahens cum institore domino prohibente, repetit, si dominus est factus locupletior.*

25 *Fideiubens animo donandi non habet*

bet actionem mandati: Quando autem fideiussio præsumatur animo donandi, numero 26. vbi quid in dote.

27 *Fideiussor intercedens animo donandi, conuentus non habet beneficium excußionis, cum non habeat actionem contra principalem.*

28 *Obligatio antidoralis est in multis potentissima, tamen non habet actionem, nec operatur effectum suum, cum quis pro alio intercedit nisi semel, num. 29.*

30 *Donatio quibus casibus præsumatur, num. 31.*

32 *Procurator adiuuans filium amici sui, vel eum cum cuius patre amicitiam habuit, præsumitur gratis facere, declaratur ibi.*

33 *Promittens ad sui commodum & vtilitatem, non habet actionem mandati.*

34 *Minor curatorem habens quo casu poßit pro suo procuratore fideiubere ita vt ei non competat restitutio, num. 35.*

36 *Dispositio, l. de die. §. fi. qui satis. cog. declaratur.*

37 *Mulier pro marito fideiubere, vel se obligare non potest, nisi in causa fundi dotalis.*

38 *Fideiubens pro alio suo periculo, non agit mandati, & sibi imputet.*

39 *Sponsor gaudet beneficio excußionis.*

SED nunquid beneficium excusſionis competit ſponſori? eſt.n.
1 † ſponſor qui pro alio non rogatus intercedit, ita glo. in authen. de fideiuſſor. in princ. exemplum, in l. ſi remunerandi, §. qui paſſus, in l. qui patitur, ff. mandat. vbi ſponſor dicitur quando quis ſe obligat, vel promittit aliquid pro te præſente, & tacente. vnde ſi te præſente, & tacente mandaui Titio, vt tibi daret decem, videris mihi mandaſſe, & ſic teneris actione mandati iuxta d. l. qui patitur. vnde in diffinitione non rogatus intelligitur quando ad tacẽtis, & non contradicentis commodum, & vtilitatem, & de ſponſore loquitur Cicero pro Quintio cur cæteri ſponſores, & creditores non conuenerint? idem ad Atticum, libro 1. Tulliola deliciolæ noſtræ tuum munuſculum flagitat, & me vti ſponſorem appellat, mihi autem abiurare ſatius eſt, quam dependere.

2 Et iſti habent † beneficium excuſſionis, vt per gloſſ. in citato loco, & in authen. præſente in gloſſ. fin. Iaſ. in l. fideiuſſor, §. ſi quis his, numero ſeptimo, ff. qui ſatiſdare cogantur. Bello. in princip. de fideiuſ. nume. 2. & num. 9.

Et in practica pro reſolutione materiæ quandoque quis fideiubet
3 † pro præſente, & prohibente, & nulla competit actio, nec mandati, nec negociorum geſtorum, l. ſi pro te, ff. mandat.

Ampliatur hæc concluſio etiam ſi eſſet operatio vtilis, & fructuoſa ad fauorem prohibentis, textus moralis in l. 3. §. in bello, ff. de re milit. vbi Accurſ. notat, quod magis præ-
4 ualet obedientia † quã opus bonum contra obedientiam. ad idem bonus textus in l. fi. C. de neg. geſt. vbi practicare docet imperator prohibitionem, ſ. denunciare in ſcriptis, vel ſine ſcriptura coram teſtibus.

Ampliatur ſecundo, vt ſi quis cõtra prohibitionem ſoluat, liberat debitorem facit rem gratam debitori ſatisfaciendo ipſum, tamen non datur

5 datur † repetitio, & imputet sibi, qui pro inuito soluit, ita pulchre Bartol. in l. si Stichum, §. si. ff. de nouat. Castren. in l. soluendo, sub num. 2. ff. de negot. gest. Cagno. in l. inuito, num. 4. de regulis iuris.

Vulgares, & multi naturales cōtrarium exclamant, quia fecit opus vtile, sed præualet prohibitio, quia nolo hoc beneficium à te.

6 Et ex prædictis infertur † ad regul. nam hoc natura, ff. de condict. indebit. & ad regul. locupletari, libro sexto, vt non procedat data culpa facientis, prout in eo, qui mala fide, & scienter expendit in re aliena, quia sibi imputet declarando, vt per Menoch. in 15. remed. recuper. possess. 537. cum sequent.

Secundo regula non procedit, vbi à iure est specialiter prouisum, prout in præscriptione non numerata pecunia, & similibus; nā ęquitas legis. Nam hoc natura est in genere, ne quis pro alio fideiubeat, vel soluat est in specie prouisum, per l. si pro te, & per l. fin. C. de neg. gest. meritò specialis prouisio præualebit regu. generi cum similibus.

Ad materiam igitur applicando, si pro te inuito, & prohibente promittam, vel fideiubeam competit

7 ne † beneficium excussionis? videbatur, quod non ex d. l. si pro te, & l. fin. C. de negoc. gest. sed hic responderi posset, quod dicta iura negant actionem, nos autem sumus in exceptione, quæ facilius cōceditur, l. per retentiorem, vbi Bal. C. de vsu. idem Bal. not. in l. 2. C. de fideiussor. Deo. consi. 297. colum. 2. & exceptio nititur maiori æquitate, quam actio, l. quia æquitate, ff. de dol. exception. §. certe de rerum diuision. Cagno. in l. inuitus, §. cui damus de regu. iuris. Vnde cū exceptio fundetur in ęquitate sicut excussio, prout suo loco dicam, meritò tali inuito se obliganti cōpetit beneficium excussionis.

Addo ad huius opinionis confirmationem, quod not. Cin. in l. fin. C. de neg. gest. quod si mandaui Ti-

8 tio, vt emat † equum pro decem, expendit quindecim, quia minus non potuit, quod licet pro eo plus non detur actio, datur tamen exceptio, & retentio ex æquitate legis; nam hoc natura commendat Ias. in l. naturaliter, §. fin. num. 4. ff. de condict. indebit. casus vtilis, frequens, & quotidianus.

Et sic limitari meo iudicio possent leges si pro te. C. mandat. & l. fin. C. de negoc. gest. vt procedant agendo, secus excipiendo, vel retinendo.

Ampliatur tertio, vt nec soluens

9 † possit cogere creditorem ad cedēdum iura pro agendo contra debitorem liberatum. l. e. nulla, & ibi not. C. de solut. Cautus igitur sit soluers pro inuito, & prohibente, quia liberat, non habet actionem negociorum gestorum, nec potest cogere creditorem ad cedendum iura.

Limitatur primo loco in actio-

10 ne funeraria, † quæ competit ei, qui funerauit contra prohibitionē sibi factam, l. at si quis, §. idē Labeo ait, ff. de religios. & sumpt. funer publice enim iterest corpora sepeliri, l. Neratius, ff. eod. titu.

Limitatur secundo in soluente

11 † pro redemptione personæ alicuius etiam inuiti: nam repetere poterit; sicut enim publicè interest corpora non remanere insepulta, ita homines viuentes conseruari argumēto

to, l. cum ratio, in fine de bon. damnat. Inn. in cap. cum C. laicus de for. competen.

Vnde si meus amicus erat in periculo vitæ, vel alicuius membri nisi soluerit centum, possum ego eo inuito soluere, et datur mihi repetitio ita Bal. in d. l. fin. numero 7. allegans solum in argumentum textum in d. §. idem Iabeo. si enim publice interest mortuos humari, multò magis viuentes conseruari idem singulariter tenet Bart. in l. si stichus, nu. 1. ff. de pecu. leg. Cagno. in l. inuito, numero septimo, de regul. iur. im-
12 mo, & † iudex etiam poterit vendere bona condemnati, ne incidat in pœnam corporalem, in qua conditionaliter erat condemnatus, vt tenet Alex. in addit. ad Bartol. in d. l. si stichus per l. cum duobus, §. idẽ respondit il secundo, ff. pro soc.

Ego vltra alios addo bonum locum in authentic. si captiui, vbi Castrens. num. 4. dicit esse textum notabilem, & singularem C. de episc. & cleric.

Et ibi etiam dicit, quod in isto ca-
13 sù bona † fideicommisso supposita ad ecclesiam peruentura alienari poterunt.
Quod dictum mihi videtur durum, quia culpa vnius alteri nocere non debet l. siue hæreditaria, ff. de nego. gest. & iniquissimum est ex facto vnius alium pergrauari, l. ex duob. in fine de neg. gest. l. 1. in principio, ff. de alienat. iudic. mutan. caus. fact. l. si quis in suo, §. legis. C. de inoffic.
14 testamento, & vnius negligẽtia † alteri nocere non debet, l. rem hæreditariam in fine, ff. de euiction. & iuri naturali refragatur, vt vnus ex facto alterius teneatur, legat. 1. C. vt nullus ex vsu libro 11. §. quoniam authen. vt nulli iudicum.

Addo bonum textum in lege nõ debet alteri, ff. de regulis iuris.

Verior igitur est contraria opi-
15 nio, † quod carceratus, vel condemnatus ex aliquo delicto non potest alienare bona fideicommisso supposita, & hæc est hodie magis communis, & recepta ** opinio. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum, nume. 67. vbi Mantua. nume. 64. de constitut. Soc. in l. Marcellus, §. res, quæ, nu. 4. ff. ad Treb. Ias. in auth. res quæ, n. 20. vbi Crot. num. 32. C. commun. de legatis Fernand. Loapezz. in l. filiusfamilias, §. diui, nume. 363. vbi Crot. num. 64. de legat. primo. Alexand. consil. 23. num. 14. libro primo. Curt. iuni. consilio 88. num. 6. Crauett. in respons. pro genero nu. 87. correlar. 39. Tiraquell. de legat. connubial. glo. 6. in fine Marzar. de fideicommiss. quæst. 40. Didac. var. resolut. lib. 2. capitu. 16. versi. tertio est Menoch. de arbitrar. cas. 182. nu. 45 & de præsumpt. lib. 4 presump. 192. sub num. 10. versic. secundum est. Mich. Crass. in §. fideicõmissum, quæst. 58. num. 2.

16 Declaratur primo in hærede † illius, qui deliquit vel substantiã consumpsit; nam si is ex facto prędecessoris in necessitatem incidit, poterit bona fideicommisso supposita alienare, quia ex facto sui auctoris Didac. var. resolut. libro secundo, cap. 16. pag. penul. versic. fateor tamen ex multis, quos allegat, qui licet clare non probent eius intentionem; tamẽ militat ratio, quia non est culpa propria.

Et licet Iacob. Menoch. dubitet, quia hæres non debebat adire, respon-

ſpondetur, quod fortaſſe hoc erat latens, præterea hæres adiuit, non per hoc ſequitur quin ſit factũ auctoris, cui prouidere debet, & non pro eo pati.

17 Declaratur ſecundo in filio, † & alijs deſcendentibus ipſius teſtatoris, pro quibus poſſunt alienari bona fideicommiſſo ſuppoſita, ſi committat aliquod delictum ad liberandum ſe à condemnatione, vel carceratione, ita Iacob. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centur. 2. caſ. 182. nu. 64.

Subdeclaratur, vt non procedat quãdo culpa eſt ordinata ad caſum,
18 & ſtudioſe filius † in culpam incidit: ſecus ſi non ſtudioſe, nec ex culpa præmeditata ad caſum quia ſaltem ſuccurritur per modũ eleemoſinæ, vt deducit idem Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſump. 192.

Et certe teſtator ſuppoſuit bona fideicommiſſo, ne ea eſſent criminibus, luxuriæ, & vitijs ſucceſſorum obnoxia, & vt plurimum in eorum teſtamentis, & diſpoſitionibus prouident patres & teſtatores nolentes in caſu delicti bona in fiſcum deuolui: conſidera tamen quod ſi pater viueret, & videret filium vel condẽnatum, vel pro quouis delicto carceratum venderet quæuis bona pro eo ſoluendo, & docet experientia, vnde coniecturandum eſt de fideicommiſſo ſuppoſitis, & vidi patrem in delicto commiſſo pro ſe vendere bona pro liberando filium.

Declaratur quarto quando non tractatur de auferendo iure tertij. vnde aliud eſt alienare bona fideicommiſſo ſuppoſita, quo caſu tractatur de prẹiudicio Tertij, & aliud
19 quod executor † ad diſtribuendum in pios vſus, nam iſte poterit pro redemptione carcerari etiam ex proprio delicto diſtribuere, quia non agitur de prẹiudicio tertij, & ita ex Alexand. limitarem in l. quamuis, nume. 11. ff. ſoluto matrimon. poſt Bald. in l. illud in princ. C. de ſacroſ. eccleſ. Dec. in cap. paſtoralis, §. verũ, colum. 3. de appellat. Anan. in cap. ſignificauit de iudæis in capitu. quæ in eccleſiarum, nu. 67. vbi Dec. col. penul. de conſtitut. Campeg. de dot. par. 3. quæſt. 12. Ioan. Lup. in rubr. de donat. §. 78. n. 30. & hæc eſt com-
* munis * opinio. Didac. var. reſol. lib. 2. cap. 16. ſub num. 9. verſ. contrariã ſententiam, & licet ipſe ibi diſtinguat per modũ eleemoſinæ, vel alio modo, prout etiam ſuperius tetigi, ſatis eſt quod in hoc caſu non tangitur præiudicium Tertij proprie, & in ſpecie prout in fideicommiſſo, licet in genere, & vide Ioan. Lup. in rubr. de don. §. 17. num. 17. allegans deciſionem in materia factã in Regali audientia.

Limitatur tertio loco materia legis ſi pro te & l. final. C. de nego-
20 cijs geſt. in medico † curante infirmum inuitum, de quo late dixi in tract. locat. & conduct. parte 2. q. 2. de Medico, ibi videre placeat.

Limitatur quarto loco fauore ſcholarium, & ſtudij, nam mutua-
21 tum † ſcholaribus patre prohibente reperi poteſt l. ſed & Iulianus, §. quod dicitur in verbo ſolebat, ff. ad Macedonian. Roman. & Alexan. in l. quamuis, num. 14. ff. ſolut. matri. Papienſ. in libell. pro hæred. vel re. ſingul. num. 17. Bal. Nouell. de dot. part. 6. priuil. 46. Socin. conſil. 286. num. 4. verſi. prima ratio.

Limita quando pater ſine iuſta cauſa prohibuiſſet, Bald. in l. Macedonia.

doniani.C.ad Macedon. Dec.in l.cũ filiusfamilias, in fin.ff.si cert. petat. Barbat.consilio 37.numero 11.volum.2.clarius Anan. in cap.primo, num.1.vbi Felin.num. secundo de magist.Horat.Lut.de priu.schol.priuileg.19. Vnde causa prohibitionis attendenda est.

Limitatur secundo, aut erat in studio voluntate patris,& tunc pater indistincte tenetur, aut contra voluntatem, & tunc saltem attenditur quid domi erat expensurus, & ad illud saltem tenetur deducendo, vt late per Rebuff. de priuileg. scholar. priuileg.58. Hodie similia priuilegia sunt vitrea.

22 Limitatur quinto in soluente † tributa pro alio, quia repetit. Alexan. post Cin.in l.fin.num.9.C.de nego. gest. qui loquitur stante statuto, vt in casu morę domus destruatur, tũc ne vrbs deformetur hoc permitti videtur, sed Doctor. in causis tributorum hoc passim admittunt,& firmant regulam aliud pro alio inuito creditore solui posse.Festas.de col lect.par.2.num.13.

Limitatur sexto in impendente
23 † causa necessitatiua, vt per Cin. & Alex.in d.l.fin.in fine.

Ergo sepultura, salus,studium,tributum operantur in inuitum.

Limitatur septimo vltra alios in
24 locis ordinarijs, in contrahente † cũ institore a me proposito me prohibente quatenus sim effectus locupletior l.si quis mancipijs,§.proculus,ff.de institor.vbi no. quod ibi attenditur regula locupletari cum iactura aliena. In interesse igitur pecuniario inuito beneficium non datur, secus si tractetur de salute animæ,vel corporis, Cagnol.in l.inuitus in fine de reg.iur. vel melius inuito beneficium datur in eo, quod tangat Ciuitatem,libertatem personam,vel vitam.Barto.in l.si stichus, num.1.ff.d. pecul.leg.

Quatuor igitur sunt supra volũtatem, Libertas, Vita, Ciuitas, Persona, Cõmodum pecuniariũ, quod omnibus præponderat.

25 Quandoque quis fideiubet † animo donandi.nec pariter habet mandati actionem,l.si remunerandi,§ si passus, ff.mandat.bonus textus in l. quod dictum ff.de pact.

Non reperi Doctorem ponentẽ,
26 quando fideiussio † præsumitur animo donandi,crederem tamen colligi posse animo donandi si merita præcesserint,l.si verò remunerandi, §.idem papinianus, ff. mandat. quẽ singularem dixit Ias.ad hoc in l. ex hoc iure,num.57,ff.de iustit. & iur. Bal.Nouell.in l.1.num.410. ff.solu. matrimon.Purpura.in l.cum quid, num.129.ff.si cert.petat. Curt.iun. consi.34.num.5.consi.54. num.13. Tiraqu. ad l.si vnquam in verb. donatione largitus,num.52.Fel.in ca. si cautio,num.5. de fid.instrument. Castr.in l.traditionibus. C. de pact. Mascard.conclu.552.num.46.pulchre Bello.cons.60.num.10.

Ampliatur etiam si fauor dotis concurrat,ita contra Bart.tenet Baldus. Nouell.in citato loco Ias. in l. quæ dotis,nume.25. ff.solutio.matrimon.

Declaratur,vt si merita transcendant,vel sint æquiualentia statur arbitrio iudicis. Tiraquel.de reuocan. donat. in verb. donatione largitus, numero 81. cum sequenti. Menoc. de arbitr.iudic.cas. 88.nu. 54. & cas.134.

Ex

Ex quibus credo ad propositum
27 inferri posse, quod fideiussor, † qui intercessit animo donandi, conuentus non habet beneficium excussionis, cum non habeat actionem contra principalem, vnde si vides fideiussorem intercessisse pro meritis receptis, præsumas id fecisse animo donandi, & sibi non competere beneficium excussionis.

Illud non omittam, quod dato quod si fideiussor intercedit animo donandi non habet mandati actionem, cur ex obligatione antidorali, quæ potissima est ex multis notabilibus effectibus, quos sigillatim enumerat Ias. ad l. ex hoc iure, num. 52. cum multis sequentibus, ff. de iust. & iur. non oritur actio contra principalem debitorem? Respondetur duobus modis ad intellectum dict. l. si remunerandi, §. qui passus, & l. si pro te, ff. manda. & l. quod dictum, ff. de pact.

Quod verum est, quod obligatio
28 † antidoralis est in multis potentissima, tamen non producit actionē, & vt bene probari videtur in d. l. quod dictum, & ibi sentit Ang. vnde instinctus naturæ naturaliter cogit me ad antidora: non tamen oritur actio, vnde in iudicio exerceri non poterit, & sic obligatio ad antidora non est actus iudiciarius. Secundo obligatio ad antidora nō operatur effectum suum, cum quis pro alio intercedit, vt sentit Angel. in d. l. quod dictum.

Vnde dum dicitur in d. l. si pro te, quod nec mandati, nec negociorum gestorum nascitur actio.

Ampliatur vt immo nec obligatio antidoralis: adeo igitur vera est intercessio pro vetante, & prohibente, vt nec nascatur obligatio antidoralis, quid igitur prodest pro inuito operari, nisi in casibus superius expressis, si non acquirit ad minus obligationem antidoralem?

29 Tertio obligatio antidoralis † nō producit effectum suum, nisi semel: vnde si cōtulisti in me beneficium, & ego in remunerationem me obligaui, ex quo feci in remunerationē non oritur obligatio antidoralis, cū semel sortita sit effectum suū prout occurrit in d. l. quod dictum. secundum Ang. intellectum,

Et sic habetur istæ notabiles fortasse limitationes ad ea, quæ ponūtur de effectibus obligationis ad antidora.

Secundo loco præsumitur dona-
30 tio † quando quis nō dubitans, sed certo sciens se non teneri, nec obligatum esse promittit, vel dat ex l. campanus, ff. de ope. liber. quam ita intellexit Ias. in l. iuris gentium, §. sed cum nulla, sub nu. 28. ff. de pact. post Are. & Alexand. in l. à Titio, ff. de verbo. oblig. Bello. instit. quib. mod. re contra. obligat. sub nu. 10. Curr. iun. consi. 56. num. 5. 131. nu. 4. Iacob. Menoch. de arb. iudic. cas. 88. num. 57.

31 Tertio donatio † præsumitur ratione amicitiæ. Bart. in l. cum quid, num. 11. & ibi clarius Castrens. eod. num. ff. si cert. pet. Bald. in l. 2. num. 2. C. de iur. dot. Fel. in cap. si cautio, num. 15. de fide instrum. Ruin. cōs. 100. num. 2. & 5. volum. 4. & ratione amicitiæ præsumitur, vt quis actui consentiat, & aliter non cōsentiret. Bald. Salicet. & alij in l. inuitus. C. de procur. Alexand. consi. 1. num. 17. volum. 2. Crau. consi. 237. versi. immo, vol. 1.

Hinc

32 Hinc procurator † adiuuans filium amici sui, vel eum, cum cuius patre amicitiam habuit, præsumitur gratis facere. Barto. in l. 2. num. 4. C. de negoc. gest. ex l. is qui amicitia, ff. eod. titu. & not. Bartol. in citato loco, quia restringit se in non solito locare operas suas.

Declara, vt conclusio de amicitia procedat tribus concurrentibus, de quibus dixi in tract. locat. & condu. p. 1. tit. de fruct. & lit. expens. n. 44.

Addo Moscard. conclusi. 552. nu. 57. Est magnum verbum temporibus istis etiam in minimo quadrãte: nam hodie quis vult esse amicus nedum cum amissione alicuius modicæ rei, immo semper cum fructu, ideo puto cogitandum ne amicitia conuertatur in odium.

33 Quandoque quis promittit † in rem suam, idest ad sui commodum, & vtilitatem, nec pariter habet mãdati actionem, & est tertius casus in allegato §. si passus, & est bonus, & notabilis textus in l. de die, §. 1. ff. qui satisd. cog. Ex quo cõtextu duo vtiliter colliguntur.

Primum est, quod licet minor 34 † curatorem habens nõ possit obligari sine curatore, alias obligatio sit nulla, l. si minor curatorẽ habẽs, quæ est l. 3. C. de in integrum restit. minor. vbi Alexand. exclamat esse textum meliorem de iure adhoc.

Limitatur tamen quando minor curatorem habens sine eius præsentia se obligasset in rem suam, idest ad propriam vtilitatem, & commodum fideiubendo pro suo procuratore, Specu. in tit. de defensor. Ciui. versi. sed pone fideiussor, & pro singulari exclamat Roman. Fulg. & Castr. in d. l. de die, §. 1. & est ratio, quia facit quod quilibet maior faceret releuando indemnem suum procuratorem, §. si verò aliquis institu. de satisdan.

35 Et ideo huic minori † isto casu nec restitutio competit, vt per Speculator. in citato loco, num. 3. Arg. & alij in d. l. de die §. 1. ff. qui satisda. cogant. vbi Alexan. num. 2. Ias. & Iacob. de S. Georg. eod. num. Cuman. in l. pupillus, num. 3. ff. de auctorit. tutor. Bellamer. in cap. auditis de restitut. in integrum. Rauenn. singul. 283. dicens esse casum admodũ notabilem. Rebuff. ff. de restitu. in integrum art. secundo. glo. 4. num. 26. & * hæc est communis * opinio. Sfort. de restituti. in integrum, quæst. 53. artic. 7. num. 30.

Considerandum autem puto ad duo circa præsentem illationẽ, primũ est quod in d. §. de die ponitur, quod ille esset minor, non autẽ verbum aliquod quod curatorem haberet, vnde tanquam quid facti probari deberet, lege in bello, §. factas, ff. de captiuis.

Secundũ est, qđ nõ videtur bona consequentia, fideiussit in rem suã, ergo non restituitur; valebit enim consequentia, quod ex fideiussore in rem suam obligetur à principio efficaciter, non tamen quin deducta læsione postea non restituatur.

36 Limitatur tamen dispositio † l. de die, §. si, ff. q. satisd. cogantur, vt nõ procedat stante statuto, quod minor vel mulier non possit contrahere sine consensu proximiorum, nam hoc casu nec in rem suam contrahere poterit, nec seruata forma statuti. Tiraquel. de lege connubial. quæstio. 8. gl. 5. Lamber. de contract. mulier. glos. prima, numero 50. vbi dicit

dicit ita tenendum.

37 Aliud vtile est, quod mulier † pro marito fideiubere, vel se obligare non potest, l. 1. & fin. C. ne vxor pro marito. authent. si qua mulier. C. ad velleian.

Limitatur nisi fideiubeat in causa fundi dotalis, ita dicit illum textum notabilem Ias. ibi num. 3. ad limitationem prædictorum iurium.

Sed ex quo textus, in dicta authẽtica si qua mulier, excipit obligationem in rem propriam, & causa fundi dotalis sit in rem propriã, nulla videt necessaria singularitas.

38 Quarto quis fideiubet † pro alio suo periculo, & pariter non agit mãdati, & sibi imputet, quia sic est actum l. si remunerandi, §. marcellus, vbi glos. ff. mandat. & sic bonũ est specificare vt fideiussio intelligatur periculo fideiubentis.

Ex quibus, ni fallor, apparet discussa quæstio de sponsore ad materiam, l. qui patitur, l. si remunerandi, §. qui passus, & lege si pro te, ff. mandat.

39 Sponsor † igitur gaudet beneficio excussionis, &c.

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum, & constitutor quid sit.*
2 *Beneficium excussionis competit constitutori.*

NVMQVID constitutor habet beneficium excussionis? est autem constitutũ † quando quis

1 simplici pacto nudo constituit se soluturũ id, quod ipse, vel alius debet, vt late deducit Ias. in §. in personam, institu. de act. num. 3. & 31. vbi quibus verbis concipiatur. &

2 vtique constitutori † competit beneficium excussionis. gloss. in §. 1. authen. de fideiuss. Alexand. ad Bartol. in rubr. ff. iudicatum solui, vers. quærit Dinus, Anton. Gabr. de fideiuss. conclu. 1. ampliat. 12. num. 29.

Addo Ias. in l. fideiussor. §. si quis his, ff. qui satisd. cogantur. Bello. in rubr. de fideiuss. nu. 9.

QVAESTIO XXIII.

QVÆRO, est delata hæreditas filio, an pater poterit adire ante filium. Vtiq; non. Bald. in lege 1. quæst. 6. num. 36. C. qui admitti, argumento, l. necesse, ff. de in diem adiectio.

QVAESTIO XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Debitor potest carcerari, non facta prius excussione bonorum, contrarium, num. 2. Primum seruat consuetudo, nu. 5.*
3 *Excussio ne deueniatur ad capturam facienda est per iudicem, etiam parte non opponente.*
4 *Bona fideiussoris computantur in bonis debitoris.*
6 *Variatio habet locum in remediis tendentibus ad vnum finem.*

PVLCHRA est quæstio, an

1 debitor † carcerari possit non facta prius excussione bonorum, & videbatur, quod sic ex l. 1. C. qui bo. ced. possint.

2 Cõtrarium † tenet gl. singularis, &

& ab omnibus commendata in l.3. §.tutores in verbo, vinculis, ff.de ſuſpect.tutoribus, vbi Bartol.eam ſummopere commendat, idem Bar. in l.1.numero quarto. C.qui bon. ceder. poſſunt in lege nemo carcerem, num.4. C.de exact. tribut. lib. 10.Bald.in l.1.in fi.verb. C.qui bo. ceder. poſſ.vbi exclamat gloſſ. in d. §.tutores, & dicit omnino videndã, & propter hoc dicit citationem requiri. idem Bald in l.ordo. numero 15.C.de execu.rei iudicat vbi dicit, quod in excuſſione poteſt creditor quam vult ex rebus ẽt optimã capere, idem Bal.in l.etiam, n.20. C.eod. Ang.in l.debitoribus, numero 3.de re iudicat.Bald.in l.final.in 1.lectu. num.1.ff.de in ius vocand. dicens eam, gloſſ.ſingularem, & non eſſe alibi; in addit.ad Spec.in tit.de executio.ſenten.in princip. Imol.in ca. Odoardus, de ſolut.Panorm.conſil. 42.colum.1.libro 2.Roman.conſil. 241.num.8. dicens illam gloſſ.eſſe ad hoc ordinariam. Caſt.in l.penul. in final. C.qui bonis ceder.poſſunt. Abb.in cap. quoad cõſultationem, colum.quarta, de re iudica. pulchre Alex.conſil.159.num.9.in fine cõſilij, volumine ſecundo, vbi dicit vlterius, quod excuſſio † ne deueniatur ad capturam eſt facienda per iudicem etiam parte non opponente. Iaſ.inſtit.de act.in principio nume. 90.Boer.deciſ.349. numero 7. parte ſecunda.Papienſ.in f rm.execut. ſentent.gloſſ.penult.poſt med. Bal. in ſua margarita, in verb. filiusfamilias, in tract.de carcer.queſtio.5. 3.quæſt.princip. Aret.in §. cum eo quoque, columna tertia, de action, & hæc eſt vera, & magis communis opinio, à qua in practica non eſt recedendum. Alexan. in l.a diuo pio, §. in venditione ſub numero octauo, vbi Iaſ.numero primo, ff.de re iudica. Rip.in l.obligatione generali, numero 20.ff.de pign. Felin.in cap.quoad conſultationem, columna ſeptima, ſub num.17.de re iudic. Brun.de ſceſſion.bonor quæſtio 16. 4.quæſt principal. Didac.var.reſolut. libro ſecundo, capitulo primo, numero ſecundo.

Amplia, vt excuti debeant bona fideiuſſoris quoque, & correi, quia
4 † vires eorum computantur in bonis debitoris, l.ſi plures, §.præterea, il ſecondo, ff.de fideiuſſor.quem dixit ſingularem Bal.in authen.hodie notab.1.C.de act.& oblig. in l.mulier, numero 2.de iur.dot.vbi ponit caſum valde notabilem de curatore diuite, qui dedit fideiuſſorem pauperrimum, & ſepe in facto occurrit Alexand.in l.ſi conſtante, columna ſecunda, vbi Iaſ ſub num.42. ff.ſolut.matrim.Marſil.ſingu.3. Roma. conſi.320.

Hodie tamen de conſuetudine
5 † non ſeruatur, ſed ſtatim deueniri poteſt ad capturam nõ excuſſis bonis.Bernard.Pand.de præſentat. inſtrumen.parte 4.declarat.11.f.501.

Aduerte ſi loquamur de conſuetudine generali, hoc non eſt verũ; ſi verò loquamur per multa ſtatuta localia, hoc videtur verum, & ita videtur velle Bar.in l.j.in fi.C.qui bo. ceder.poſſ.Caſtr.in l.4.§.ait prætor, n.4 de re iudic. Fel.in c.quoad conſultationem, n.10.de re iud, qui pro maiori parte allegantur ab eo.

Et in materia, vbi adſunt ſtatuta, electa vna via poteſt variare, &
6 redire ad aliam, quia † ſunt remedia tendentia ad vnum finem,

vt per Castren.in d.§. ait prætor, & ita quotidie practicatur per habentes instrumenta guarentigiata.Cas. in l.quamuis, in fine principij, ff.de pignor.action.

QVÆSTIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Excussio quod non habeat locum in dotis repetitione. Contrarium nu.3.*
2 *Excussio non requiritur vbi agitur de fauore Reipublicæ.*
4 *Muliere agente hypothecaria ad dotem, requiritur excussio, quia mulier in hoc nullum habet priuilegium. Secus quando agit Saluiano, nu.5.*
6 *Mulier vbi agit ad dotem ex tacita hypotheca, requiritur excussio, secus vbi agit rei vendicatione, n.7. idem quando agit ex remedio l.fi. C. de acquirend.possess num.8.*
9 *Excussio quo casu non habeat locum in dote.*

OCCVRRIT sæpius in facto, an in dotis repetitione ha
1 beat locum excussio. † Et primo videbatur quod non, quia vbi proceditur de bono, & æquo reiectis apicibus iuris non requiritur excussio, vt suo loco dicam, sed in causa dotis proceditur de bono, & æquo, meritò excussio non requiritur.

Secundo, vbi agitur de fauore reipublicæ nõ requiritur excussio,
2 † vt superius vidimus ex l.Moschis, ff.de iur. fisci, sed in dote tractatur de fauore reipublicæ, iuxta l.1 ff solut.matrim. meritò excussio non requiritur.

Et hanc opinionem tenet Rom. in l.si constante. ff.sol.matri. dicens ita consueuisse.Ioan.Lup.in cap.per vestras.§.34.

3 Contrariam † opinionem tenet glo.in l.vbi adhuc in verbo. qui potiora in fin.verb. vbi Bald. num.24. versic.sed statim, vbi Cin.q.11.Salicet.q.12.C.de iur.dot.Bartol.in l.si constante, in 2.quæst.3 q principal. num.72.vbi Ias.nu.mihi 200. dicit hanc esse magis communem ** opinionem, & ibi Crot.num.100.idem attestatur.Neg.de pig.in 1.membr. par.8.nu.23. dicens ab hac opinione non esse recedendum in iudicando, nec consulendo.Crauet.consilio 263.col.3. Roland.consi.9. num.5. vol.1. vnde dicebat Bald. in d. l. vbi adhuc, num.24. licet multa sint dotis priuilegia, tamen in excussione nullum habet priuilegiũ.Crot.pariter de communi, consi.107.nume.6. Bursat.consil.113.nu.35.vol.1.

Practicando tamen notandum est, quod non est necesse facere duo iudicia separata, vnum inopiæ, alterum repetitionis dotis, sed in eadẽ instantia vtrumque fieri potest. ita loquitur Grammat.decis.92. num. 17.Magon.Rot.Floren.68. num.2. Natt.consi.521.vbi bene loquitur: late pariter de communi Dida. var. resolut.lib.3.cap.18.versic.octauo.

Ego soleo in præsenti materia considerare plures casus secundum remedia à muliere intentata, quandoque mulier agit hypothecaria, &
4 tunc requiritur excussio, † quia mulier in hoc nullum habet priuilegium, & ita loquũtur omnes supra citati doctores, prout apud eos videri potest. Addo And.Gail.pract.obseruat.lib.2.obseruat.27. num.9. & 31.Vincen. Franc.decis.270. par. 2. attestans ita per Consilium Neapolitanum

litanum iudicatum. Thesaur. Pedemont. 53. sub nume. 4. Rom. consil. 187. versic. secundo quia Didac. in citato loco dicens hanc opinionem veriorem tam de iure Ciuili, quàm Canonico. Masinel. consi. 97. nume. 53. Natt. consil. 81. num. 1. lib. 1. decis. Perusin. 45. num. primo. Thesa. decis. 51. num. 4. Magon. Rot. Luca. 64. nu. 18.

Quandoq; agit mulier Saluiano, & tunc non requiritur excussio.
5 † Roland. d. consi. 9. num. 18 prout tamen dicam suo loco in materia Saluiani, ad quem pro nunc me remitto.

Quandoque agit ex tacita hypotheca, & tūc pariter requiritur ex-
6 cussio † prout in tacita tam in muliere, quam in alijs. superius dixi ex l. Moschis. de iur. fisci. Crot. in citato loco, num. 100. versi. hæc tamen communis, vbi reprehendit quendam Aduocatum contrarium tenentem.

Quandoque mulier agit rei ven-
7 dicatione, & tunc excussio non † requiritur. Bal. in authent. contra qui rogatus. C. ad trebellian. Bursatt. cōsilio 33. num. 26. vol. primo, quod consilium erit in alio tibi practicabile, vt hypotheca legalis competens filio pro dote competat etiam pro alimentis donec nuptui tradat.

Et facit ad statutum Tudertinū quod stantibus masculis fœminæ non succedant, sed debeant decenter dotari, & pro hoc habeat hypothecata omnia bona patris, nā hoc extenditur etiam ad alimenta.

Quandoque mulier agit ex remedio. l. fin. C. de acquir. possess. & tūc
8 non requiritur excussio, † vt suo loco dicam. vnde remedij intentati natura attendi debet, cū mulier nullum in se habeat priuilegium.

Declarantur ista omnia, vt in do-
9 te non habeat locum excussio, † si possessor tempore alienationis in eum factæ sciebat esse obligatam, quia tunc per sciētiam excluditur. Rolan. consi. 9. nu. 23. vol. 1. & nota, quia est declaratio non solum in dote vtilis, sed in tota materia excussionis, vt scientia attendatur.

QVAESTIO XXVI.

AN in rei vendicatione sit necessaria excussio, vtique non, dixi superius nisi in casu authentic. contra qui rogatus, & ibi per Bald. vide infra, quæstione 73.

QVAESTIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Excussio habet locum in tacita hypotheca.*

2 *Excussionis exceptio competit contra legatarium, siue agatur contra hæredem, siue contra tertium possessorem bonorum testatoris, siue pro legato in genere, siue in specie.*

AN in tacita hypotheca habeat
1 locum excussio † dixi superius in præcedenti quæstione, quod sic. Negusant de pign. in 1. membr. par. 8. num. 22. dicens hanc opinionem esse veriorem, inferens ex hoc ad legatarium, contra quem compe-
2 tit exceptio excussionis † siue agatur contra hæredem, siue contra tertium possessorem possidentem bona testatoris, siue pro legato in genere siue in specie: immo vnus ex

hæredibus solus conuentus opponit excussionem respectu alterius, vt ibi per eum. Addo gl. in §. ab hoc in verb. vendicare in vltima solutione, authen. de litigios. late Thessau. decis. Pedemon. 51. vide infra quæst. 73. licet contrarium teneat Aretin. in §. item si quis in fraudem, col. antepenul. de actionibus.

Posuit Michael Crassus in §. legatum, quæstio. 76. quod competit hypothecaria, sed nihil de excussione, quæ vtilis est vide quæstion. 95.

QVÆSTIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Excussio an sit necessaria vbi in instrumento debitoris est appositum constitutum, quod sic, nume. 2. contrarium nu. 7. 9. 15.*

2 *Regulæ stare debemus donec contrarium probetur.*

3 *Exceptionem alleganti incumbit onus probandi.*

4 *Excussio requiritur in reuocatoria.*

5 *Locator agere debet via ordinaria contra alienata per conductorem, nec potest propria auctoritate reuocare, & num. 11.*

6 *Debitoris dolus tertio successori nocere non debet. Ampl. num. 12.*

8 *Domino licet propria auctoritate vendicare, & ingredi possessionem quam interuertit seruus.*

10 *Remedium, l. fin. C. de aeq. poss. quid operetur.*

13 *Constitutum finitur morte constituentis, non morte constitutarii, nu 14.*

16 *Excussionis beneficium potest tolli per statutum vel consuetudinem.*

17 *Constitutum specifice apponi debet in libello pro possessorio recuperandæ, nec sufficit clausula ius, & iustitiam.*

PVLCHRA, vtilis, & Notabilis est quæstio, an quando in instrumento debitoris est appositũ constitutum, sit necessaria excussio, 1 † & opponi possit, & opposita sit admittenda, cum agitur contra tertium possessorem, in quem debitor alienauit, & ideo hic pono, quia vtillima est, & tendit ad declarationem præcedentium, prout faciam in omnibus quæstionibus huius tractatus, ponẽdo vnam, iuxta aliam, quę tendit ad illius declarationem, & intelligentiam.

Et quod excussio in hoc casu admitti debeat, facit hęc ratio; nam re-2 gulæ † stare debemus donec contrarium probetur. Inno. in c. præterea de dilat. Barto. in l. 2 in fine, vbi late Ias. nu. 33. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Alberic. in 2. p. stat. quæst. 159. & regulæ iuris sunt tenaciter seruandæ, nisi in contrarium appareat dispositio specialis. Bald. in l. si tutor in fine. C. de seru. pignor. dat. manumitt. Dec. in l. 1. numero 6. & septimo, vbi pulchre Cagn. nu. 21. ff. de regul. iur. dicit quod alleganti 3 exceptionem † incumbit onus probandi. Felin. in c. quoniam frequenter, column. 3. vt lit. non contestat. Curt. in rubr. C. qui admitt. colum. 3. vbi dicit quod excipiens contra regulam de tempore illud probare debet, Dec cons. 103. alias 104. col. 1. in fine. late Tiraq. de retr. lignaie. §. 1. glo. 9. nu. 211.

Addo pulchre Alciat. in tra. præsumptio. regul. 1. præsumptio. 28. numero sexto. Euerard. in loco ab

exce-

exceptione ad regulam Sarain. ad Matthesil. notab. 59. sed regula est contra tertios possessores agi non posse nisi excusso principali authẽ. hoc si debitor C.de solut.§.sed neq; authen de fideiuss. ergo contrarium allegans probare debet.

Secũdo pro hac parte facit, quia in reuocatoria requiritur excussio,
4 † l.1.vbi Bal.num.2. dicit hanc esse communem opinionem, & Castrẽ. dicit hoc verum tam de iure nouo, quam veteri. C.de his, quæ in fraudem creditorum. ergo idem dicendum est in isto casu, cum quasi de reuocatione agatur.

Tertio pro hac parte facit, quia
5 locator † agere debet via ordinaria contra alienata per conductorem, nec potest propria auctoritate reuocare, l.2.§.1.l.quæsitum, §.vlt. ff.de precar. vnde datur vtile Saluianum, dixi in tract. locat. & conduct. parte 5. titu. de inuect. & in lat. quæst. 7.

6 Quarto quia dolus † debitoris tertio successori nocere non debet, l.apud Celsum, §. si ex legati causa, ff.de dol. except. ergo excussio prius facienda est, ne tertio præiudicetur si possibile est.

Et hanc opinionem tenuit Aretin. in lege exitus, ff.de acquir. possess. & sibi parum constans Barbat. consi. 28. col. 1. lib. 1. Calc. cons. 29.

Pro Contraria parte facit primo
7 loco tex. in † l.fin. C.de acquir. possessi. ibi vel quispiam alius, &c. nã si agatur cõtra eum, qui occupauit nulla sibi facta traditione à colono vel seruo, non est necessaria aliqua excussio, ergo nec in casu isto, cum pares sint casus, & tã in vno, quam in alio locum habeat constitutio, l. fi. C.de acquir. possessi.

Secundo loco pro hac opinione facit textus in §.ad hoc autem litigiosi, authen. de litigiosis, vbi creditor aduersus tertios possessores directe agere potest, & vendicare rẽ sibi hypothecatam, nullaq; ibi habetur ratio excussionis, ergo non videtur necessaria.

Sed huic rationi posset de facili responderi vltra varios intellectus, quos ibi tradit glos. in verb. vendicare, quod ibi agitur rei vẽdicatione in qua non requiritur excussio, vt dixi superius, quæst. 18.

Tertio vltra alios ad hanc opinionẽ confirmandam moueor per hanc rationem, quod vbicunque seruus possessionem domini inter-
8 uertit, licet domino † propria auctoritate eam vendicare, & ingredi, pulcher meo iudicio textus in l. si seruus. C. quod cum eo, per quem textum dat cautelam Bald. in l. 1. C. de seru. pign. dat. quod si in instrumento dotis est appositum precarium, quod mulier in casu restitutionis poterit propria auctoritate ingredi, prout & poterit quando hæreditatẽ obligati cum precario nemo adiuit, idem in l. pen. C. de pignor. actio. Boer. quæst. 200. nu. 8. si ergo propria auctoritate potest ingredi, ergo non requiritur excussio, quæ requirit altiorem indaginem.

Et hæc fuit noua ratio excogitata à Menoch. de recuperan. possess. remed. 14. num. 30.

Verum iuxta intellectum, d.l. si seruus facilis est responsio, quia ibi duo concurrunt, recuperatio incontinenti, secundũ quod alienans conuenerat ne possessio transferatur, sed simplex ius habitandi loco fructuum decurrendorum, vnde possi-

det ex pacto alienantis, ergo eo cessante aliud cessat.

Allegata in hac vltima ratione, deberent considerari per latrunculatores, & iudices criminales nostri temporis; nam si porrigitur querela contra aliquem de turbata possessione, vel de ingressu propria auctoritate, si docet id fecisse lege permittente, prout in casu prædicto, debet querelatum relaxare, & querelantem in expensis condemnare.

Et hanc secundam opinionem, quod non requiratur excussio † tenet Bald. in d. l. fin. in principio, vbi
9 id dicit singulariter notandum. Angel. in lectur. Paduana, colum. 1. attestans ita Bononiæ pluries obseruatum. Bald. Ang. & Alexan. in l. exitus dicentes singulariter notandũ, ff. de acquiren. possess. Butrig. in authen. hoc si debitor. Bart. in l. nomẽ. C. quæ res pign. oblig. poss. Bald. in l. 1. colum. 2. versicu. quæro quid si debitor constituit. C. de reuocand. his, quæ in fraud. credit. in l. 1. in fi. ff. pro soc. in cap. cum venissent de restitut. spoliat. in cap. primo, de cõtrouers. inter domin. & vassal. consi. 436. libro 3. Angel. in l. ait prætor, §. 1. ff. quæ in fraud. cred. in l. 2. §. hac actione, il secondo. ff. vi bono. raptorum, vbi dicit hoc inuentũ ab Vberto de Bobio in l. stipulatio hoc modo concepta de verb. obli. Raphael. Comens. in l. quod meo, in princip. columu. vlt. in fine, ff. de acquiren. possession. Fulgo. consil. 214. Titius in fine. Roman. consil. 189. vbi limitat procedere durante constituto, iterum consil. 392. colum. secunda. versicu. quinto præmittendum, vbi dicit singulariter notandũ. Papiens. in form. respon. in hypothecar. in verb. exceptione excussionis. versic. item cessat excussio. Are. consi. 117. colum. 2. vers. item in instrumento. Corn. consil. 228. colum. 2. libro 2. & consil. 85. colum. 1. libro quarto. Alex. in l. sæpe, colum. 16. de re iudi. consil. 137. colum. 2. versic. tertio attenditur, libro secundo, consilio 73. colum. final. libro quinto, consi. 83. colum. prima, libro sexto, consilio 85. eod. libro consil. 153. 185. col. secunda, versi. præterea eod. lib. Ang. Aret. inter consi. Alex. 138. libro secundo, in §. item si quis in fraudem, vbi Ias. num. 77. limitat. 3. dicit singulariter, & perpetuo notandum, quia in instrumentis apponuntur communiter pro securitate creditorum, instit. de act. Veron. caut. 57. in præcedenti. Vital. in clausul. constitut. precario, versic. item precarij constitutio. Guid. Pap. quæstio 432. colum. 3. versic. item dicta authentica, consil. 109. colum. secunda, pulchre. Dec. consi. 27. in fine. Cremen. dicens hoc valde notabile singular. 52. & 61. Marsil. dicens quotidie in facto occurrere sing. 158. Afflict. in cap. si facta, num. 25. si de feud. controuers. fuer. inter domin. & agnat. Marsil. de fideiuss. num. 21. Afflict. decision. 40. Balb. dicens id singulare in repetit. l. Celsus, col. 29. de vsu cap. Ruin. consilio 172. num. 3. lib. primo, consil. 77. colum. 2. libro 5. Bertrand. consil. 379. colum. secunda, libro secundo, consil. 210. libro 3. Boer. decis. 282. dicens in Curia Burdegalensi ita iudicatum. Hugo in tract. clausul. numero 257. omnia bona. Gozzad. consil. 42. colum. tertia, versicu. tertio, quotiescunque. Grat. consilio 42. colum. 2. libro 2. Rip. in rubri. de interdict. colum. 3.

Boer. decis. 112. & 200. num. 8. Tiraquel. de constit. pat. 1. num. 34. Addo Fran. in disput. petitor. in 1. dub. num. 40. Dec. in l. final. §. fin. nume. 28. ff. si cer. petat. Afflict. decis. 139. num. 7. Capic. decis. 54. num. 4. Grămat. decis. 103. num. 106. Paris. consilio 103. num. 8. libro 3. Bello. consilio 34. numero 7. consi 44. in fine. Roland. consil. 9. numero 19. consil. 73. numero 33. libro 1. Crott. in l. si constante. numero 100. versi. secundo fallit. ff. solut. matrimon. Anton. Gabr. de fideiuss. conclu. 1. limita. 4. num. 52.

Addo vltra cũ quod hæc est magis communis ** opinio. Socin. cõsilio 82. volum. 2. Vrsi. ad Affl. 383. num. quarto. Iaffred. decisio. 84. vbi pulchre loquitur. Paris. ad Alexan. consilio 85. volum. 6. Ancar. quæst. 4. num. 3. Iacob. Menoch. de recupe. possess. num. 14. quæst. 7. sub num. 28. Duenn. regu. 335 num. 16. Cur. iun. in rubr. si cert. pet. nu. 17. Alex. dicens singulare ad Bart. in l. si constante, num. 71. ff. solut. matrimon. littera B. Bald. decis. 14. Becc. consil. 88. num. 14. Vnde bona cautela est apponi constitutum. Veron. cautel. 31. & est ratio, quia agitur de propria creditoris possessione auocanda, Papien. in forma responsionis in hypothecar. in verb. exceptio excussionis, num. 9.

Nec obstant rationes in contrarium adductæ, nam licet sit regula
10 fiat excussio † tamen fallit cum intentatur remedium, l. fi. C. de acqui. possess. & hoc ratione constituti appositi.

Ad secundum respondetur, quod l. 1. C. de his, quæ in fraud. loquitur in alio remedio ab isto, vnde de vno ad aliud non infertur.

11 Ad tertium de locatore † respondetur qđ sumus in tacita hypotheca, præterea sumus in casibus diuersis, nec valet consequentia, est agendum via ordinaria, ergo necessaria est excussio.

Ad tertium respondetur satis esse tertio succursum per remedium euictionis, rursus debebat perscrutari, cum quo contrahebat, l. qui cũ alio. ff. de reg. iur. vlterius sicut dolus debitoris non debet nocere tertio, ita nec creditori, quia suam pecuniam mutuauit, vel aliàs dedit.

Ampliatur igitur recepta senten-
12 tia † siue simus in mero constituto, siue in precario. Corn. consi. 55. lib. 3. Rip. in rubric. de interd num. 15. Tiraq. de constit. par. 1. n. 54. in fin.

Ampliatur secundo, vt tali remedio sit locus etiam debito cum principali non liquidato. Alex. cons. 85. nu. 2. lib. 6. Thesau. Pedemon. 53. in fine dicens ita iudicatum.

Ampliatur tertio etiam si plures ad idem essent obligati addit. ad Papiens. in action. hypotecar. in verb. exceptionem, littera B. circa finem.

Declaratur conclusio, vt finiatur per mortem: cum enim morte finia-
13 tur † constitutum, l. cum precario, §. precarii, ff. de precar. ergo remedium, l. fin. in constituto fundatum. Rom. consi. 189. in fine. Corn. consi. 190. num. 5. libro 1. Ruin. consilio 127. num 8. libro 5. Gozad. consilio 42. numero quarto. Grat. consil. 63. colum. 4. lib. 2.

Nota tamen, quod duæ sunt conclusiones, vna ex parte constitutarij, & eius morte constitutum † non
14 expirat transeundo ad hæredes: altera ex parte constituentis, cuius morte

te expirat constitutum, nisi dominus permittat hæredem tacite, vel expresse permanere, vnde constitutarius non amittit possessionem ad recuperandam possessionem ab hærede, ita Gozadin. dicto consilio 42. colum. fin. versic. non obstat. Seisell. in l. exitus ff. de acquir. possess. Tiraquell. de constit. par. 2. ampliat. 12. & 13. Crauet. consi. 107. nu. 2.

Vnde mors præiudicat si vult cõstitutarius ne hæres permaneat, sed non ipsi constitutario in eius actione, quicquid absolute dixerit Dec. consil. 400. colum. penul. versic. secundo respondetur. Afflict. decisio. 335. numero 5. Rub. in l. non solũ, §. morte, colum. 9. versi. sed aduerte, ff. de nou. oper. nunciat.

Declaratur secundo nisi statuto,
15 vel consuetudine excussio † sit sublata, quo casu nec in hoc remedio facienda est. Alexan. consil. 82. in fi. libro 6. Tiraquel. de constitut. parte 1. num 65.

Et sic duo hic habemus: primũ,
16 quod beneficium excussionis † potest tolli per statutum, vel consuetudinem, secundum quod si generaliter loquantur, comprehendunt remedium, l. fin. C. de acquir. possessi.

Et notandum est in practica in libellando, quod remedium l. fin. est possessorium recuperandæ, & fundatur principaliter in constituto
17 † apposito, quod specifice in libello apponi debet, nec sufficit clausula ius, & iustitiam. Thesaur. decis. 53. num. 5. Roland. consi. 9. volum. 1. & petet sibi vti spoliato possessionem restitui, exhibendo instrumentum, in quo apparet constitutum. Roland. consil. 79. nu. 35. volumine primo.

Declaratur tertio si per creditorem agatur executiue contra tertiũ possessorem, aliàs secus. Bero. consi. 80. num. 2. lib. 3. & ita conciliantur opiniones. Decis. Perus. 45. numero decimoquarto.

QVÆSTIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Excussionis beneficium potest tolli per statutum, & consuetudinem, & comprehendit omnem casum quando verba statuti, alias redderentur superflua.*

2 *Excussio non seruatur in multis locis ibi nominatis.*

ET per modum correlarij ex prædictis infertur, quod beneficiũ
1 † excussionis potest tolli per statutum, & consuetudinem, & comprehendit omnem casum, vt dictũ est, quando verba statuti aliàs redderentur superflua, aliàs recipiunt interpretationem in casibus à iure communi permissis, & non vltra. Thesa.
2 decis. 53. vnde excussio † in delphinatu non seruatur. Guid. Pap. consi. 103. colum. 1. versicu. secundo quia, nec in regno. Lup. in c. per vestras, fol. 66. nec apud Venetos. Fulg. consilio 109. columna secunda, in fine versic. considerandum, nec apud Florentinos. Socin. consi. 111. columna secunda, nec apud Lucanos. Socin. consi. 31. columna quinta, volumine primo. late Barbat. consilio 91. in 6. dub. volumine tertio. Boer. decisi. 221. numero 15. vbi concludit talem consuetudinem valere. Cassa. in consuet. Burgun. fol. 218.

QVAE-

QVÆSTIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Excussio requiritur quando reuocantur alienata in fraudem. Declaratur num. 2.*

3 *Excussio requiritur in actione personali, quæ fieri potest lite pendente in negocio principali.*

SED nũquid in reuocatoria, per quam alienata in fraudem reuo-
1 cantur, requiratur † excussio? Vtiq; sic, quia actio personalis est l. 1. & ibi Bal. & Castrens. C. de his, quæ in fraud. credit.

Declara, nisi sit alienatio bonorũ omnium, vel maioris partis, vel me-
2 lioris, vel intricando, † vt per Angel. in l. oẽs, §. Lucius, ff. quæ in fraud. dixi superius in principio de excussione criminali, quęs. 12. facit l. chirographis, §. 1. ff. de administrat. tuto. & sic in actione personali requi-
3 ritur excussio, † quæ lite pendente in negocio principali fieri potest, vt ibi per Bald. de qua te vide infra latius, quæst. 63.

QVÆSTIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum est iudicium adipiscendæ, in quo exceptiones requirentes altiorem indaginem reijciuntur, & in eo non admittitur exceptio excussionis.*

Contrarium quod sic, num. 2.

De eius effectu, num. 7.

3 *Saluianum interdictum auocat nudã possessionem, sicut hypothecaria, quid tamen in ipsa hypothecaria probandum sit, nu. 4.*

5 *Lex est imposita rebus & non verbis.*

6 *Excussio quare requiratur quando intentatur hypothecaria, secus in remedio, l. fi. C. de acq. pos.*

8 *Exceptio excussionis an sit de apicibus iuris, & sic an possit opponi quando proceditur de bono & ęquo, numero 14.*

9 *Campsor spondens non habet beneficium excußionis, propter publicam vtilitatem, vt facilius pecunias in depositum reperiant.*

10 *Exceptio excußionis est de apicibus iuris.*

11 *Iudex, ex vi quorumcunque verborũ in rescripto delegatorio appositorũ, non potest ius partibus quęsitum de iure ciuili tollere.*

12 *Princeps in dubio non pręsumitur, immo nec debet tollere ea quæ alicui acquiruntur iure ciuili naturali ratione munito.*

13 *Excußio est de naturalibus contractus, & virtute quorumcunque verborum tolli non potest.*

15 *Exceptio excußionis respiciens interesse partis semper opponi potest, tam ante litem contestatam, quam post, cum vim habeat peremptoriæ.*

16 *Exceptio excußionis respectu fideiussoris nunquam censetur reiecta, respectu vero tertij possessoris opponi semper potest, data ignorantia obligationis, alias secus.*

17 *Tertius possessor ignorans semper auditur in quacunque causa quamuis priuilegiata.*

18 *Excußionis exceptio semper admittitur pro interesse conuenti.*

19 *Exceptio requirens altiorem indaginem*

nem

nem dicitur iuxta iudicis arbitriū. Quod iudicis arbitrium erit si infra tempus instantiæ causę principalis finiatur, num.20.

PRINCIPALIS materia excussionis est, an in Saluiano interdicto excussionis exceptio admittatur,& cum, vt dixi, principalissima sit quęstio diuina fauente gratia eam ad partes examinare intendo, vt rationes appareant, quæ veriores sint, monendo,& rogando benignum lectorem,vt omnia consideret.

Pro parte negatiua facit quia

1 Saluianum † est iudicium adipiscēdæ, in quo exceptiones reijciuntur requirentes altiorem indaginem. Bart.in l. fina. ibi omnibus frustrationibus.C. quorū bonorum.Bald. consil. 141. col.3. versi.quæ enim, vol.3. Dec.consi.588.num.12.Rip. in rubr.de pignor.num.2.Dec.cōs. 424.num.18.& 467.num.13. Soc. iun.consi.75.num.20.lib.1.personal.de adipiscen. possessi. num.474. Francis.Sarmens. de redditib.eccle. par.3.cap.2.num.22.

Et hanc opinionem tenuit originaliter Socin. consilio in quæstione,quæ vertitur,col.2.vers.vel etiā & tertio,libro 3. sequitur Crauett. consi.201.num.45. Rolan.consi.9. nu.18 consi.14.num.14. lib.1.Menoch.de adipiscen.remed.3.Bursat. consi.32.num.45.Gabr.de fideiuss. conclusion.1.limitat.39.num.108. Surd.consi.4.num.36.consi.51.nū. 3 & hæc est verissima opinio.Ioseph.decis. Perusin.45. num.13.dicens secundum eam iudicasse, &

* & est * cōmunis, & recepta opinio. Thesaur.decis. Pedemont. 175.nu quinto, & hodie iudices audito Saluiano præcipitant.

Pro contraria itaque opinione, & sic quod in Saluiano requiratur,

2 † & possit apponi exceptio excussionis facit hæc ratio; nam habens regulam pro se habet intentionē fundatam, vt latè deduxi superius, q. 29. sed regula est, vt prius excutiatur principalis, quam tertius possessor, vt alias diximus, meritò excussio opponi poterit etiam in Saluiano intentato.

Secundo loco argumentabatur Becci.consi.88. num.9.ab identitate rationis, quia sicut Saluianum

3 † auocat nudam possessionem, glo. & Barto.in l.1.C. de Saluian.interdict.ita, & hypothecaria, l. si cum venditor, & ibi Bart.dat modum libellandi, ff. de euiction.quem textum dixit ad hoc singularem Aret. in §.item Seruiana, num. 32. & ibi Ias. sub num. 89. circa medium, de action.& in vtroque remed. præsertim in vtili Saluiano, quod intentatur contra tertium probando de iure hypothecæ, vt contra alios deducit Ias. in d.§.item seruiana, nu.94. cum sequent.

Considerandum tamen est, sequendo receptas, & communes traditiones, quod ad primam rationē facilis est responsio; nam licet sit regula, quod sit facienda excussio, tamen fallit in Saluiano intentato, prout superius dixi quæst. 30.

Ad secundum licet Ias.de sua intentione, ita ibi teneat,tamen iuxta traditiones communes est non parua differentia; nam licet hypo-

4 theca † auocet nudam possessionē, tamen in ea debet probari rem fuisse in dominio, vel saltem in bonis

debitoris

debitoris contractæ obligationis tempore, siue possessor conuentus habeat causam lucratiuã, siue onerosam. Bald. in l. rem alienam, col. 2. ff. de pignor. action. & ita passim practicatur, vt testatur Aret. in d. §. item Seruiana, colum. penult. vbi Ias. sub num. 89. col. 3. ab eo numero, circa medium, dicit, quod est maximum verbum, & ibi subiungit in tertio casu, qd si tertius possessor conuentus nullum haberet titulum a principali debitore debet de dominio probare, vel saltem bona fide cum possessione, & sic vides iustificationem difficilem in hypothecaria, licet auocet nudam possessionem, sed in Saluiano sufficit probare, quod debitor tempore contractæ obligationis simpliciter possidebat, & sic non deducitur ius hypothecæ, sed simplex hypotheca, vt ibi per Bellon. num. 41. & 42.

Tertio loco argumentabat Nat.
5 consi. 521. lex † est imposita rebus, & non verbis, l. 2. in fi. Ias. in vltim. notab. num. 4. C. commun. de lega. textus notabilis in l. fin. C. de vsur. cap. commissa, § 1. & ibi Ioã. And. de electio. lib. 6. l. 1. C. de dediti. libertat. tollend. l. 3. §. conditio, ff. de alim. legat. l. 3. C. de liber. preterit. l. fi. C. quæ res pignor. oblig. poss. sed nemo erit tam insani capitis, vt si ei competant duo remedia ad rem consequẽdam, & vnum est facilius alio, quod non adhæreat faciliori, & expeditiori, vnde si possum consequi intentum sine labore excussionis, cur cum excussione, vbi maior longitudo, & sępius difficultas, & sumptus?

Dici posset quod Saluianum facilius est, sed fortius hypothecaria propter validiores iustificationes, quas requirit.

Quarto pro hac opinione facit id quod not. Papiens. in forma responsionis in actione hypothecaria, in verb. exceptio excussionis, numero nono, vbi dicit, quod quando intentatur hypothecaria requi-
6 ritur excussio, † quia auocatur possessio debitoris, vnde cum priuetur debitor possessione sua æquitas suggerit excussionem fieri, secus in remed. l. fin. C. de acquir. possess. quia auocatur possessio ipsius met creditoris virtute constituti, sed Saluianum etiam auocat possessionem, cum sit adipiscendæ, meritò excussio requiritur.

Et hanc opinionem tenet Bertrand. consi. 313. col. 2. in 6. dub. lib. 4. consi. 449 in fin. lib. 7. consi. 458. eod. libro Calcan. consi. 29. num. 9. Bellon. consi. 34. num. 5. & 9. intrepide Natt. consil. 521. Becci. consil. 88. & hanc dixit æquiorem, & sequi senatum. Thesaur. decis. Pedemont. 175. num. 5. Rota 34. nu. 11. part. 2. in nouissimis. Masuer. ad Papiens. in actione hypothecaria in verbo exceptionem. addit. 4. Purpurat. consi. 247. num. 9. Menoch. consilio 25. num. 12. lib. 1. Eugen. consi. 89. num. 22. Alba. consi. 596. num. 11. maximè pro vt respicit interesse, vt per eos.

Ampliatur hęc conclusio etiam
7 si intentetur per mulierem, † pro restitutione dotis. Natt. d. consilio 521. num. 2. Thesaur. in allegata decisio. 175. dat duas limitationes, quasi conciliando opiniones inter directum, & vtile Saluianum; nam si intentatur directum contra conductorem non requiritur excussio, secus

secus si vtile contra tertium posses sorem, quia tunc omnino est necessaria excussio.

Doctores enim omnes hanc quęstionem tractantes de vtili loquuntur, & cum agitur contra tertium: vnde bene considerando concurrit cum opinione Socini, & aliorum.

Limitatur secundo cũ agitur Saluiano pro inuectis, quia non requiritur excussio propter vim legalis hypothecæ.

Ex quo sequitur correlarium, quod conductori non competit exceptio excussionis.

Pro resolutione, quæ opinio verior sit, credo duo principaliter cõsideranda.

Primum ad hoc tendit an exceptio excussionis, sit de apicibus iuris.

Secundum an requirat altiorem indaginem.

Circa primum, an exceptio ex-
8 cussionis † sit de apicibus iuris, & consequenter an opponi possit quã do proceditur de bono, & æquo, prout coram arbitratore in curia mercatorum, vel si causa commissa sit sola facti veritate inspecta, quæstio difficilis est.

Et pro parte affirmatiua facit textus iuncta glos. pen. in verb. moderno, in fine Authen. de fideiussor. vbi
9 campsor † spondens non habet beneficium excussionis propter publicam vtilitatem, vt facilius pecunias in depositum reperiant, & hanc gl. dicit singularem in hoc Bal. in l. frustra. C. de non nume. pecun. Aret. in §. item si quis in fraudem, num. 21. de action. Bald. in l. fi. in fi. C ad legẽ Falcid. singularem quoque dixit Marsil. de fideiussor. num. 8. dicens illum textum alibi non reperiri.

Secundo pro hac parte facit, quia
10 exceptio † excussionis est de apicibus iuris gloss. communiter recepta in l. si mancipium, §. 1. in verb. actum, ff. de euiction. vbi Bal. in suis antiquis additionibus, ac etiam Ludouic. Bologninus dicunt valde notabilem. Barbat. in addition. ad Bal. in l. fi. §. sed si quis litera K. C. commun. delegat. & hanc opinionem tenet Aretin. in §. item si quis in fraudem, num. 21. vbi Iason num. 78. de action. in l. si constante, num. 99. ff. solut. matrim. Alex. consi. 58. num. 7. vol. 5. cons. 114. num. 9. volum 6. Roma. consi. 430. Aret. consil. 126. col. 2. Soc. consi. 24 num. 48. vol. 1. Ioan. de Anan. consil. 52. in fi. Bald. Nouell. de dot. par. 8. priuileg. 37. Dec. consi. 27. num. 8. Marsil. de fideiuss. num. 13. Curt. sen. consi. 6. Paris. consi. 53. num. 115. vol. 3. apostill. ad Tolos. 196. Dec. in cap. ex parte, il secondo, col. 2. de offic. delegat. Hispani. in c. per vestras. §. 34. de donat. inter vir. & vxor. Boer. decis 221. num. 214. Cur. in l. bona fide, ff. deposit. Soc. in regu. in verb. excussio limit. 12. apostill. ad Abb. in cap. 2. de fideiussor. Grat. consilio 87. col. fi. vol. 1. Corn. consil. 55. lib. 3. Barbat. consi. 86. col. 8. lib. 3. consi. 12 col. 6. lib. 4. Rub. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 329. in fi. ff. de acquir. possess. & hæc est vera, & magis communis opinio. Chircou. commun. opin. centur. 2. litera E, conclus. 26. Grat. conf. 119. num. 28. Rota Genuens. 78. num. 3. & ita passim obseruatur. Guid. Pap. consi. 103. num. 2. Duen. reg. 335. limitat. 3. num. 3. Andr. Gail. pra-

ſticab. obſeruat, lib. 2. obſeruat. 27. num 26. Matthe. Coler. de proceſſ. executiu. part. 1. cap. 10. num. 266. & 269. ponam inferius, q. 50. in quęſtione. de mercatore Roueſ. ad Alexand. conſi. 58. in verb. apicibus volumine quinto.

Pro contraria parte facit primo hæc ratio ex l Moſchis. ff. de iur. fiſci, vbi prius conueniendus eſt hæres debitoris, quam tertius poſſeſſor, de quo contextu ſuperius vidimus in materia fiſci, & communitatum.

Secundo pro hac parte facit Bar. in extrauaganti ad reprimendum

11 in verb. videbatur, vbi iudex † ex vi quorumcumque verborum in reſcripto delegatorio appoſitorũ non poteſt ius partibus quęſitum de iure ciuili tollere, vel minuere, argumento l. bona fide, ff. depoſit. ſed iure ciuili acquiritur beneficium excuſſionis i tertio poſſeſſore d. l. Moſchis in fideiuſſore, §. ſi quis igitur Authent. de fidediuſſor. meritò tolli non poteſt ex vi cuiuſcunque prægnantis clauſulæ.

Et famulatur iudicio meo non leue fundamentum, quod in dubio

12 non prȩſumitur † princeps, immo nec debet tollere ea, quȩ alicui acquiruntur iure ciuili naturali ratione munito. Abb. in cap. per tuas columna 10. de arbitris cumulata per Rip. lib. 2. reſponſor. cap. 19.

13 Tertio excuſſio † eſt de naturalibus contractus. Caſtrenſ. conſ. 327. col. 2. vol. 2. Rom. conſil. 221. col. 2. Felyn. in cap. cum cauſam num. 22. de reſcrip. & dixi latius ſuperius in q. de fideiuſſore indemnitatis, ergo virtute quorumcunque verborum tolli non poterit, argumento l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. & dixi ſuperius in citato loco.

Et hanc ſecũdam opinionem tenuit Bald. in l. fi. §. ſed & ſi quis verſ. fuit quæſitum. C. commun. delega. Alexand. in l. ſi conſtante, col. 9. verſicu. vnum nota, ff. ſolu. matrimon. Dec. in l. fin. num. 24. & ibi Curt. in fine, ff. ſi cert. petat. Seiſell in l. decẽ, col. 3. verſi. alium caſum, ff. de verb. obligat. in l. edita, col. penult. C. de edend. Campeg. de dot. part. 3. quæſtio. 46. in fine Natt. dicens ita obtinuiſſe in Clement. ſæpe in principio in verb. dilationes in §. non ſic, colum. 28. verſ. ex quibus puto, de verb. ſignifi. Crot. in l. ſi conſtante, col. 1. ff. ſolut. matrim. Crauett. conſil. 263. Corn. conſi. 55. col. pen. vol. 3. Aret. in cap. dilecti col. 3. de iudi. Fely. in cap. 1. col. 8. de conſtitu. Purpurat. in l. 1. col. 6. C. de tranſact. in l. ſingularia col. 20. ff. ſi cert. petat. Alciat. reſponſ. 382. num. 5. & hãc

* dicit * communem Theſaur. deciſ. Pedemont. 52. num. 4. latè videndus Crauet. conſi. 263. Concordando realiter opiniones conſiderandi ſunt duo caſus principales, primus eſt reſpectu ordinis iudiciarij, &

14 tunc excuſſio † dicitur de apicibus iuris, & reijcitur coram arbitratore in curia mercatorum in cauſa dotis, & viduarum, vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, vel ex bono, & æquo. Secundus eſt caſus vt reſpiciat intereſſe partis, vt ſoluat

15 quod debet. & tunc ſemper † opponi poteſt tam ante litem conteſtatam, quam poſt, cum habeat vim peremptorię. Neguſ. de pignor. in primo membr. part. 8. nu. 31. Blan. de compromiſſ. in 1. q. princ. verſic. 2. iuxta præmiſſa num. 47. Stracch.

de

de Mercatur. titu. de exceptio. vers. vulgariter, quæst. num. 5. Ronchegal. in l. 3 vbi duo nu. 125. de duobus reis. Decis. Perus. 45. num. 8. cũ sequ. Seraphin. de iuram. priuileg. 88. num. 10. consulendo Rolan. consilio 9. num. 21. consil. 14. num. 15. consi. 79. num. 25. lib. 1. & est verissima distinctio Becci. consi. 88. col. penult. sub num. 21. vbi dicit si dicatur de præposteratione esse dilatoriam, & respicere tunc ordinem, si excipiendo dicatur excussionem fieri, tunc respicere interesse, vnde in verborum prolatione dignoscitur, & ita practicare docet. Addo Ias. in l. si constante, num. 207. ff. solut. matrimon.

In qua distinctione licet multi Doctores concurrant, tamen vt libere scribendo quis dicat opinionẽ suam, mihi videtur potius ad corticem, & subtilitatem verborum, quam re vera ad practicam deduci posse. quæ enim causa est istius ordinis excutiendi nisi interesse partis? si igitur oppono ratione ordinis, vnde nascitur ista oppositio nisi ab interesse opponentis? vnde distinguere interesse partis ab ordine iudicij est quodammodo separare factum a sua causa, effectum a suo principio, prçterea videtur hçc distinctio seruire de vento, quia semper censebitur opposita ad merita causæ, cum hoc reo sit semper vtilius, & securius. Bart. in l. si quis intentione ambigua, ff. de iudic. in l. inter stipulantem, §. primo, ff. de verbo. obligat. Bald. in l. siquidem. C. de except.

Posset ad hoc fortasse dici, quod excussio, cum opponitur ad merũ interesse partis non fit solemniter, sed iudex summarie, & extraiudicialiter se informat ad instantiam tertij possessoris conuenti, an ille debitor principalis possideat, & quatenus reperit ipsum possidere, tunc mandare agi contra principalem debitorem, & sic ille tertius possessor se tuebitur exceptione excussionis, non ratione ordinis exquisiti, & solemniter oppositi, sed pro mero tantum interesse. ita decisio. Perusi. 45. num. 8 & ita pluries practicatum vidi, & sic sufficit in hoc extraiudicialis informatio.

Vel si opponitur in vim dilatoriæ, dicitur respectu ordinis, si in vim peremptoriæ siue ante litem contestatam, siue post, semper dicitur respectu interesse tantum. Becc. consilio 88. col. penult. sub num. 21.

Secunda est concordia, aut loquimur in fideiussore aut loquimur in tertio possessore, respectu fideiusso-
16 ris, nunquam censetur reiecta † nec in curia mercatorum, nec dotis, nec viduarum, nec coram arbitratore, nec quando causa venit cognoscenda summariè, vel sola facti veritate inspecta, ratio, quia sibi imputet, cur se obligauit, & nullam potest prætendere ignorantiam, respectu verò tertij possessoris in similibus casibus opponi semper potest exceptio excussionis, data tamen ignorantia obligationis, alias secus, Cranett. consi. 263. num. 3. Pedemont. decis. 2. col. fi. Menoch. de arbitr. iudic. q. 51. in fi.

Et sic data quauis conciliatione colligitur, quod in quauis causa miserabili, vt viduarum, pupillorum, & similium, vel priuilegiata, vt dotis, vel in curia mercatorum, vel ex principis rescripto semper tertius possessor

17 possessor † ignorans auditur. Crauet.consi.77.num. 18.Rolan.consilio 9.nu.23.vol.1.apostill. ad Abb. in cap.2.de fideiussor.

Tertia concordia est, exceptio excussionis est de apicibus iuris, nec allegari potest in similibus causis inter easdem personas, secus inter diuersas, ita conciliat Seisell.in l.si cõstante, num.57.ff. solut.matrimon.

Mihi tamen æquior videtur illa opinio, vt in supradictis casibus opponi possit etiam per fideiussorem, & licet nullam possit protendere ignorantiam, tamen cum pecunia peruenerit tota ad manus principalis debitoris, & ipse possit reperiri soluendo, cur excuti non debet? & ita passim obseruat Senatus Pedemontan. vt per Thesaur.decis. 52. in fine, & dixi superius quando tota pecunia puenit ad manus vnius, quod datur excussio in soluendo.

Ex quibus sic discussis inferuntur multa correlaria in practica vtilia, & quotidiana. Primum est, vbi causa venit cognoscenda, vel summariè, & de plano tãtum, vel etiam sola facti veritate inspecta, vel ex bono, & æquo, vel ex natura causæ, vel per speciale rescriptum, exce-
18 ptio † excussionis pro interesse conuenti admittitur ex supra citatis Doctoribus.

Secundum in causis mercatorũ talis exceptio admittitur, vide infra quæst.51.

Tertiò, in causa dotis talis exceptio admittitur.

Quartò, coram arbitratore talis exceptio admittitur, addo Iason in l.si constante, numero 204. ff.solut. matrimonio, & dicam inferius quæstio. quinquagesimasecunda.

Apposui post quæstionem de Saluiano practicam excussionis in materia conueniendi fideiussorem, vel tertium possessorem: de hac enim sola principaliter agitur in hoc tractatu ad effectum, vt lector deliberate possit an exceptio excussionis requirat altiorem indaginẽ, vel non, & consequenter, an in Saluiano sit admittenda, vel non; exce-
19 ptio † enim requirens altiorem indaginem ea dicitur iuxta iudicis arbitrium, gloss. in l. is a quo, ff. vt in possess. legat. Bald. in l. tertia, §. ibidem, ff. ad exhibendum, in l. vltima, C. de ordin.cognit. Calcan.consilio decimosexto, numero quadragesimoquinto, Ripa, in l.quarta, §. condẽnatum, numero trigesimosecundo, de re iudic. Marsil. in l. quæstionis, num. trigesimoquinto, de quæstion. Afflict. in cap.primo, numero vigesimoprimo, ex quib.caus. feud. amittatur. Papiens. in forma. execut.sentent.diffinitiu.num.septimo, gloss. prima, latè Socin.iun.consilio 67.numero nono, libro primo. Cassan.consilio 68.numero duodecimo, Tiraquell. in l. si vnquam, in verbo omnia, vel partem, num trigesimoprimo, in verb. donatione largitus, num.centesimodecimonono, Alciat.respons. 409.num. quinto, Neuiz.consilio quinquagesimosexto, Natt. consilio 502.num.septi-
20 mo, quod iudicis † arbitrium erit si infra tempus instantię causę principalis finiatur. Menoch. de arb.iudic.cas.9. dicens hanc esse communem * opinionem. Vnde ex prædictis iudica si excussio est talis naturæ, vt infra tempus instantię negocij principalis expediri possit, vt vnico contextu causa decidatur.

QVÆ-

QVAESTIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Excussionis faciendæ modi plures.*
2 *Relationi discussoris dicentis nihil inuenisse, an & quando stetur, & numero 4.*
3 *Negatiuæ probatio est impossibilis probatione directa, & propria, secus impropriè, & indirectè.*
4 *Præsumptio est pro negante.*
5 *Executio quo ordine fieri debeat.*

QVÆRO de forma, & modo excutiendi, & licet hæc quæstio alibi per ordinē veniret collocanda, cum in præsentiarum tractetur de casibus, in quibus habet, vel non habet locum excussio, tamen ad declarationem præcedentis quæstionis, vbi præposui an exceptio excussionis requirat altiorem indaginem, collocabo in præsenti loco habendo semper in hoc tractatu hunc finem, & ordinē, vt vna quæstio per aliam declaretur, & facilitetur.

Plures sunt modi excussionis fa-
1 ciendæ, † primus est in materia, l. a diuo pio, §. in venditione, ff. de re iudicat. quod statuatur terminus parti condemnatæ ad ostendendum ad esse mobilia, alias immobilia capiētur, & licet Doctores ibi valde commendent glossam illam in materia excussionis, & ibi Angel. dicat hoc esse promptissimum remedium, tamen est solum respectu condemnati, ne de facto molestetur super immobilibus iuxta formam dictæ legis, secus quoad fideiussores, vel tertios possessores, de quibus principaliter agitur. vnde miror Ang. appellasse promptissimum remediū quoad istos.

Secundus modus est per relatio-
2 nem † discussoris dicentis de his perquisiuisse, & nihil inuenisse, & eius relationi creditur, l. magis puto, §. non tamen, vbi gloss. in verb. viatorem de rebus eorum. Bald. in Auth. hodie num. 2. C. de act. & obligat. in l. prima, in fine, C. de iur. & fact. ignor. & ita se habet consuetudo. Bart. in l. a diuo pio, §. in venditione num. 7. ff. de re iudicat. Moscard. conclus. 521. num. 2. & est cōmunis practica, vt per Aretin. in §. item si quis in fraudem, num. 13. vbi Ias. num. 86. concorditer dicūt quod tutius est eligere duos magis quam vnum. Alciat. regul. 2. præsumpt. 14. num. quarto, Imol. & Buti. in cap. super his de accusatio. Florian. in l. 2. de probat. Barto. in l. is potest, columna penult. ff. de acquir. hæredit. in l. 2. versicu. sed si dubitet, ff. quemadm. testam. aperiantur. in Auth. hoc amplius quęstion. penul. C. de fideicommiss. in l. in illa, quæst. 2. vbi Alex. num. 12. Ias. num. 17. ff. de verborum oblig. in l. persecutione, num. 6. C. de pigno. Ang. in l. si vacantia. C. de bon. vacant. libro 10. Alexand. in l. exitus in principio, ff. de acquir. possessio. Masuer. in titu. de execut. versi. item quamquam de iure. Guid. Papa, decis. 628. Tiraquell. de retract. lignater. §. 8. gloss. nona, num. 28. & 29. Afin. in pract. §. nono, cap. nono, Menoch. de arbit. iudic. car. 112. num. vigesimo, Herculan. de negatiua, titu. quis teneatur probare negatiuam, numero 267 Boer. decis. 349. num. octauo, pulchre Pap. en.

ponens

ponens formã prædictam in actione hypothecaria in verb. exceptionem, num. 17.

Et sic infertur ad l. actor. C. de probat. scilicet, quod negatiua
3 † est improbabilis: hoc verum probatione directa, & propria, secus indirecta & impropria.

Et si dicatur, si negatiua probatur per transmissionem nuncij, ergo nedũ est improbabilis, sed quodammodo de facili probabilis.

Respondetur, quod sæpè occurret, quod nuncij non potuerunt veritatem inuenire.

Quid si nuncius referat nihil certi inuenisse? vtique præsumptio
4 † est pro negante, ita singulariter Barto. in l. in illa in fine, ff. de verbo. obligat. vbi Alexand. pariter in fine, & Ias. colum. fin. vers. tertia conclusio, dicunt esse dictum multum singulare, & signandum, licet ambo contrarium teneant, & Bart. sequuntur Butr. & Imo. in cap. super his de accusatio. per textum in l. ex facto, §. penult. ff. ad Trebell. vbi Paul. Castrens. exclamat de singularitate illius contextus, quod præsumptio pro negante trãsfert onus probandi in aduersarium.

Et certè ille contextus non meruit allegari ad hoc, vt ibi dicit Rip. in 4. intellectu dicere ibi quod sint emissi nuncij, & exploratores, & verus illius contextus intellectus est quod ibi pater, & filius præsupponuntur mortui in actu instantaneo, puta naufragio, ruina, vel aggressu, & fideicommissarius agit dicendo institutum habuisse filios, sed perijsse vna cnm patre in actu instantaneo, vnde dato actu instantaneo filium superuixisse incumbit onus probandi allegaňti, & hic est verus, communis, & receptus intellectus, vt de communi te statuit Didac. libro secundo, var. resolut capi. septimo, versicu. secundus casus, & hoc verum si tractatur de successione fideicommissi in bonis extranei Menoch. de præsumptio. lib. 6. præsumpt. 50. num. 28.

Quicquid dixerit Anton Gabr. de probat. conclu s. sexta, num. vigesimoquinto, vbi refert variè hinc inde, sed ab eius lectura nihil colligi potest quid tenendum, prout experiri poteris.

5 Et in excussione primo proceditur contra bona debitoris, deinde contra fideiussorem, & bona, tertio contra possessores, & bona. Bart. in l. persecutione, numero quarto, C. de pignor. dicens hunc esse ordinẽ procedendi.

QVÆSTIO XXXIII.

SVMMARIVM.

1. *Citari non debet persona quam negotium tangit indirecte, & per obliquum nisi post quam fecit partem in iudicio.*
2. *Sententia lata contra principalem, nocet fideiussori non citato, non tamen via executiua, nisi sit fideiussor iudicatum soluendo.*
3. *Publicatione instrumenti debet citari institutus, non constitutus de cuius interesse principaliter non agitur. saltem quando actus est necessarius.*
4. *Pater non afficitur ex sententia lata contra filium, nisi fuerit citatus in causa ciuili, licet secus in criminali.*

5 *Prauaricatio probata contra aduocatum præiudicat principali non citato.*

6 *Citatio requiritur in bonorum excussione ex veriori sententia, dum eligitur explorator vel nuncius ad explorandum bona principalis debitoris. ad concordandum de ipso, numero 7.*

8 *Relatio nuncij in actis non sufficit ad veram substantiam & formam excussionis, sed requiritur iudicis pronuncia.*

9 *Error in ordine non vitiat excussionem, si fuerit pronunciatum, nec appellatum.*

10 *Excussio bonorum prima si non fuit bene, & rite facta, potest fieri secūda, & ei statur.*

11 *Pronuncia iudicis in multis locis non requiritur super relatione nuncij de excussione facta, secus de iure.*

12 *Iudex mandans ad vlteriora procedi videtur tacite reijcere exceptiones.*

13 *Excussio dupliciter intentatur.*

14 *Pronūcia iudicis in scriptis expressa requiritur quando quis agit contra principalem debitorem ad ipsum excutiendum, citato ad hoc fideiussore, vel tertio possessore.*

15 *Principali non excusso quomodo procedatur contra fideiussores, & quo casu, numero 16.*

17 *Constituti appositio obligationi omnium bonorum præsentium, & futurorum non operatur circa futura.*

Contrarium verius, numero 18.

Tribus concurrentibus. numero decimonono.

20 *Excussionis exceptio sufficit quod superueniat iudicio pendente.*

21 *Ius superueniens ex causa de prærito iudicio pendente validat ipsum iudicium.*

Dummodo in prima instantia superueniat ante conclusionem in causa, numero 22.

23 *Debitor si pendente iudicio efficiatur diues etiam post sententiam excipiet de excussione, si non fuit citatus tertius qui conuenitur.*

24 *Citatio fideiussorum, & possessorum requiritur in excusione facienda de bonis debitoris.*

25 *Actus, vel sententia non præiudicat illis non citatis, de quorum præiudicio secundario tractatur, in se tamen ualet.*

26 *Citatio specialis requiritur quando petitur pronunciari excusionem esse legitime factam, sed in excusione facienda sufficit citatio generalis per edictum vel proclama, de prima, num. 27.*

28 *Imolæ dictum circa excussionem fideiussoris improbatur.*

29 *Edictum vel proclama sufficit, quando agitur contra multitudinem.*

30 *Nuncius vel explorator missus ad excutienda bona, quid seruare debeat.*

31 *Soluendo an aliquis sit cognoscimus per famam & vulgi opinionem.*

32 *Relatio nuncij de excussione bonorum qualiter fieri debeat.*

33 *Verbum, Rei, generale est, idem de verbo, habere.*

34 *Fideiussor vel alius intereßatus comparens ad impugnandam nuncij relationem admittitur, assumendo onus in se.*

35 *Probatio admittitur contra statutum de stando iuramento damnum passi.*

36 *Relatio nuncij si in sua lectura appareat erronea, vel inuerisimilis,* vel

vel suspecta, non erit opus probare contrarium.

37 *Executor in excussione facienda potest capere debitorem, vt sibi bona indicet.*

38 *Relationi nuncij quo casu standum non sit.*

39 *Excussionis relatio debet fieri cum iuramento.*

PROSEQVENDO formã practicabilem excussionis faciendæ, quęro an in excussione fa-
1 cienda requiratur citatio † partis.

Et pro parte negatiua facit, quia non debet citari persona, quam negocium tangit indirectè, & per obliquum, nisi postquam fecit partem in iudicio. Bald. in l. duobus, §. igitur, ff. de iureiurand. in l. sæpè, de re iudic.

Et hanc opinionem tenet Ang. in l. in cognitione, in fi. ff. ad Silla-
2 nian. inferens in practica, quod † sententia lata contra principalem nocet fideiussori non citato, non tamen via executiua nisi sit fideiussor de iudicatum soluendo, quod quotidie occurrit, & hoc voluit gloss. in l. de vnoquoque, de re iudic. Bart. in l. in diem. ff. de aqua pluuia arcend. Bald. in l. ab eo, circa finem. C. quomod. & quando iudex. Alexand. in d. l. de vnoquoque, colum. fin. Ang. in l. filiusfamilias, §. diui, columna fina. de legat. 1. vbi Imol. colum. 2. Florian. Raphael. & Alexand. columna tertia, Ias. in 1. lectura. columna septima, in 2. lectur. columna 2. Ioan. Crott. columna 16. Alexand. consilio 86. columna prima, in fine, volum. primo, dicens hanc
* esse communem * opinionem, consilio 156. eod. volum. consil. 58. columna secunda, volum. quinto. Bal. in l. nam ita diuus, in princip. ff. de adoptio. Innoc. in cap. fina. de maiorit. & obedient. Imol. in l. decem, columna 2. de verborum obligationibus, Ias. in l. si quis nec causam, columna 2. ff. si cert. petat. Marsil. in l. de vnoquoque, columna 28. limit. 9. de re iud. Ias. in l. ne quicquam, §. vbi decretum, colum. 6. limitat. 9. de offic. proconsul. & legat. in l. rescriptum, col. 1. de pact. ff. de pact. Alexand. consil. 123. colum. 2. volum. 1. Dec. in l. 2. colum. 10. C. de edend. Soci. consi. 282. colum. 3. Ias. consi. 111. colum. fin. volum. primo, Marian. in tract. citat. colum. 44. ampliat. 38. Dominic. in cap. quamuis, colum. 3. de pact. in 6 Bald. in rubr. de rescript. colum. prima, in fin. in cap. fina. de dol. & contumac. in l. authore, C. de euictio. in l. libera. C. de sentent. in l. iubemus, columna prima, in fine, C. ad Trebellian. Castrẽ. in l. in concedendo. ff. de aqua. plu. arcend. Milis. in verb. citari non potest. Felyn. in cap. fina. colum. 2. de maiorit. & obedient. in cap. primo, columna 15. de constitut. in capitu. quamuis, colum. penult. de re iudi. Curt. in tracta. feud. quęstion. 9. 7. quæstio. principal. Castrẽs. in l. si patroni, §. fina. in fine ad Trebellian. Ias. in l. dictantibus colum. quinta, C. de testament. Barbat. consil. 49. columna 2. volumine 2. Marsil. cõsilio 113. columna penultima, Cæpoll. consilio ciuil. 65. Socin. consilio 37. columna 3. volum. tertio, Alexan. consi. 60. columna fina. volum. 3. Brun. in tracta. de form. fol. 39. colum. quarta. Ruin. consil. 48. colum. 2. volum. 2. Decis. Neapolit. 107. columna secunda, in nouiss.

Grauet. consilio 5. volum. 2.

3 Pro contraria parte facit † quod in publicatione instrumenti debet citari institutus, non constitutus, de cuius interesse principaliter nõ agitur. Bertrand. conf. 41. colum. 3. volum. 3. saltem quando actus est necessarius, vt notabiliter declarat Ruin. conf. 19. in fi. volum. 2. consilio 106. colum. 3. volum. 3. Pedemon. 157. num. 15.

Secundo pro hac opinione facit Bart. in l. cum filiusfamilias, de verbo. obligat. vbi ex sententia lata cõ
4 tra filium pater † non afficitur nisi fuerit citatus in causa ciuili licet secus in criminali, sentit Bald. in l. 1. num. 8. C. ne filius pro patre, licet pro alia parte a multis allegetur Alexand. consil. 84. colum. 2. volum. 3. Bal. in l. 2. columna 4. C. de eden. loquens tam in patre, quam in fideiussore. Bart. in fideiussore loquens in l. a sententia. ff. de appellat. Bald. de execut. sent. §. sequitur, colum. fina. Bald. in l. final. C de vsur. ff. de re iudicat. glos. in c. 1. de iniur. in 6. Marsil. de fideiussor. q. 49.

Tertio facit Bart. in l. 2. C. de aduocat. diuers. iudic. vbi præuarica-
5 tio † probata contra aduocatũ præiudicat principali non citato.

Et hanc opinionem tenet Bart. in l. filiusfamilias, §. diui. ff. de lega. primo, gloss. in l. cum miles, §. primo, in verbo facienda, ff. ex quib. caus. maiores, vbi Bartol. & Bald. sequuntur gloss. penult. in l. fina. §. fi. C de vsur. rei iudicat. Bald. in cap. inter quatuor de maiori. & obediẽ. in l. prima, in fine, C. de iur. & fact. ignorant. in l prima. colum. 4. C. de non conueniend. fisci debitor. libro 10. Imol. in l. stipulatio, §. primo, de nou. oper. nunciat. Alexand. in l. final. num. decimosexto, C. de edict. diu. Adrian. tollend.

Verior tamen, & magis commu-
6 nis opinio est vt citatio † requiratur in bonorum excussione. Anto. Gabr. de citat. conclusio. prima, numero 335.

Addo Ias. in §. itẽ si quis in fraudem numero 84. de actionibus. in l. decem, numero 37. de verbo. oblig. Negus. de pignor. part. prima, mẽbr. octauo, num. duodecimo, vel monitio partium, sed non peremptoria, Bald. in l. aduersus, C. de vsur. & fruct. legat. Ioan. Lup. in cap. per vestras, §. 27. de donat. inter vir. & vxor. Roland. consi. 85. num. 17. & 35. num. 17. volum. primo, dicens magis communem.

Et pro concordia, & maiori dilucidatione omnium considero aliquos casus, & pono aliquas conclusiones.

Primus est casus, dum eligitur explorator, vel nuncius ad explo-
7 randum bona, & tunc requiratur † citatio de fideiussoribus, vel possessoribus, quid enim si talis explorator non est legalis, vel magni fructus homo, l. quæsitum. ff. de tritic. quid si non est optimę opin. l. sed & si quis, ff. quemadmod. testamenta aperiantur, quid si alias in simili fecit falsas relationes, l. sicuti, §. ijsdem de accusat. l. Cassius de senator. quid si alias est suspectus, l. quarto, post princip. ff. ad Trebellian.

Vnde citatio facienda est ad concordandum de nuncio, vel exploratore transmittendo.

Secunda fit conclusio ad veram substantiam, & formam excussionis

8 nis non sufficit relatio † nuncij in actis, sed requiritur iudicis pronunciа. Bart. in l. stipulatio, § habet, vbi Ias. num. decimo, in fine dicit hanc esse veram, & communem opinionem de nou. oper. nunciatio. & magis communem Negusan. de pign. in primo membr. octauæ part. numero 11. in fine, Roland. consil. 85. num. 23. volum. primo, Mannos. ad Roman. consilio 211. num. 3. & 241. Chirc. centur. prima, conclus. 69. Bursatt. consilio 48 num. 11. tutiorem appellat Imol. in l. decem, num. 7. colum. 3. de verbo obligat. multam æquam appellat Aret. & multum notabilé in §. item si quis in fraudem sub num. 20. de action. Alexan. in l. prætor. §. fina. num 3. ff. de nou. oper. nunciat. dicens in practica ita seruari. Marsil. de fideiussor. num. 22. Socin. consi. 24. col. 6. versic. quarto &c.

Et si erratum sit in ordine non
9 vitiatur excussio † si fuerit pronunciatum, nec appellatum. Bart. in l. a diuo pio, §. in venditione, ff. de re iudicat. in l. 1. C. si vendito pignore. Bald. in Auth. hodie, num. quarto, C. de actio. & obligat.

10 Et si prima discussio † non fuit bene, vel ritè facta, potest fieri secunda, & ei statur. Bald. in l. si quis in fine, C. de bon. damnat. Guid. Papa, singular. 765. Alexand. consilio centesimo, libro quinto, consil. 50. libro primo, & si fuit imperfecta non valet, & per iudicem perfici debet, Roland. consilio 85. num. 20. libro 1.

Bene verum est, quod in multis locis seruatur de consuetudine, vt
11 non requiratur pronuncia, † sed de iure ita seruatur, vt superius dixi, & vltra allegatos hanc etiam dicit communem Roman. consilio nonagesimotertio, columna penul. in fine, Barbat. consilio 28. columna octaua, versicu. & licet, volumine primo, Roland. consilio 9. num. 11. volum. 1.

Declaratur hæc conclusio, vt nõ requiratur, quod in scriptis pronũcietur excussionem esse legitimè factam, sed satis dicitur iudex pronunciare si facta relatione nuncij iudex mandat ad vlteriora procedi, quia
12 tali casu pronunciando † videtur tacitè reijcere exceptionem excussionis. Bal. in l. presbyteri la prima, C. de episcop. & cleric. commendat Fely. in c. euidentia, in fine accusat. Franc. in cap. si de rescript. Dec. Persus. 45. num. 11.

Practicando tamen nota cum Alexan. in l. exitus, num. 4. ff. de acquirend. possession. quod excussio
13 † dupliciter intentatur, quandoque ago contra fideiussorem immediate, & directè, & in eodem libello dico principalem debitorem nihil habere in bonis, vel si hoc non dico fideiussor conuentus opponit, ego replicaui ipsum nihil habere in bonis, ego exhibeo fidem per relationem nuncij, vel alijs modis, prout infra dicam, & tunc iudex per pronunciam ad vlteriora, puta ad litis contestationem videtur tacitè pronunciare principalem nihil habere in bonis, & consequẽter excussionem esse legitimè factam.

Quandoque ago contra principalem debitorem ad ipsum excutiendum, citato ad hoc fideiussore, vel alias tertio possessore, & tunc
14 requiritur † pronuncia in scriptis expressa.

Et vlterius in practica notandũ est quod non est necesse vt constet iudicem cognouisse talem exceptionem, sed satis est certum temporis spacium interuenisse, vt v...similiter huiusmodi exceptionem cognoscere potuerit, quia præsumitur vidisse, & hæc est magis communis opinio. Grat. consi. 37. num. 35. Menoch. de recuper. remed. 1. numero 171.

Practicando etiam illud addendum est, & reputatur a doctoribus valde notabile, quod si creditor agat contra fideiussorem immediate, & directo, si fideiussor excipiat de excussione, replicabit creditor, non debes audiri o fideiussor, quia principalis debitor non est soluendo, & ita offero me probatum probare, quo casu nulla excussione † facta proceditur contra fideiussorem gl. not. & singularis, in l. & nisi, circa mediũ, vers. alij dicunt, ff. de pac. vbi Ias. qui legit, cum §. in his, num. 10. valde in practica commendat in materia excussionis: eandem commendat Bald. in l. cum testamentũ. C. de manumiss. testam. in l. prima, C. de his, quę in fraud. credit. in l. secunda, C. commun. diuidund. Angel. in §. sed neque Authent. de fideiussor. Imol. in capi. finali, de empt. & vendit. Angel. & ibi post eum valde in practica commendat Alexand. in l. exitus, numero quarto, ff. de acquirend. possessione, dicens perpetuo notandum in l. decem, sub numero decimoquinto, de verborum obligationibus, in l. stipulatio, §. habet, ff. de nou. oper. nunciat. Bald. in cap. querelam, de restit. Capic. decis. 54.

15

Sed circa hoc notabile dictum notandum est in practica: primum est vtile, quod aut debitor est non soluendo, aut notoriè non soluendo: primo casu fieri debet, & admittitur excussio, † secundo casu, non, & ita declarat Ang. in dicta l. nisi, vnde non sufficit dicere, non requiritur excussio, quia non est soluendo, sed notoriè non soluendo, quod faciat ad ea, quæ dicam an excussio requiratur in notoriè non soluendo, vbi hæc addi possunt:

16

Secundum est valde pariter in practica vtile, & fructuosum, quod si obligo tibi omnia bona mea præsentia, & futura, cum appositione constituti, † non operabitur circa futura, & pro præsentibus si interuertitur possessio, agitur remedio l. fi. C. de acquir. possession. vt dixi superius, quæstio. 30. vbi excussio non requiritur, sed pro futuris sic, Bald. hoc valde commendat in l. prima, in lectu. antiqua, ff. pro soc.

17

Sed contrarium verius est, vt cõstitutum † etiam ad futura trahatur, & sic non sit locus alicui excussioni, Barto. in l. fina. post Iacob. Buttigar. & Salicet. in fine, C. quę res pignor. oblig. poss. consilio 76. punctus talis est. Bald. in rub. C. de contrah. emption. quæstion. 21. in l. si quis argentum, §. & si quidem. C. de donatio. qui meo libro hoc non dicit, sed tangit. consilio centesimo septuagesimonono, visis prædictis, columna quarta, versicu. vbi autem interuenisset, volumine primo. Salic. in l. secunda, circa medium, versicu. quæro vendidit Titio. C. de contrah. emption. Imol. in l. stipulatio hoc modo, & ibi Alexand. columna septima, versicu. præsupponitur de verborum obligationibus.

18

Comens.

Comens. consilio quinquagesimo-quarto, columna secunda, Alexan. in l. 3. §. incertam, columna tertia, de acquirend. possess. vbi Aret. columna secunda, versicu. dicit etiam dominus meus Ias. in vtraque lectur. in priori, columna secunda, in posteriori, columna penult. Claud. Aquens. versic. & inducuntur. Alexand. consilio 85. versicu. nec insisto, libro sexto. Aret. in §. actionum columna quinta, versi. hinc sumpta occasione, instit. de action. Barbat. in cap. vltimo, columna penult. versicu. sed vtrum de precario. Socin. consilio vndecimo, versi. non omitto, libro 3. Ioan. Petrut. in l. ab emptione, ff. de empt. Ias. colum. 57. columna 9. versicu. nec dicatur libro 2. Vital. in tract. clausul. in clausul. constituti, versic. item hęc clausula constituens. Ruin. consilio 177. nu. 3. libro primo, iterum consil. 127. columna 4. versicu. præterea, lib. 5. Afflict. decisi. 57. colum. 3. versicu. sed in contrarium, decisio. 335. columna 3. versic. aut quis obligat, dicens ita fuisse iudicatum per sacrũ Concilium. Alciat. in l. sub signatũ, §. vltim. de verborum significat. in l. vlt. in verb. neque, C. de pact. Rip. in l. secunda, columna prima, ampliat. 3. ff. de pignor. Neguſ. in eod. tracta. part. secunda, membr. 2. nu. 3. & hæc est vera, & communis opinio. Socin. in l. 3. §. incertam, columna secunda versicu. & ista inducuntur, ff. de acquirend. possession. Alexand. consilio 85. versicu. nec insisto, columna fina. libr. 6. Iason consilio 147. columna 9. versicu. nec dicatur, libro secundo, Tiraquell. de constitut. part. 2. ampliat. 30. num. duodecimo, & ita passim practicatur, vt per eum.

Concurrentibus autem tribus
19 requisitis: † primo, quod sit facta mentio bonorum futurorum, nec sufficit dicere in omnibus bonis, nisi specificetur futuris. Aret. in d. §. incertam, in fi. Ias. in l. si socius, col. 1. ff. si cert. petat.

Secundo quod apponatur obligationi bonorum, non alienationi. Butrigat. in l. fina. C. quæ res pign. Roman. in l. stipulatio hoc modo concepta, columna vltima, versi. circa quod sciendum, ff. de verb. obligation. licet aliter tenuit in §. incertam. Aret. in §. actionum, colum. 5. versicu. hinc sumpta, de action. & bona pars eorum, quos superius citauimus.

Tertius in bonis futuris proprijs, non hæredis, licet de eo fiat mentio. Afflict. decis. 335. col. 4. versicu. aut debitor.

Et ita in instrumento scias, quid practicandum.

Illud etiam addendum est, quod
20 exceptio excussionis † sufficit vt superueniat iudicio pendente. Bal. in l. cum testamento. C. de manumiss. testam. in l. prima. C. de reuocã. his, quæ in fraud. creditor. in Auth. contra, in fi. C. ad Trebellian. in l. 2. C. commun. diuidund. Alexan. in l. exitus, num. 6. ff. de acquiren. possess. in l. decem, num. 15. in fine, de verbor. obligat. Castrens. in l. fina. ff. si cert. petat. Gomes. tom. 2. cap. 13. sub nu. 14. vers. vnum tamen. Marsil. de fideiussor. num. 24. in l. 1. § si quis vltro, num. 19. de quæstionibus. Neguſ. de pignor. part. 8. membr. 1. sub num. 41. Alexan. consilio 100. num. 5. volumine quinto, ratio
21 videtur, quia ius † superueniens

pendente iudicio ex causa de præterito validat iudicium. l. si rem. §. fi. ff. de pignorat. action. & ibi glos. & Odofred. vers. vnde Alberic. & Bar. in summario. Bald. in lectur. antiqua. vers sic. deinde nota. Paul. de Castro. Salicet. Aret. & omnes in summario, & est textus celebris, & familiaris in materia ad idem est text. in l. si mandauero tibi, vt a Titio, vbi glossa vnica, & omnes in l. non potest, ff. de iudic. Bart. in l. prima, col. 3. versicu. quæro quid si exceptio, ff. de exception. & ibi Paul. Castrens. in l. si Titius, colum. 1. de verb. obligation. Aret. in § primo, colum. fin. versic. secundo casu principali instit. de action. Bald. in l. vnic. col. 3. versic. viso principio, C. de alienat. iudic. mutan. caus. fact. Alexand. in l. fina. colum. prima, versi. ex hoc habes, ff si ex noxal. causa agatur. Ancar. in cap. Abbate, notab. 12. de re iudic. Alexand. consi. 150. col. penu. vers. & licet vol. 5. consi. 177. colum. fina. versic. vnde in proposito, volum. secundo. Imol. in l. si filius, qui patri, colum. 2. de vulgar. & pupillar. Soci. regul. 216. Rip. in cap. cum ecclesia Sutrina, num. 112 limit. quarta, de causa possessionis, & prop. ietatis. Caputaquens. decisio. 118. part. 2. Lamberteng. de contract. mulier. glos. 3. q 10. num. 23. gloss. 24. num. 8. Anton. Gabr. de except. conclus. 2.

22 Dummodo † in prima instantia superueniat ante conclusionem in causa, secus si post. Bart. in l. si mater, §. eandem, versic. quæro quid si conditio, ff. de except. rei iudicat. Aretin. in l. hæres, quandocunque, versic. & facit iste textus, ff. de acqu. hæredit. Imol. in l. si filius, qui patri, columna secunda, versi. & secundum hoc, ff. de vulga. & pupill. Castrens. in l. necessarios, §. qui ante, in princip. versi. & ad hoc semper allegatur, ff. de pignorat. actio. Marian. in cap. 2. colum. 34. de libell. oblation. Alexã consilio 150. columna penul. versic. & licet quandoque, vol. 5. consi. 177. columna fina. versic. vnde in proposito, volum. secundo, in addit. ad Bar. in l. si rem, §. fin. ff. de pignorat. action. Sarnens. in compend. vtriusque signatur, numero 77. versi. item aduertendum, Ang. in l. item videndum, §. item si quis cum peteret de petit. hæredit. Claud. in l. si Titius, columna tertia, versicu. quam tamen conclusionem, de verbo. obligat. licet contrarium teneat ibi Aretin. Vnde si pé-

23 dente iudicio debitor † efficiatur diues etiam post sententiam excipiet de excussione, si non fuit citatus Tertius, qui conuenitur. Papiẽ. in hypothecar. in verb. excussioné, numero 26.

Prosequendo excussionis progressum, ordinem, & formam in excussione facienda in pronuncia ex-

24 cussionis requiritur † citatio fideiussorum, & de alijs possessoribus, vt dictum est considerando multos casus.

25 Primus est casus an actus, † vel sententia præiudicet illis non citatis, de quorum præiudicio secundario tractatur, & tunc dicendum est non præiudicare. Bal. in l. ab eo, in f. C. quomod. & quand. iudex, in l. fin. §. 11. columna penul. ff. si cert. peta. Castrens. in l. si patroni, §. fina. in fine, ff. ad Trebellian. in l. decem, columna penultima, de verb. obligat. Roman. in l. peregrè, §. quibus, ff. de

de acquirend. possess. Alexand. in l. de vnoquoque, in fine de re iudica. consi. 84. colum. fin. volum. 4. consi. 86. column. 1. in fine, volum. 2. in l. decem, colum. 4. de verborum obli. consi. 86. colum. fin. volum. 6. Ias. in l. nequicquam, §. vbi decretum, col. 6. de offic. procons. & legat. limit. 9. in l. rescriptum, colum. 1. & seq. de pact. in repetit. l. filiusfamilias, §. diui, colum. 13. de leg. 1. consilio 3. colum. fin. volum. 1. Socin. consilio 282. colum. 3. volum. 2. Cur. in tra. feud. in 7. quæst. princ. quæst. 9. Io. Faber. in §. licet de adoptio. Felin. in cap. fin. colum. 2. de maiorit. & obedient. Marsil. in l. de vnoquoque, columna 28. Curt. consi. 23. column. quarta. Cepoll. consilio ciuil. 62. Ripa. in capitu. cum M. colum. 62. de constitut. Nicell. concordant. 52. limit. 2. Gualdens. enunciat. 39. Affl. dec. 396. Capic. decis. 307. Pedem. 187. nu. 10.

Secundus casus est, vt sententia, & actus valeat, licet non citatis, & tunc in se valet, vt omnes fatentur in supra citatis locis.

Tertius casus est, quando petitur pronunciari excussionem esse legitime factam, tunc requiritur specia
26 lis citatio, † sed in excussione faciē da sufficit citatio generalis per edictum, vel proclama. ita Alexand. in l. decem, nu. 22. de verb. oblig. Decis. Pedem. 157. nu. 14.

Mihi placet, & verior opinio videtur, quod tam ante pronunciam in excussione facienda, quam ad ip
27 sam pronunciam citatio † nominatim fieri debeat, quia excussio bonorum fit principaliter contra tertios possessores, & fideiussores, cum contra principalitem debitorē non sic procedatur, l. 1. C. de executio. rei iudica. vnde subintrat regula, quod sint citandi: quid enim quouis casu detegit excussio, nisi factum tertij? nam contra principalem nihil executio quoad se: ergo in fine suo excussio semper percutit fideiussorē, vel tertium.

Dices si apparet soluendo principalis non percutit, sed fauet, fateor hoc, sed antequam detegatur, non potest præiudicare: præterea non necesse tertius, vel fideiussor pro suo interesse ex dubio assistendo non facit, vt excussio subtilius fiat?

Dices subtiliter cum Imol. in l. decem, colum. 3. in fi. de verb. obli. iste tertius, vel fideiussor iuris intellectu voluit obligari in casu iudicij agitati, vel finiti, cum principali, er
28 go citari † nō debet, sequitur Rui. con. 140. col. 4. vol. 1.

Nego consequentiam, quia licet iuris intellectu voluerit fortasse obligari, tamen verisimiliter volet potius satisfieri de bonis principalis, & hoc diligēter excuti, & īquiri.

Præterea Imol. argumentatur à fideiussore de iudicio sisti ad illum contractus, nec valet illatio, quia contra primum fit executio sine citatione, vt dixi, contra secundū nō.

Limitatur nisi agatur cōtra multitudinem; nam tunc sufficit edi-
29 ctum, vel proclama. † Bar. ad reprimendum in verbo citatum. Caccialup. in l. omnes populi, colum. 1. C. de sacros. eccles. commendat pro singulari, & dicit paucis notum. Ias. in l. decem, num. 43. in fine de verbor. obli. dicens sepius practicasse. Neg. de pign. in 1. memb. 8. p. n. 16. in fin.

Quod facit quomodo præcedendum in causis Communitatum, Castrorum,

ſtrorum,& Villarum,& ſolent etiã apponi intimationes ad portam Caſtri.

Practicam excuſſionis vlterius
30 proſequendo, † nuncius,vel explorator poſt commiſſionem ſibi factam,& citationes,de quibus ſupra accedet ad locum,vel loca habitationis, in quibus veriſimile eſt facultates adeſſe,l.4.in princ. ff. de dam. infect.l.ſi ruptione, ff fin.regund.l. 1.§.ſi præſes de offic.præfect. vrb.l. magis puto,§.ne paſſim,ff.de rebus eorum,l.præſenti, §. quod ſi res. C. de his,qui ad eccleſias confuger.l.1. §.domum.de liber.agnoſc.l.1. C. de priuileg.fiſci.

In quo loco faciet diligẽtem inquiſitionem a familiaribus,propinquis, & vicinis principalem debitorem rem aliquam habere, vel in aliquo eſſe ſoluendo.

Item ſi publica fama eſt,vel vulgi opinio ipſum aliquam rem habere, vel in aliquo eſſe ſoluendo, nam per famam,& vulgi opinionem co-
31 gnoſcimus † facultates alicuius, & an ſit ſoluendo, vel non,glo.in l.vbi adhuc.C.de iur.dot.in authent.de æqualit.dot.§.illud. not. in l.ſi conſtante, ff.ſolut.matrim. Bald. in authen.ſed hodie,nume.2.C.de act.& oblig.in l.1.num.2. C.quæ in frau. credit. Moſcard.in verb. diſcuſſio, nume.4.omnia enim oculis ſubijci non poſſunt,& multa occultari,l.2. quand.& quib.lib.10.l.j.§. ſed cum poſſum, ff.de collat. bon.meritò vtile eſt recurrere ad famam, & vulgi opinionem.

Quibus diligenter peractis referet nuncius, & relationis forma ea eſſe videtur pinguior, & plenior, meo iudicio omnia complectens,
32 retulit † nullã habere rem, nec aliquid in modis ſuis habere,& ipſum non eſſe ſoluendo,& creditori ſatiſfieri non poſſe,& per cõſequens excuſſionem eſſe factam.

Dixi primo loco nullam rẽ,quia
33 rei † verbum generale eſt, l.1. ff.ſi cert.pet.l.rei,ff.de verb.ſignifi. inſt. de rebus corporal. & incorporal.dixi,habere,quod verbum generale eſt,l.2 §.habere,ff.ne quid in loc.publi. dixi nec habere in bonis, quia verbum bona comprehendit generaliter, l.bonorum de verb. ſignific. dixi in princip. operis in verb. bonorum,dixi non eſſe ſoluendo. l.Imperatores, ff.ad municip.l.in magiſtratus.C.de magiſtr.conueniend.l. cum mandato, ff.de minor.l.3.cum ibi not. ff.de inſtitor. dixi creditori ſatisfieri non poſſe,l.1.& 3.C.de magiſtr.conuenien.dixi, & conſequenter excuſſionem factam.lege decem de verbo.oblig.l.2.C.quo quiſque ordin.lib.10.

34 Sed quid ſi facta relatione † per nuncium comparet fideiuſſor, vel alius intereſſatus, & venit probare contrarium, audieturne? vtique ſic aſſumendo onus in ſe,glo.notabilis in §.item teſtes in verb. executoribus,4.quæſt.3.in Cano.propoſuiſti in verb. non probatur diſtinct. 82. Archidiac.in Cano. venerabilibus, colum.2.in verb. citatus de ſenter. excommun.libro 6.Angel.& Imol. in l.qui bona,§.damni, colum.1. ff. de dam.infect.Fel.in cap. propoſuiſti in cap.quoniam contra de prob. in cap.cum parati,de appellat.Petr. Iac. in titu. de conſtitut. pecun.col. penul.verſi.nec etiam deberet.Gu. Pap.quæſt.628.in tract. præſumpt. verſic.5.ſingu.409. Bertran. conſil.

27.li-

27. libro primo. Bald. in l. contra negantem, in fine. C. ad l. aquil. Castr. in leg. 2. nume. 8. & 9. ff. si ex noxal. caus. agatur. Rom. consi. 102. nume. 5. Alexan. cons. 114. n. 3. lib. 4. Asin. in pract. §. 9. cap. 11.

Facit quod dicitur de statuto di-
35 sponente † de stando iuramento dānum passi; nam adhuc contrarium probari poterit, dixi in repetit. regul. cum quid, parte 1. quæst. 1. sub num. 2. volum. 6. repeten. iur. Cano. dixi etiam in tract. de iuram. lit. decisor. q. 5. 8. q. princ. nu. 21.

Pariter addo quod nec opus erit
36 probare contrarium, si relatio † in sui lectura appareat erronea, vel inuerisimilis vel suspecta. Iacob. Butrigar. in l. 1. C. de re iudicat. Angel. in l. diuus, ff. de testam. militar. in l. qui restituere, ff. de rei vendic. in authent. de exhibend. reis in princi. in l. qui vas in princ. ff. de fur. pulchre Alex. consi. 114. num. 3. libro 4. melius consil. 91. nu. 114. lib. 6.

Quod notabile est pro relationibus nunciorum, & baiulorum, qui sæpe multa referunt, & Deus scit, & excussio in parte cessabit, si in parte bona sufficiant. Papiens. in hipothecar. in verb. exceptionem in fine.

Et in excussione facienda nun-
37 cius, † vel executor potest capere personam debitoris, vt indicet bona sua, in quibus excussio facienda est. Maran. par. 6. princip. tit. de executione sententiæ, num. 23.

Pone in facto vnum, quod nun-
38 cius † non fuit admodum diligens, & à paucis se informauit, vtiq; eius dicto hoc casu standum nō est, quia in nuncio tria requiruntur, scilicet, commissio, l. neminem. C. de exhib. reis, secundum quod seruet formā commissionis, l. qui Romæ, §. callimacus. de verbo. oblig. l. eum qui, §. filius, ff. de acquir. hæredit. & quod deponat cū iuramento, nisi sit nuncius publicus, arg. l. theopōpus, ff. de dot. prælegat. ita Bald. in l. fin. col. 4. versi. sed ponamus, ff. si cer. petat.

Vnde in practica quando refer-
39 tur excussio † debet referri cum iuramento, & vide ea, quæ late dixi in tract. de iuramen. lit. decisor. quæst. 5. 8. quæst. prin.

QVÆSTIO XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Bona extra territorium ius dicentis sita quod sint ponenda in excusione facienda. Contrarium verius nu. 2. Declaratur nu. 3. Ampliatur numero 4.*

5 *Res inutiles non veniūt in excusione bonorum, quia pro nihilo reputantur. Similiter si sint vtiles, sed in loco forti, vel difficili, numero 6.*

7 *Bona excutienda sunt quæ sine controuersia possideri poßunt, dubio verò dimittenda, nec debet retardari executio contra tertium possessorem.*

8 *Possessor extraneus dicens principalem debitorem habere in longinquis regionibus multa bona, & quod vult gaudere beneficio sex, vel nouem mensium, an sit admittendus.*

9 *Excusio fieri potest, si præfixo termino ad res exhibendum, nihil fuerit exhibitum. Et si proposito publico proclamate, vt qui scit bona alicuius, debeat infra tot propalare, numero 10.*

SED

re beneficio sex, vel nouem mensiũ, iuxta l. 1. C. de dilation. an sit audiendus, Iacob. Menoch. dilat. materiam late profitetur, de arbitr. cas. 52. nec de hoc cogitauit, prout apud eum videri potest.

Crederem quod hoc casu iudex summatim prouidebit, iuxta not. in l. 3. §. illud. ff. ad exhibend. an sit verisimile debitorem ibi nihil habere, & per consequens calumniosè peti, & tunc non auditur, l. de die, §. fi. ff. qui satisdar. cogant. l. si quis exigitur, ff. de edend. l. is à quo. ff. vt in possess. legatur. l. 1. §. si causa, ff. de ventre in possess. mittend. si verò cognouit principalem debitorem esse verisimile aliquid habere in longinquis regionibus, puta, quia mercator & solitus ibidem, & tunc credo audiendum præstito iuramento calumniæ, d. §. exigitur, d. l. de die, §. iubetur, l. de pupillo, §. qui opus. ff. de nou. oper. nunciat. l. qui bona, §. qui damnum, de dam. infect. sentit Signorol. consil. 57 in fine.

Et sic ad materiam l. j. C. de dilat. debet de calumnia iurari etiam data verisimilitudine.

9 Est etiam alius modus excutiendi† si fuerit præfixus terminus ad res exhibendas, & nihil fuerit exhibitum, argum. l. in legem, ff. de contrahen. emption. glo. in l. à diuo pio, §. in venditionem in verb. capiatur de re iudicat. Bald. in authen. hodie, numero secundo. C. de actio. & obligat. Moscard. in verb. discussio in fine.

10 Est alius modus † per publica proclamata, vt qui scit bona alicuius debeat infra tot propalare. Ang. in l. in illa, vbi Roman. ff. de verbo. obligat. commendat. Seisell. in l. decem, numero 15. ff. eod. & ita obseruat fiscus. Herculan. de negatiua, numero 268.

QVAESTIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Excussio non est necessaria quãdo notorie constat principalem debitorẽ non esse soluendo.*

2 *Excussio non fit ad alium finem, nisi ut appareat principalem debitorem non esse soluendo.*

3 *Excussionis exceptio non datur pro ordine substantiali, sed solum si intersit.*

4 *Excussio est quadruplex in iure, et ibi enumeratur.*

5 *Factum sufficit in se esse notoriũm, licet iudici ex processu nõ sit notoriũ, in terminis excussionis.*

6 *Notorie quem esse non soluendo, quomodo probetur.*

7 *Asserenti negantem non dicere verum incumbit probatio, & id per multa exempla discurrit, & nume. 8. & de modis probandi num. 9. idque verum concurrentibus aliquibus ad fauorem negantis, num 10.*

11 *Pauper quilibet præsumitur. Fallit in beneficiato, qui præsumitur habere victum pro duobus.*

12 *Liber æstimi quid, & quibus concurrentibus probet.*

13 *Glosa in l. cum de lege, de probat. in quibus terminis loquatur, declaratur.*

14 *Victum bestiatim quærens dicitur notorie non soluendo, nec aliqua requiritur excussio.*

15 *Possidens bona in loco periculoso, non dicitur soluendo, vt in exemplis ibi.*

16 *Pecuniam sub vsuris, & interesse habens,*

bens, & retinēs non dicitur soluēdo.

17 *Debitor sub vsuris dicitur seruus creditoris.*

18 *Euentus futurus, & fortuna futura inspicitur, quando præsens status rei indicat futurum euentum.*

19 *Bona habens in mercibus periculosis dicitur non soluendo.*

20 *Possidens immobilia, sterilia vel inutilia dicitur non soluendo.*

21 *Minor quem fundum possit alienare sine decreto, & num. 24.*

22 *Ecclesia alienare potest pro debito vrgenti.*

23 *Permutatio facilius permittitur, quā alienatio, cum semper res in eodem patrimonio duret, at pecunia facile corrumpitur.*

25 *Fundus sterilis vel infructuosus fideicommisso suppositus potest per grauatum alienari.*

26 *Bona ecclesiæ afferentia plus damni quam vtilitatis, possunt sine solemnitatibus alienari.*

27 *Prædia inculta, sterilia, & saxosa, possunt locari etiam ad lōgum tempus vt ad culturam reducantur.*

28 *Possidens immobilia vilissima, & modica non dicitur idoneus, idem si possidet immobilia, sed in alieno territorio. nu. 29.*

30 *Possessor sine titulo directo vel vtili, vel cum mala fide, non est idoneus.*

31 *Possidens solum rem litigiosam non est idoneus, quo ad cum cum quo litigat, secus quo ad tertium, nu. 32.*

33 *Possidens immobilia, quæ pignorauit vel obligauit pro maiori parte pro tanta quantitate, quod inspecto eorum valore non supercresset tantū vt creditor releuaretur, non est idoneus.*

34 *Creditor dicitur possidere rem pignoratam, quando est sibi obligata pro tanta quantitate, vt verisimiliter debitor non reluet.*

35 *Prohibitus alienare, si pignoret pro tanta quantitate quod non sit verisimile eum reluiturum, dicitur alienare.*

36 *Cedens bonis non dicitur idoneus.*

37 *Possidens mobilia tantum, quæ non sunt in notabili quantitate, non dicitur idoneus.*

38 *Captus ab hostibus non dicitur idoneus, nec soluendo.*

CONNECTENDO pro dictis, quæro, an sit necessaria excussio, quando notorie constat principalem debitorem non esse sol
1 uendo, † & vtique non. gl. in l. decē. de verb. oblig. & ibi Bart. Castrens. & Imol. colum. 1 Alex. num. 9. Ias. num 27. glo. notab. in l. fin. vbi Bar. num. 2. Castren. colum. 1. Alexand. num. 3. Ias. num. 10. Dec. nume. 11. ff. si cert. petat. Bartol in l. 3. §. si is pro quo in fine, ff. quod quisq; iur. numero 2. vbi Ias. num. 12. Cin. in auth. præsente. C. de fideiussor. Bald. in l. prima, num. 4. C. de reuoc. his, quæ in fraud credit. versicu. quæro vtrum excussio in l. prima. quæstio. 2. C. si quid in fraud. patron. in l. 1. colum. penul. C. de non conuenien. fisci. debitor. lib. 10. Ang. de fideiussor. §. 1. num. 8. versic. sed neque. vbi
2 rationem reddit, quia excussio † nō fit ad alium finem, nisi vt appareat an debitor sit soluendo, sed notoria non egent probatione in l. exitus, num. 2. ff. de acquir. poss. vbi relatio nuncij in actis sola facit notorium, in l. 2. ff. si quis omissa causa testamenti in authent. hoc si debitor. C. de pign. Bal. in l. nisi. ff. de pact. in 1. lectur. vbi in secunda colligit, quod
3 exceptio † excussionis nō datur pro ordine

ordine substantiali sed solum si interfit, vnde si fideiussoris non intersit, & opponat, excluditur per replicationem, vt ibi per Bal. qui hoc reputat notabile. Aret. in §. itē si quis in fraud. sub num. 14. de act. vbi Ias. num. 68. Felin. in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, colum. 34. sub num. 86. versic. 4. adduco de constitut. in cap. cum olim. colum. 8. sub num. 11. de re iudicat. Marsil. de fideiussor. nu. 10. Roman. consi. 93. in princ. & consi. 211. in princip. Aret. consilio 29. colum. 6. & 126. colum. penult. Socin. in regu. excussio limitatio. 5. Abb. consil. 29. volum. 2. Marsil. de probat. num. 205. apostil. ad Tolos. 196. Felin in capit. cum Bertoldus, colum. 10. sub numero 24. versicu. & bene facit de re iudic. in cap. audientia de accus. vbi valde commendat Paris. consi. 50. colum. 6. volum. 1. consi. 107. col. fin. volum. 3. Ruin. consi. 180. colum. penult. volum. 1. Bertrand. consi. 213. columm. 2. vol. 2. & hæc est vera, & communis *opinio. Corn. consi. 151. colum. fin. vol. 4. Paris. consi. 80. num. 47. volum. 1. Grat. consil. 37. colum. 3. nume. 21. consi. 87. num. 23. volum. 1. consil. 63. nu. 43. vol. 2. Ant. Gabr. de fideiussor. conclus. 1. limit. 1. nu. 53.

Addo Curt. sen. consil. 6. num. 3. Duenn. regu. 335. limit. 17. nu. 17. Negu. de pigno. par. 8. memb. 1. nu. 31. Cæphal. consil. 86. num. 16. lib. 1. Rolan. consi. 9. num. 20. lib. 1. consilio 79. num. 26. consil. 99. nu. 13. eod. lib. Decis. Perus. 45. nume. 15. Gomes. de contract. tom. 2. cap. 13. sub num. 14. limit. 2. & magis communis * secundum Ias. in l. decem, num. 7. de verb. oblig. Villalob. littera R. num. 60. littera S. nume. 73. Caballin. de euict. §. 3. num. 75. Capic. decis. 54. in fine. Misinger. cent. 2. obseruat. 15. Vincent. de Anna. singul. 178. Mannos. ad Roman. consilio 211. num. 3. in verb. soluendo. Asin. in pract. §. 31. ampl. 22. Chircou. commun. opin. centur. 2. concl. 27. Mich. Crass. commun. opin. cap. 11. quæst. 8. Bursat. consil. 48. nume. 10. par. 1. & ita tenuit Rota. vt per Caputaquens. decis. 273. in fine parte secunda.

Ampliatur siue sit notorium de toto, siue de parte. Ias. post gl. in d. l. decem, nu. 27.

Ampliatur secundo siue simus in excussione faciēda ex dispositione legis, siue vigore pacti, & conuentionis, ita Ias. in citato loco, numero 27.

Ex quibus correlarie infertur, 4 quod excussio † est quadruplex in iure.

Prima ordinis iudiciarij, & de solennitate subtili iuris, quę reijcitur in summarijs, & alijs similibus, & pro forma opponi debet ante litem contestatam.

Secunda est, q̄ descendit ex equitate concernens merum interesse opponentis, & ista vti fundata in æquitate semper, & in quolibet iudicio opponi poterit, vt dixi superius in questione de Saluiano.

Tertia est introducta à iure communi, de qua in authent. præsente, C. de fideiussor.

Quarta est conuentionalis, puta promitto soluere, quod à Titio exigere non poteris, & ista est fortior, quia non tollitur per renunciationem beneficij de fideiussoribus, nec per clausulam omni legum, & iuris auxilio, & insuper opponi poterit etiam

etiam per litem contestatam vt per Ias.in d.l decem,num. 1.notab. 1.

5 Et sufficit factum † esse in se notorium,licet iudici ex processu non sit notorium. Afflict.decis.318. Capic.decis.54.num.5.in proprijs terminis excussionis. Pariter constat notoriũ in materia excussionis per bollectinum, vel saluum conductũ in actis productum,& registratum. Grat. in terminis consil.37. nume. 22.volum.2.

Quem autem esse notorie nõ sol
6 uendo † probatur dicendo, ecce inuentarium,tot bona sunt in hæreditate, nam transfert onus probandi in aduersarium adesse plura bona. glos.notabil.& singularis,& ab omnibus commendata in l.cum de lege de probation.per textum in l.fin. §.licentia, C.de iur.deliberand. vbi Ias.in primo notabil. appellat eam glo.mirabilem,& quod Barto. eam allegat in mille locis; & ibi sequun-
* tur communiter * omnes,Bal.& Salicet.in d.l.cum de h.Angel.in donatione loquens in l.cum ex causa, ff. de re iudic.vbi si donator dicat,non habeo nisi hanc domum, vel fundum,si donatarius asserit plura bo-
7 na,probet. † Roma.consil.276. dicens illam glos. esse ad hoc ordinariam Alex.consilio 41. in fine consilio 71.in fine vol.3.Aret.consil. 12. Bar.in l.is potest sub num.25. vers. quinto dicit,ff.de acquir. hæredita. vbi dico non fecisse testamentum, contrarium alleganti incũbit onus probandi,& nota ibi Bar.quia presupponit cum negante concurrat communis opinio. Batt. in l.si constante in 1.quæst.princ.ff.solut. matrimonio,vbi Ias.n.122. dicit quod iste modus quotidie probatur ĩ practica.Barto.in l.conficiuntur, §. codicilli num.4. de iur.codicillor. vbi dicit sufficere, in tali Castro plures testes non reperiebantur,contrariũ asserenti incumbit onus probandi concurrente assertione notarij, scilicet,facta diligentia inquisitionis, & hoc ponere bonum est. Bar.in rubr. de nou.oper.nunciat.numero 8.vbi producens particulam statuti præsumitur producere totum,nisi contrarium probetur per glos.prædict. Imol.in l.mutum.§.1.ff. de acquir. hæredit.

Et sic vides quam sit frequentissima conclusio apud Bartol. ea quauititur nedum in materia deducendi facultates, & bonorum alicuius, sed ferè in qualibet negatiua deducẽda,est enim modus per se facilis, & admodum expeditus.

Est etiã conclusio frequens apud Alexand.prout consi.47.consi.105. colum.3,melius consi.21. vbi Ant. Rouescal.additionator consilio 47. libro secundo,consil.41. in fine lib. 4.239.lib.6.in l.final.§.licentia,vbi etiam Ias.valde exclamat in 1.nota. C.de iur.deliberan.in l.necessarias. colum.3. ff.de acquir. hæredit.in l. cum causa, ff.de re iudicat. in l. qui Romæ in princip.nu.16.ff.de verb. oblig.Castren.consil.212.column. penul.volum.1. Crot.in repetit.l.si constante, ff.solu.matrim.inferens post Alexan.ab eo allegatum, quod
8 si socius † dicat non esse maius capitale,habet intentionem fundatã, & consocio contrarianti incumbit onus probandi.pariter dicit asserẽti non potuisse reperire plures merces ad uehendum creditur,transferendo onus probandi contrarium in aduersarium.Gui.Pa.quæst. 142. vbi

vbi minor læsus deducit bona, afferendo tot esse in hæreditate, & illa quæstio, & decisio Guidi Pap. mihi videtur admodum vtilis in practica ad ea, quæ late congerit Sfortia de restitut. in integrum, quæst. 62. per totam, vbi præcipue artic. quinto, profitetur practicam in minore petente se restitui aduersus aditam hæreditatē, sed non dat modū probandi hæreditatē damnosam, addo Afflict. decisio. 377. Ias. in §. item si quis in fraud. num. 70. de actio. Gozzadin. consil. 94. num. 32. Cassan. in consuetud. fol. 251. colum. 1 Butr. in cap. fin. de probat. in c. contingat de fid. instrumen. Rip. in capit. cum eccle. Sutrina, de causa possessionis, & proprietatis. Alciat. regu. 2. præsumptio. 20. & hæc est vera, & com* munis * opinio Curt. sen. consi. 27. col. 8. Ruin. consilio 39. column. 3. consilio 187. colum. 2. volum. 1. cōsil. 116. colum. 5. consil. 144. colum. final. volum. 2. consi. 109. colum. 5. volum. 3. consi. 33. colum. 4. consil. 69. colum. 4. volum. 4. consilio 109. colum. 15. volum. 5. consi. 67. col. 7. consi. 91. colum. 2. consi 143. col. 3. volum. 5. Socin. consilio 104. in fine vol. 3. Curt. iun. consil. 150. col. 4. Dec. consil. 496 num. 12. Rip. in l. si constante, num. 18. ff. solut. matrim. Monticul. de inuentar. nume. 147. Roland. de inuentar. fol. 162. versic. hæres cum inuentario, dicēs ab hac opinione in iudicando, & consulendo non esse recedendum. Herculan. ** de negatiu. num. 255. magis ** cōmunem dicit Mascard. conclu. 204. numero duodecimo, & tertiodecimo, vltra quē Ias. consi. 34. col. 3. numero quinto. Cur. sen. consil. 27. numero 17. vbi de communi. Curt. iu. consilio 150. sub numero 10. vbi pariter de communi. Ruin. consil. 67. numero 14. volum. 5. Crauet. cons. 225. num. 12. Gozzad. consilio 94. num. 37.

9 Contrarium † vero probari poterit per testes domesticos, mediante tortura, vel per iuramentum purgationis. Mascard. concl. 852. nu. 7.

Aduertendum tamen est, quod
10 allegata conclusio procedit † concurrentibus aliquibus adminiculis, vel coniecturis, vel præsumptionibus ad fauorem negantis, puta communis opinio Bar. in lege is potest, n. 25. ff. de acquir. hæred. versi. quinto dicit.

Inuentarium solenniter factum, pro quo præsumitur in l. fi. §. licentia, vbi Ias. colum. secunda, in principio, numero primo, in fi. C. de iu. deliberan. in rubric. de nou. oper. nunciat. co. fi. sub num. 8. in l. si constante, numero 129. vbi Ioan. Crot. num. 9. ff. soluto matrimon. Ruin. consi. 49. colum 1. consi. 82. colum. fin. volum. 5. Castren. consi. 212. colum. penu. volum. 1. Herculan. quis teneatur probare negatiuam, num. 95. & 256. Monticul. de inuentar. nume. 147. Crot. in rubric. de nou. oper. nunc. num. 428. Natt. consilio 23. columm. 4. & hæc est communis * * opinio, à qua in iudicando, & consulendo non est recedendum. Roland. de inuentar. fol. 161. versiculo, hæres cum inuent. Vasq. contrau. illust. c 33. n. 10.

Vel alia coniectura, suspicio, vel præsumptio etiam leuis, & modica. Felin. in capit. laudes, colum. 4. alias colum. 3. versic. tertia conclusio, circa medium, de rescr. vbi dicit quod gl. in d. l. cum de lege, est fundata in

illa præsumptione quod quilibet
11 præsumatur pauper, † vnde infert quod dicta glo. non procedat in beneficialibus, quia beneficiatus psumitur habere victum pro duobus. cap. vt quisque de vita & honest. cleric. Seisell. in l. si constante, colum. 5. nu. 30. ff. solut. matrimon. in l. decem, num. 13. de verbo. obligat. ubi
12 ex hoc infert, quod liber † æstimi probat propter auctoritatem officialis publici, dummodo in eo sint descripta mobilia, quia datur mercator diues, & nulla possidet immobilia, & quando liber sit factus ex modico interuallo, addo Mascard. conclusio. 204. Rofred. consilio 32. colum. 7. Socin. consil. 205. colum. 2. versicu. primo. late Festas. de collect. par. 1. nume. 58. vbi indistincte tenet quod transfert onus in aduersarium. Alciat regu 3. præsumptio. 20. vbi quælibet leuior suspicio, & coniectura. Soc. iun. consi. 26. col. 2. volum. 2.

Non omitto tamen quod multo
13 rum fuit opinio, vt † glo. in l. cum de lege. procedat siue præsumptio sit pro negante, siue non. Cur. iun. consil. 27. dicens ita in practica seruari. Rip. in cap. cum ecclesia sutrina, num. 83. de causa possessionis, & proprietatis. Herculan. quis teneatur probare negatiuam, num. 255. * dicens hanc esse communem * opinionem, tamen mihi videtur verior opinio, vt concurrere debeat aliqua verisimilis coniectura, & ita etiam tenet Vrsill. ad Afflict. 318. in fine, qa esset in potestate asserentis proferre quod vellet contra l. maritus. §. fin. ff. ad l. falcid.

Dicitur ẽt notorie non soluendo
14 qui hostiatim † victum quærit, nec aliqua requiritur excussio. Bald. in authen. sed hodie, numero secundo, & licet notorium sit principale nõ esse soluendo, tamen requiritur iudicis declaratio. Rom. cons. 211. cõsi. 241. col. 2. Dec. in l. fi. col. 3. ff. si cer. petat. Alex. in l. decẽ, col. 2. de verb. obli. Purp. in l. ex conuentione, col. 7. C. de pact. Abb. in c. porrò. in primo notab. de diuort. Fel. in c. euidẽtia, de accus. Ant. Gabriel. de fideiuss. conclu. 1. num. 54.

Addo quod hæc est magis com-
** munis ** opinio. Didac. in cap. alma mater, §. 2. sub num. 9. col. sequent. de sent. excommunicationis. Marsi. in pract. §. aggredior, nu. 133. pract. Corrad. fol. 238. post numerum 4. Iul. Clar. in §. fin. quæst. 9. versicu. præterea. Eman. in suo Thesaur. littera H. nu. 52. Boss. in tit. quomodo procedendum in crimine notorio, numero 6. declarando, vt per Bonacoss. conclus. crimin. in verb. notorium, vide tamen quæ superius dixi in hac materia quomodo; & qualis debeat esse ista declaratio.

Notorie autem non soluendo dicitur etiam alijs modis in practica vtilibus, & fructuosis, non tam in hac materia excussionis vtili, & practicabili, sed ad materiam, l. 2. ff. qui satisdar. cogantur. quando quis dicatur idoneus, & soluendo.

15 Primo non dicitur solũdo, † qui possidet bona in loco periculoso, puta in montibus, quia lauantur ab aquis, vel iuxta flumen ab inundationibus. Bart. in l. 2. n. 190. vbi Alexand. nu. 20. Ias. nu. 28. Rip. nu. 51. Seisel. n. 24. idem Bar. in l. si quis stipulatus sit stichum. §. 1. nume. 2. de verb. oblig. vbi Castren. nu. 2. Ias. n. 5. in l. 3. §. fi. ff. quib. mod. pig. vel hypothec.

pothec. soluitur. in l. si quis ab alio in princ. de re iudic. Vnde nota contra istos assignantes redditus in Tiberium.

Secundo qui habet, & retinet pe
16 cunias † sub vsuris, & retinet multas pecunias ad interesse c. quanto, c. quoniam in verb. Christianorum exhauriunt facultates, de vsuris. Angel. in l. in personam, §. 1. per illum textum, ff. de pact. dixit singulare, & perpetuo notandum. Ias. in lege si constante, nu. 158. ff. sol. matr.

Mihi videtur glos. notabilis in l. qui habebat. in verb. redacti, de leg. 3. vbi ex tacito cōsensu præsumpto bona debitoris præsumuntur facta creditoris propter cumulum vsurarum; multi enim vel grauantur mole æris alieni, vel differunt solue re in plures annos, & sic fit cumulus vsurarum, vnde dicitur debitor
17 † seruus creditoris. glo. in l. fideicōmissa, §. si ratio de legat. 3. in l. 3. C. de donat. Brun. de cession. bonorum in 4. quæst. prin. quęst. 20. sub n. 24.
18 Vnde inspicitur, quod euenire potest, futurusq; † euentus, & futura fortuna quando præsens status rei indicat futurum euentum. Bartol. in l. si idem, §. fin. in 2. oppositio. ff. de iurisdictio. omn. iudic. in l. inter stipulantem, §. sacram de verbo. oblig. si enim video bona tua prope flumen cum continuo periculo corrosionis, quid considerare debeo? si video te quotidie recipere sub vsuris nihil boni ad tui vtilitatem cognoscere possum.
19 Tertio si habet bona † in mercibus periculosis, puta in mari, vel ēt in terra; hæc enim omnia instans periculum demonstrant l. 3. de donat. caus. mort.
20 Quarto possidens † immobilia, sterilia, vel inutilia. Alb. post Guid. de Suzzaria. in l. sciēdum, col. 3. circa medium, ff. qui satisdar. cogant.

Considerandum tamen est, quod in iure bona sterilia, saxosa, & infructuosa considerantur; nam minor
21 † si fundus sit saxosus, sterilis, vel pestilens, tamē sine decreto alienare non potest, l. si fundus in prin. ff. de reb. eorum, vbi rationem reddit, quia vendit viliori precio, ratione
22 fructuum, ecclesia, † quæ videtur fauorabilis, sicut minor, alienare potest pro debito vrgenti authent. item prædium. C. de sacros. eccl. Roman. in l. si verò §. de viro, nu. 61. ff. solu. matrim. dicit quod nunquam potuit uidere rationem diuersitatis, licet multi multa loquātur. Bal. in d. l. si fundus. dicit quod pari passu ambulant minor, & ecclesia, sed
23 auth. † itē prædiſt, loquit in permutatione, quæ facilius permittitur, cū semper in eodē patrimonio duret, & pecunia de facili corrumpitur. Dinus dat rationem diuersitatis inter ecclesiam, & minorem, quia ecclesia semper manet in eodem statu, sed ætas minoris mutat. Bal. ibi reprehendit, quia furioso, & prodigo, & tamen in eodē statu semper manent, mihi non placet, nec ratio Bal ad d. Auth. item prædium, nec ratio assignata per eū in confutando opinionem Dini, quod authen. quod prædium loquatur in uenditione, non in permutatione, probant uerba clara ipsius cōstitutionis, dum permittit alienationem pro liberando onere fiscali: dum ēt Bal. dicit, quod prodigus, & furiosus in eodem statu permanent, huic repugnat experientia, quia furor,

& prodigalitas sæpe durant ad tempus, prout ætas minoris: quare magis recepta videtur Dini opinio. tenet Bart. in l. si pupillorum, in fi. ff. eod. in l. iubemus, n. 7. in auth. quas actiones, nu. 1. C. de sacrosf. eccle. Io. de Imol. in cap. vt super, nu. 9. de rebus eccles. non alienan. Rol. de Cur. consi. 123. num. 66. Bero. consil. 83. nu. 16. vol. 1. Hippol. Rimin. consil. 5. nu. 106. vol. 1. Capic. decis. 113. n. 7. Octa. Simoncel. libro 3. titu. 8. inspect. 17. nu. 127. cum seq.

Ampliatur notabiliter vltra Si-
24 moncell. siue fundus sterilis † non afferat nec vtilitatē, nec impensam, siue impensam sine vtilitate, ita reprobata opinione Ias. in l. 2. numero decimo, de offic. eius, tenet Affli. decis 87. Capic. decisi. 113. Barbat. consilio 67. colum. 20. inter consil. Curt. sen. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 271. nu. 62. Præterea fun-
25 dus † sterilis, vel infructuosus fideicommisso suppositus potest per grauatum alienari. glo. & ibi Ias. numero 6. in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad trebell. vbi hæres imputat in quartam suam.

Accedat prædictis omnibus bona decis. Guid Pap. 156. vbi bona
26 † ecclesiæ, siue sit domus in ciuitate, vel extra, siue alia stabilia, quæ afferant plus incommoditatis, & damni, quam vtilitatis, possunt sine aliqua solennitate alicuius alienari. tāgit Redoan. de rebus eccl. non aliènand. fol. 252. numero septimo: pos-
27 sunt etiam prædia † inculta, saxosa, & sterilia locari etiam ad longū tempus, vt ad culturā reducātur, capit ad aures de rebus eccl. non aliènan. Rol. vt sup. fol. 265. dixi latius in tra. loc. & cód. vbi videre placeat.

28 Quinto possidens † immobilia vilissima, & modica non dicitur idoneus. gloss. & ibi Ias. numero 7. in l. sciendum, ff. qui satisdare cogātur, in l. si fideiussor, §. fi. ff. eod. in §. sed hodie instit. de satisd.

29 Sexto possidens † immobilia, sed in alieno territorio non dicitur idoneus, gloss. notab. in l. fin. C. de principibus agentium in rebus, de qua latius dixi superius an excutienda sint bona extra territorium existētia, vbi videre placeat.

Danda tamen est in materia fluminis qualitas fluminis, vel loci. Io ann. Lup. in c. per vestras, §. 28. nu. 8. vbi ita instruit iudicem.

30 Septimo possessor † sine titulo directo, vel vtili, vel cum mala fide non est idoneus Barto. in l. sciendū, numero 11. vbi Ias. num. 24. ff. qui satisd. cog.

Octauo non est idoneus ille, qui
31 solum possidet † rem, super qua litigatur. gl. in l. de die, §. quidam in l. Iulianus in fine, ff. qui satisdare cogantur. Barto. in l. 1. colum. 3. C. vti possidet. in l. penult. §. si fundus, ff. qui satisdare cogant. & hæc est magis communis opinio. Ias. in d. l. sciēdum, sub numero 22. vbi limitat
32 quoad eum, † cum quo litigat, secus quoad tertium, vnde ad proposi tū excussionis si bona reperta sint litigiosa, cessabitne hypothecaria? vtique sic si talia bona reperiantur penes debitorē: secus si aduersarius debitoris. ita in materia excussionis concludit Papiens. in hypotheca. in verb. exceptionem, nu. 31.

Nono nō est idoneus ille, qui pos-
33 sidet † immobilia, sed tamē pignorauit, vel obligauit pro maiori parte pro tanta quantitate, qđ inspecto

corum

eorum valore non superesset tantũ, vt creditor releuaretur. Alexan. in l.sciendum,§.possessor, numero septimo, vbi Ias.numero quarto, per textum notabilem secundum expositionem Rogerij,in l.qui habebat, de leg.3.de quo dixi superius in secundo modo, & in l.legata, §. final. vbi Bart.de supellectil.leg.

Ex quo sequitur per modum cor
34 relarij,quod creditor † dicitur possidere rem pignoratam, quando sibi est obligata pro tanta quantitate, vt verisimiliter non reluet,quod in practica pro multis occurrẽtijs est valde notandum : vnde non sufficit dicere est idoneus, quia habet in bonis pro mille, quia videndum est si obligauit eius bona,& pro quot.

35 Facit quod prohibitus † alienare si pignorat pro tanta quantitate,vt non sit verisimile,quod reluet,dicitur alienare. Bartol.in d.§.fin.Bald. in l.voluntas. C.de fideicommissis, in l.manumissiones, vbi Ias.nu.10. amplia.idem si alicui potenti, vt nõ sit verisimile, quod reluere possit, ff.de iust.& iure.

Quæ addi possunt ad ea, quæ posuit Balduin.de pign.capit.15.dum tractat de possessione rei pignorat. vbi hunc casum non reperio appo-
36 situm, multo fortius si † cessit bonis,vel confiteatur creditor non esse soluendo. Seisell.in l.decem, numero sexto,de verb.obligat. Aufre. ad Tolos.196.Paris.consilio 80.nu. 48.vol.1.

37 Decimo non dicitur idoneus † qui possidet mobilia tantum, sed non sunt in notabili quantitate, gl. in §. suscepto. authen. de exhibend.reis, * est communis * opinio Ias. in l.sciẽdũ in prin.n.30.ff.qui satis.cogant.

38 Vndecimo, captus † ab hostibus non dicitur idoneus, nec soluendo. Decis.Perusin.45.nu.17.

QVÆSTIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Excussio an sit necessaria, vel opponi possit, quando debitor excutiendus possidet bona in loco forti,quod non: numero.3.*

2 *Domicelli sunt penitus ruina locorum, & contra eos multum innuebit. & num.4. nisi sint sub uno eodem principe, numero.5.*

6 *Domicelli iusti, soliti soluere debita, & non sæuire in alios, dicuntur idonei, & exigibiles.*

7 *Immobilia existentia in manibus alicuius tyranni, quæ rehaberi non possunt, alienantur in aliquem potentiorem, & infeudantur.*

QVAERO an sit necessaria excussio, vel opponi possit
1 quando debitor † excutiendus possidet bona in loco forti, & munitissimo,prout arce.Castro, fortilitio, & similibus, & hodie in facto occurrit ĩ communitate, quę pro suo domicello se obligauit.

2 Domicelli † enim sunt ruina penitus locorum; aut enim sunt domini, aut vicini, si domini, interroga vasallos, si vicini, interroga Ciuitates, & Terras vicinas, quid enim? student titulum de vsurpationibus, & mediante vsurpatione de vsucapionibus, inimici,capit. final.de præscriptionibus,& regul. possessor, libro sexto, inimici regulæ peccatum, in qua multa scripsit Did.Cou. de acquisitis in ludo,

in meretricio, & similibus, cur non scripsit de vsurpatis per domicellos? quia operam, & oleum consumpsisset, littus arasset, aquam seminasset: percurre in eorum cameris, & cubiculis, si quos per apparentiam habent videbis penitus deletam legem, nam hoc natura. ff. de condict. indebit. l. bona fides de regul. iur. si aliquis de Castro, vel Ciuitate vicina contradicit, vę homini melius esset ei si natus non fuisset. vnde vides comitatus, & territoria exhausta, quot datia, & collectas legitime impositas soluunt minis, & iactationibus, & hęc satis, licet multa, & plus, quam multa alia dici possent.

Redeundo igitur ad quæstionē, de qua agimus, & vtique in isto ca
3 su non est necessaria excussio, † vt dicit glos. in l. 2. ibi vel Castello, ff. qui satisdar. cogant. vbi Ang. nu. 4. dicit ex illa glo. singulariter notan-
4 dum, quod † existens in loco munito, & forti dicitur minus idoneus ad conueniendum, & habetur pro excusso, prout sunt Domicelli habentes arces, & fortilitia. idē tenuit Cin. in authent. præsente, quæstio. secunda, Bald. in l. final. colum. 2. vbi Castrens. numero quinto. Alexand. numero 7. Ias. num. 10. Dec. numero 12. ff. si cert. petat. Bald. in l. 1. versiculo quæro vtrum. C. de reuocan. his, quæ in fraud. creditor. in l. prima, quæstio. 2. C. si quid in fraud patron. in l. 1. C. de non conuenien. fisci debitor. libro decimo. Bart. in l. si quis stipulatus, § si quis ita numero primo, de verbo. obligat. Angel. in §. sed neque, authen. de fideiussor. in l. exitus de acquir. possession. apostill. ad Abb. in capitu. secundo, de fideiussor. Marsil. de fideiussor. numero 257. Socin. in regul. excussio, limitat. 9. Gozzadin. consi. septimo, numero vigesimosecundo, est cō-
* munis * opinio. Viui. opin. 112. parte secunda.

Declaratur hæc conclusio nisi ta
5 lis † domicellus sit sub eodem principe, ita Angel. vnico verbo in d. l. secunda, sed certe negari non potest quin adsit difficultas conueniēdi, vnde securior est contraria opinio, vt etiam sint sub eodem principe, vt de facili expugnari possint, non requiratur excussio, & ita sentit, & commendat Roder. Soarez. ad l. 2. fori. lib. 2. tit. de los emplazzos, num. 20. fol. 772.

Vnde infelices fideiussores pro istis magnatibus, habent *il mal'anno, & la mala pasqua.*

6 Declaratur secundo † in Domicello iusto solito soluere debita, & non sęuire in alios. ita Ias. & Dec. in citatis locis, sed Bone Deus quis est, & laudabimus eum? amamus omnes iustitiam, sed non in proprijs domibus: fuge igitur, quantum potes, & vales, amicitiam, & conuersationem Domicellorum, quia inuenies eos, vti carbones.

Accedat prædictis, quod no. post alios Redoan. de rebus eccle. non alienand. rub. de alienat. rer. quæ seruand. seruar. non pos. numero trigesimotertio, fol. 62. quod immobilia
7 † existentia in manibus alicuius tyranni, quæ rehaberi non possunt, alienantur in alium potentiorem, & infeudantur, & loquitur ī bonis ecclesiæ: vnde iudica quid in bonis secularium. Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum.

QVAE-

QVÆSTIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Excussio non requiritur, si principalis debitor sit rixosus, cauillosus, & litigiosus.*

2 *Socius non tenetur stare in communione cum consocio litigioso, & ibi plura de rixosis, cum ampliat. nu. 5.*

3 *Rixosus cogi potest ad cauendum de bene viuendo, nedum de offendendo.*

4 *Minor habens fratrem, vel socium rixosum, vel alias hominibus exosum, habet iustam causam prouocandi ad diuisionem.*

6 *Statutum superfluum potius dici debet, quam quod quis ex eo indebite damnum patiatur.*

7 *Rixosus, potentior, cauillosus, & litigiosus an quis sit, iudicis arbitrio relinquitur.*

8 *Doctores, procuratores, & notarii practici, vt plurimum sunt cauillosi.*

QVID si principalis debitor sit rixosus, litigiosus, vel cauillosus? Vtique idem quod in præcedentibus non requi-
1 ritur excussio. † Angel. Raphael. & Alexan. numero tertio, in l. 2. ff. qui satisdare cogantur. Socin. in regul. excussio, limit. 8. Alexand. & Ias. & Dec. in l. final. si cert. petat. in locis, in præcedéti quæstione citatis. Marsill. de fideiussor. numero 257. Ias. in l. secunda, in princip. numero 19. ff. solut. matrimon. in §. item si quis in fraud. colum. 17. sub numero 68. institu. de act. dicens esse notatu dignissimum. apostill. ad Tolos. 196. Guid. Pap. singular. 717. Grat. consilio 87. colum. final. volumine primo. Asin. §. 31. amplia. 1. num. quinto. Natt. consilio 143. nume. 10. est
* communis * opinio. Viu. opin. 112. parte secunda.

2 Socius rixosus † damnatur l. si conuenerit, in fine, ff. pro socio, nec cogitur alius cum eo stare in communione. Redoan. de reb. eccle. fol. 40. numero quinto, per textum in d. l. si conuenerit. Maritus, & vxor rixosi damnantur. Ioan. Lup. in rubric. de don. §. 25.

Colonus, vel locator rixosus dãnatur dixi in tract. loca. & conduct. parte tertia, in verb. libertas, quæst. decima.

3 Homo rixosus † cogi potest ad cauendum de bene viuendo, nedũ de offendendo. late Herculan. de caution. non offendenda, capitulo vigesimosecundo.

4 Minor † habet iustã causam prouocandi ad diuisionem, si habet fratrem rixosum, vel socium, vel aliàs hominibus exosum, gloss. Cin Angel. & Salic. in l. 2. C. de fund. dotal. Iacob. de Aren. Cin. & Bald. in l. 1. C. si aduersus transactionem. Barto. in l. inter pupillos, ff. de auctori. tutor. Bald. in l. 1. C. quæ res pignor. oblig. poss. in l. vlt. C. commun. diuidun. Io. de Plat. in l. 1. versic. quinto ibi. Luc. de Penn. in l. 2. columna 5. versic. in commodo. C. quibus, & 4. pars, libro decimo, in l. iubemus, la seconda. C. de sacrosanct. eccl. Doctores, in l. inter omnes, C. de præd. minor. Ias. in lege secunda, numero 22. ff. solutio. matrimon. Kiminald. quib. alien. lic. vel non, in principio. Ambros. de Oppizzo. in repetit. l. filiusfamilias, §. diui, numero 107. de legat. 1. Fabian. de Focchis in repet.

authen.nouissima, in fine.C.de inoff ic.testament.Bartol.Bologni.in repetit.authent.habita, numero 383. C.ne filius pro patre. Aret. consilio vigesimosecundo, in princip. Alexand.consil.7.columna 2.volum.5. Rom. consil.106. numero 4. Socin. consilio 68.volum.1.consil.165.nu. 27.consilio 254.numero 2.volum. 2.Socin.iun.consil.48.num.4. cum sequen.consilio 79 num.3. volum. 1.Dec.consil.349.num.4.Rub.consilio 89.num.8 Crauett.consi.268. in fine.Ber.consilio 22.numero 37. volum.2.Ioann.Andr.ad Specu.tit. de curator.in princ.Fabian.de emp. & vendit. quæst.22 & vltima q.4. princip.numero 16. Bertacchin. in tract.de episc.par 4. libro 4. quæst. 56.numero 195. Petr.de Vbal. in tract.societat.par.11.col.3.num.1. Socin.regul.329. limitat 2. & hæc est vera, & communis * opinio. Capra.regul 109.numero 17. Simoncell.de decret.libro 2.titu.4.inspec. 1.numero 6.in fine vbi ampliat et

5 † si simul cócurrat prohibitio legis, & testatoris, & certe meo iudicio bene iniquum enim videtur, vt cogar stare cum homine inquieto, molesto, & rixoso, quia lex, & testator prohibent diuisionem, nam si lex, vel testator amant communionem bonorum, multo magis quietem animorum, esset ne bona ista lex, vel testatoris prohibitio si datur delinquendi quotidie occasio? quare dubia, & rigorosa mihi videtur communis opinio, vt si concurrat duplex prohibitio legis, & testatoris, vt cogar stare in communione cum homine rixoso, inquieto, & modesto, vt de communi * testantur omnes in l.filiusfamilias, §. diui, vbi Cuman. & Alexand.circa principium. Ias.numero 23. in prima lectur. & in secunda, numero 34.& 66.Rip. numero 23. Soci. iun.numero 64.vbi dicit magis cómunem ** opinionem.bonum esset, quod isti Reuerendi patres currentes ad testificandum de communi, & magis cómuni experti fuissent fastidium, & periculum socij rixosi, inquieti, & consequenter tota die periculosi, & postea interrogare eos quid conuenientius est salua re præceptum testatoris ne reddatur superfluum, vel tollere occasionem delinquendi? nonne in qualibet occasione iura, & Doctores attestantur, quod iustius est, vt statutú, † quod lex est, sit superfluum, quam

6 quod quis indebite damnum patiatur? nonne iura Ciuilia, & Canonica permittunt vxori, & viro thori separationem ex causa rixę, & tamé coniunxit Deus, & effecti sunt duo in carne vna? nonne scholaris rixosus expellitur quauis conuentione non obstante, vt studiorum quies conseruetur?

Practicando tamen illud notandum est, quod an difficultas sit in exigendo tam respectu bonorum, de quibus in alia quæstione, quam respectu personæ & si potentior, rixosus, vel litigiosus sit arbitrio iudi

7 cis † statur. Menoch. de arbitr.iudi. casu 171. numero 36. qui sicco pede pertransit contra morem suum. Addo bene loquentes Aret. in §. si. versic.quæro institu. de duob.reis. Angel.in l. secunda in fine de curator.bon.dand.Ioan.de Plate.in §.legatarijs de testamen.Castr.in l.quia poterat, & in l.apud Iulianum, ff. ad trebellian.Riminald. ad l.debito

rem,

rem, colum. penulr. C. de pact. Alexand. in l. ſi cum dotem, §. transgrediamur, numero ſeptimo, ff. ſolut. matrimon. Iacob. de S. Georg. in l. ſi his qui, §. ibi dos, ff. de iur. dot. Barbat. conſilio 91. colum. 6. & ſequẽ. libro tertio, pulchre Contard. ad l. diffamari, numero 129. de ingen. & manumiſſ. Ronchegal. ad l. 3. §. vbi duo, num. 178. de duob. reis.

Neſcio an ſit bona conſequẽtia,
8 vel præſumptio, eſt Doctor, † procurator, vel notarius practicus, ergo litigioſus, nec ſit neceſſe in hoc facere articulos ſæpe ſæpius, & vt plurimum ſunt cauilloſi pro alienis cauſis, quid cogitandum in proprijs?

QVÆSTIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Alienatione facta in potentiorem, quod requiratur excuſsio debitoris, antequam in potentiorem agatur, & primo, quod nu. 3. Contrarium, num 4. prim. declaratur num. 5.*

2 *Excuſsio vbi eſt facienda pro liquidatione damni, vel intereſſe, ſi ſine excuſsione apparere poterit, non eſt neceſſaria.*

6 *Excuſsio non eſt facienda vbi conſtat euidenter de difficultate, & ibi quod doloſus non gaudebit beneficio excuſsionis.*

Et quando titulus de alien. iud. mut. cau. fac. operetur, & non.

7 *Sententia fertur in actu qui pendet a futuro, ſed differtur executio, etiam ſi condemnatus ſit in culpa.*

8 *Excuſsione non facta quis agit vt cõſeruetur indemnis, & ſi non ſoluat.*

9 *Agere multis modis quis poteſt antequam vere ſoluerit, vel ſit in effectuali damno.*

10 *Poſſeſſor in quem facta eſt alienatio, ſi ſit excuſſus, & actor rem recuperauerit, an alienans ſit liberatus, primo, quod ſic, deinde ponitur contrarium pro veriori.*

11 *Re perempta, vel præſcripta datur actio negotiorum geſtorum in ſubſidium ad pretium rei alienatæ cõtra alienantem in potentiorem.*

12 *Rem perueniſſe ad manus hominis difficilis exactionis, eſſe præſcriptã, vel peremptam, paria ſunt.*

QVÆRO notabiliter ad materiam tituli, ff. de alienat. iudic. mutand. cauſ. fa-
1 cta. An requiratur excuſſio † antequam agatur in potentiorem, in quem facta eſt alienatio. Et pro parte negatiua facit l. ſi mandato, ff. de negoc. geſt. vbi abeſſe videtur id quod quis eſt obligatus ſoluere, & ob id agit antequam ſoluat, & ita illum textum commendat ibi Bartol. Bald. & alij, ſed eſt certus actor, quod a potentiore, in quem facta eſt alienatio nihil conſequi poterit, meritò abeſſe videtur, & diminutum patrimonium, & conſequenter agere poterit.

Secundo pro hac parte facit tex. in l. 3. §. item ſi locum, ff. de alienat. iudic. mut. cauſ. fact. vbi in interdicto, quod vi, aut clam, ſi agatur contra conſtruentem tenetur demoliri ſuis ſumptibus, ſi agatur contra tertium, in quẽ alienatum eſt opus clam conſtructum tenetur agens ſi obtineat demoliri ſuis ſumptibus, ergo ex mutatione iudicij conſtat de euidenti damno, & intereſſe agere volentis, ergo cum clarè conſtet ſine

sine alia excussione agere poterit, & sic ille contextus est satis ad propositum: primo, quod vbi excussio
2 † facienda est pro liquidatione damni, vel interesse, si sine excussione apparere poterit, non est necessaria excussio.

Secundo habemus duplicem modum concludendi in interdicto, qđ vi aut clam in directo, vt construēs demoliatur suis sumptibus, quia fuit causa constructionis: in indirecto, & contra Tertium, vt patiatur demolitionem sumptibus actoris, cum non construxerit.

Tertio pro hac parte fuit bonus text. in l. nouissime, §. Pomponius, ff. quod fal. tutor. autor. vbi agit directo contra ipsum tutorem de eo, quod consequi posset iudicio restitutorio, & ille est bonus contextus ad practicam. Peto expensas factas, & faciendas.

Et hanc opinionem, quod nō re
3 quiratur excussio, † sed quod agi possit via directa pro interesse, & damnis passis, tenuit Iacob. de Arena. Riccard. & gloss. in l. 1. ff. de alienar. iudic. mutand. caus. fact.

Pro parte contraria, quod requi
4 ratur excussio † tenuit Placentin. per textum, in l. 3. §. fin. ff. de alien. iudic. mutan. caus. fact. vbi I. C. videtur respicere tempus præteritū, & perfectum in expensis, & damnis passis.

Sed priorem opinionem tenet Alberic. & post eum Bart. in d. l. 1.
5 num. 2. dummodo † interesse sit euidens etiam discussione non facta, puta quod res sit vsu capta ab emptore, vel ille alius possessor reperiatur, vel sit in remotis partibus, vnde ius agendi est euidenter difficile.

Eandem opinionem tenet etiam Bald. ibi ea ratione, quia dolosus, prout ille, qui in duriorem causam alienauit, non debet gaudere beneficio excussionis.

Vnde ex hoc discursu in hac excussionis materia duo colliguntur: primum, quod vbi constat de euidenti difficultate non fit excussio,
6 † secundum, quod dolosus non gaudet beneficio excussionis, & ad multa deseruiet in hac materia: tertium colligitur, quod titulus de alienatione iudicij mutandi causa non operatur effectum suum solum, quando est facta alienatio in potentiorem, sed quando quouis alio modo facta est durior causa actoris, prout patet in l. 3. §. item si locum, ff. eod. tit. vbi in interdicto, quod vi, aut clam attenditur, quod agendo directo reus demolitur suis expensis, contra tertium demolitur actor suis sumptibus, Sed quæro vlterius, dato quod immediatè egerim pro damnis, & interesse contra alienantem, non excusso alias possessore, & fuerit alienans condemnatus ad damna, & interesse, mitteturne executioni contra eum statim? videtur quod non ex textu, qui singularissimus est secundum Bartol. & Alberic. ibi in l. Aquilia si deletum, ff. ad l. Aquiliā,
7 vbi in actu, † qui dependet a futuro fertur sententia, sed differtur executio, etiam si condemnatus sit in culpa, prout ibi præsupponitur.

Et facit etiam ille textus iunctis ibi notat. aut agitur contra verum debitorem, & requiritur plena probatio, aut agitur contra culposum, & requiritur probatio, sed non ita exacta, aut contra dolosum, & tunc damnum, & interesse probatur iuramento,

ramento, per l. si quãdo. C. vnde vi, vnde in ritu, de alienatione iudic. mutand. caus. fact. præsupponitur dolus, & fraus, prout in l. 1. illius tituli, meritò per iuramentum in litem tale interesse, & damnum probari poterit, sed differat executio.

Alij dicerent, qui textuales sunt
8 quod agit † non facta excussione, vt conseruetur indemnis, iuxta l. si mandato, §. quotiẽs, & l. si quis mãdato, ff. de negoc. gest. & ibi Bal. dat formam libellandi ei, qui est obligatus, sed non soluit, vt petat conseruari indemnis, & hæc est practica, quæ tota die occurrit.

Mihi videtur verior opinio, vt feratur sententia de interesse, ac etiã executioni demãdetur in casu, quãdo certum est ex excussione nihil percipi posse, & ius agendi contra possessorem sit euidenter difficile iuxta ea, quæ superius dixi ex mente Bartoli, & tale interesse probari poterit iuramento, vti contra dolosum alienantem ex l. si quando. C. vnde vi.

Colligitur itaque ex prædictis
9 multis modis agi † antequam quis vere soluerit, vel sit in effectuali dãno, quandoque fertur sententia, sed differtur executio, vt in l. in l. Aquilia, ff. ad l. Aquiliam, quandoque petitur conseruatio indemnitatis, vt in l. si mandato, §. quotiens, ff. mandat. l. si quis mandato. ff. de negoc. gest. quandoque sententia, & executio, prout in casu de alienat. iudic. mut. caus. fact. in casu difficilis excussionis.

Sed pone vlterius, quod possessor, in quem facta est alienatio sit excussus, & actor rem recuperaue-
10 rit, an sit alienans liberatus. † vide batur, quod sic ex lege nec vllam, §. penultim. ff. de petit. hæredita. vbi si possessor restituat, vel offerat restituere, est liberatus dolosus.

Contrarium est verius ex l. 3. §. fin. ff. de alienat. iudic. mutan. caus. fact. vnde in duobus obligatis succedit vnica resolutio, licet Doctores impleant multas columnas, & quod vno soluente alter liberetur, si possessor rem restituat, & ab eo inchoetur iudicium, vel se obtulerit, vel non inchoetur ab eo, sed alter non teneatur ratione contemptus, & in pœnam, si quis enim ratione contemptus teneatur ad pœnã parti applicãdam nunquam liberatur nisi possessor soluat rem, non econuerso; in hoc ergo tractatu de potẽtiore potest fieri multiplex consideratio, vel quod principalis debitor sit potentior, & tunc non opponitur excussio, vel quod tertius, in quem facta est alienatio sit potentior, nec requiritur excussio si conueniatur alienans, vel licet tertius, in quem facta est alienatio non sit in se potentior, vel absens in longinquis partibus, vel iam res sit vsu capta: his enim casibus semper excussio cessat, vt superius diximus.

Et ad prædicta facit, quod notabiliter vult Bald. in l. fina. ff. de negoc. gest. quod sicut re perempta,
11 vel præscripta datur actio † negociorum gestorum in subsidium ad precium rei alienatæ me inuito, vel ignorante contra alienantem, iuxta legem mater. C. de rei vendicat. ita si non esset præscripta, vel perempta, quia alienata in potentiorem. idem Bald. in dicta lege mater, numero decimoseptimo, vbi Castrens. numero septimo, qui dicit,

cit, quod fuit dictum originale Guglielmi de Cuneo, qui secundum eum fuit vnus singularissimus ho-
12 mo, vnde patia sunt hęc tria † rem præscriptam, rem peremptam, vel peruenisse ad manus tyranni, vel hominis litigiosi, vel difficilis exactionis, latè Ias. in l. qui eum seruũ, numero tertio, ff. si certum petatur in l. secunda, in principio, numero vigesimotertio, ff. soluto matrimonio.

QVAESTIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Clericus connumeratur inter potentiores.*
2 *Cessio facta clerico dicitur in fraudẽ, ac si esset facta potentiori.*
3 *Clericus non dicitur idoneus fideiussor de iudicio sisti.*
4 *Alienatio in clericum ex eo solo non dicitur reprobata quia in potentiorem, sed si fiat in clericum celsitudine decoratum.*
Secus si facta sit in clericum simplicem, num. 5.

1 QVID in clerico vtique † inter potentiores connumeratur, in cap. 2. de alien. iudic. mutan. caus. fact. idem sentit clarè Bart. in l. 1. in fin. de alienat. iu
2 dic mut. caus. fact. vnde cessio † facta clerico dicitur in fraudem sicut facta potentiori. Bal. in l. stipendia, num. 3 C. de procurat. nec clericus
3 † dicitur idoneus fideiussor de iudicio sisti. Bart. in l. 3. q. penult. num. 10. de fideiussor. Ias. in l. 1. numero secundo, ff. si quis in ius vocat. non iet. nisi in subsidium Ias. in l. si fideiussor in princip. ff. qui satisdat. coguntur. nota tamen, quod ex eo so-
4 lo, quod quis alienat in clericum † alienatio nõ dicitur reprobata, quia in potentiorem, vti bene considerat Rom. cons. 518. Vnde in materia excussionis distinguerem, aut agitur cum particulari clerico, non aliqua celsitudine decorato, & tunc
5 sit locus excussioni, † & videmus eos carcerari, bona eorum capi, prout laicorum, aut agitur cum ecclesia, vel clerico magnæ conditionis, & tũc cessat excussio iuxta apostill. ad Abbat. in cap. 2. de fideiussor.

QVAESTIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Excussio in muliere, vel minore non videtur necessaria, cum sint admodum personæ priuilegiatæ.*
2 *Excussio non est necessaria cum litigiosis, & alijs ibi nominatis.*
3 *Minor, & mulier licet immobilia possideant, non sunt idonei fideiussores.*

QVID in muliere, vel minore vtique non videtur ne-
1 cessaria excussio, † cum sint admodum priuilegiati tam a iure communi, quam per statuta locorum, ita vt negari nõ possit, quin magna difficultate litigetur cum illis, vnde subintrat conclusio sæpius repetita, vt in litigiosis, & simi-
2 les † qui cum difficultate conueniri possunt, non sit necessaria excussio, idem in scholare, maximè de longinquis partibus, vel nisi renunciauerit priuilegio fori, vt per Ias. in l. prima, num. 3. ff. si quis in ius vocat.

eat.non ierit, & facit ad prædicta l. de die.§.qui mulierem,ff.qui satisd.
3 cogant. vbi minor, & mulier, † licet immobilia possideant, nõ sunt idonei fideiussores, ratione multorum priuilegiorum, quæ habent: sentit Marsil. in Rubrica de fideiussor.num.302.in fi.

QVÆSTIO. XLI.

SVMMARIVM.

1 *Possidens bona fideicommisso supposita non est idoneus fideiussor, & ibi idem de eo, qui non potest stare in iudicio.*
2 *Conueniri qui non potest nisi coram arbitris, dicitur difficilis in conueniendo.*
3 *Difficultas conueniendi principalem debitorem tollit beneficium excussionis.*
4 *Excussio non habet locum in debitore qui diu stetit in carcere.*

QVID in eo,qui possidet bo-
1 na fideicommisso † supposita? vtique idem. Ang. in l. sciendum, §. si fundum, & Ias. in eadem l.§. si fundus in 2. notab. ff.qui satisd.cogãtur. idem dici posset de personis, quæ non possunt esse in iudicio. Bartol.in l.2. §.item si quis,ff.qui satisd.cogantur:idem in eo, qui poterat cogere me ad compromittendum. Alexan.ad Bart.in l.prima,litera C. C.de alienat.iudi. mut.caus.fact. quod facit ad statuta Italiæ de compromissis inter coniunctos, nam cum non possit con-
2 ueniri † nisi coram arbitris dicitur difficilis in conueniendo, & longitudo in experiendo.

Correlarie igitur in materia excussionis est recepta conclusio, quod
3 difficultas † in conueniendo principalem debitorem tollit beneficiũ excussionis, vt hæc siue sit difficultas naturalis, vt in minore,& muliere,siue accidentalis, vt in barone, Ecclesia, litigioso, siue difficultas proueniat ex priuilegio, vel ex dispositione iuris communis, siue a iure municipali addo Bald.in l.sententia.C.de fideiuss. Speculat.de satisdan.§.2.colum.2. Marsil.de fideiussor. numero 250. Asin. in pract. §.31.ampliat. 1. ampliat.22.numero quinto.

Quid in debitore, qui diu stetit in carcere? Vtique in eo non ha-
4 bet locum excussio. † Seisell. in l. decem, numero septimo, de verbo. obligat.Paris.consi. 50.num.61.libro primo, Decisio Perusin.45.numero 47. cogitandum tamen est, quia multi stant in carceribus, & bona possident.

QVÆSTIO XLII.

QVID in debitore non soluẽdo,sed boni nominis, & famæ? vide quæ dixi in tracta.de iuramẽt.lit.decisor. quæstio.prima,quæst. duodecima principal.num.16.

QVÆSTIO XLIII.

QVID in eo, qui non habet immobilia, sed habet plures debitores, & nomina? Vtique dicitur idoneus,vide quæ dixi superius in principio tractatus,quæst. prima, & addo Ias.in terminis in l.sciendum,§.si fundus notab.

notab. secundo, num. 4. ff. qui satisdar. cogantur, & dixi in citato loco.

QVÆSTIO XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Redditus annui inter immobilia connumerantur, & num. 27.*

2 *Res omnes ex quibus percipiuntur fructus inter immobilia connumerantur, quia id fructus est quod singulis annis renascitur.*

Et nihil refert an annua præstatio sit circa rem eandem, vel circa diuersas, ibique quod in confiscatione bonorum veniunt annui redditus, in illisque locus est retractui, nu. 3.

4 *Redditus annuos habens dicitur idoneus, & à satisdatione excusatur.*

Declaratur multipliciter, nume. 24. 29. 30.

5 *Minor non potest alienare immobilia sine decreto, nec annuos redditus, qui inter immobilia computantur, nec annuos redditus bonis suis imponere, etiam si id faceret coram principe. 6.*

7 *Dispositio l. omnium C. de testamen. quomodo procedat.*

8 *Minor non potest sine decreto alienare annuos redditus, etiam si talis alienatio tenderet in euidentem vtilitatem, & commodum ipsius.*

9 *Minor prohibitus a statuto alienare immobilia, nec etiam annuos redditus alienare potest.*

10 *Solemnitas eadem requiritur in alienatione annuorum redditunm ciuitatis, qua, & in alienatione aliorum eius immobilium.*

11 *Redditus annui ecclesiæ non possunt alienari nec constitui sine requisitis solemnitatibus.*

12 *Executio sententiæ fieri potest in annuis præstationibus sicut in alijs immobilibus.*

13 *Feudum cõstitui potest in annuis redditibus.*

14 *Præscriptio habet locum in annuis redditibus.*

15 *Redditus annui ad longum tempus veniunt in publicatione bonorum.*

16 *Interdictum, & remedium possessorium competit pro annuis redditibus. Non competit pro rebus merè personalibus, vt contra debitores merè personaliter obligatos, num. 17. inspecto mero iure ciuili, secus apud canonistas, num. 18.*

19 *Remedium possessorium datur contra debitorem negantem, sed non interdictum vnde vi, quod vti odiosũ ad alios casus extendi non debet.*

20 *Interdictum possessorium datur creditori ratione alicuius iuris realis annui in persona alicuius existentis.*

Et contra personam pro iure reali personæ annexo, num. 21.

22 *Remedium restitutorium datur non solum, quando quis spoliatur possessione vel quasi alicuius rei, vel iuris sed quando eius status violenter, vel iniuste molestatur.*

23 *Excommunicatus iniustè restituitur ad pristinum statum habito respectu primæui status.*

25 *Perpetuum dicitur multis modis.*

26 *Clement. Exiui. de verborum significatione. in versi. cumque annui redditus, declaratur.*

28 *Solutiones iam maturatæ exigendæ de redditibus, & responsionibus bonorum mobilium, pro quibus iam cessit dies, inter immobilia connumerantur.*

31 *Idoneus dicitur qui habet pecuniaa ad censum, vel in banchis.*

32 Census

32 *Census extingui poteſt vel in totum vel pro parte, ad electionem debitoris ex bulla Pij Quinti.*

33 *Redditus annui faciunt in ſe tertiam ſpeciem, & ratione adiuncti mutãt natura m.*

1 QVID in annuis redditibus, † & hi inter immobilia connumerantur, l. ſi quis inquilinos de legat. primo, l. iubemus nulli in principio, & ibi gloſ. in verb. annonam. Bartol. in fin. Bald. Caſtrenſ. & alij, C. de ſacroſanct. eccleſ. Bald. in l. hac edictali, §. is illud. C. de ſecund. nupt. in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. §. 1. verſicu. ſi vult enim. Ang. in Auth. de non alienand. §. quoniã, verſic. ſi verò habet. iuncta gloſſ. in verb. redditus, cap. 1. & ibi Bald. columna 2. in verb. annua titu. de controuerſ. inueſtitur. inter dominum, & epiſcopum, cap. primo, §. ſciendum, & ibi Bal. de feud. cognit. clarius, quam alibi in Clemen. exiui, §. cumque annui redditus, de verb. ſignifica. ibi cumque aunui redditus inter immobilia connumerẽtur. de iure. Specu. Ioan. Andr. & Bald. in addit. ad eum. de reſtitut. ſpoliat. §. nunc dicamus, columna penult. verſic. ſed adhuc contra prædictos Zenzelin. in extrauagant. Ioan. 22. incipient. ad conditorem in principio, in verb. mobilium. Federic. de Sen. conſi. duodecimo, Alberic. in l. mouentium, in fine, de verborum ſignificatione. Bart. in tract. minoricarũ, columna 2. diſtinct. 6. capit. primo, Alberic. in 3. part. ſtatut. quæſt. 13. verſic. tertio caſu. Bald. in Auth. ingreſſi, columna 8. verſic. ex quibus præmiſſis, C. de ſacroſanct. eccleſi. in l. 1. in 2. notab. C. de ſuffrag. in l. etiam, colum. 3. verſic. modo quæritur. C. de execut. rei iudicat. in l. nõ ignorat. colum. fina. C. qui accuſar. non poſſ. in cap. cum M. colum. 3. verſic. ibi præbendis, de conſtitutionibus. in cap. ſtatuimus, de tranſac. in procem. feud. colum. 6. verſic. ſed hic, quæro, & ibi Cardinal. colum. vltim. vbi Bald. aliam rationem ad-

2 dit, quia omnes res, † ex quibus pcipiuntur fructus inter immobilia connumerantur, quia id fructus eſt quod ſingulis annis renaſcitur. glo. in l. diuortio, §. ſi vir. ff. ſolu. matrimon. & ibi ſubdit Bald. quod nihil refert an annua præſtatio ſit circa eandem rem, vel circa diuerſas res, vt ſi vno anno pręſtetur frumentũ, alio anno aliud. l. nec intereſt, ff. quand. dies legat. cedat. l. ſi fundus, §. quod in ſementem, ff. ſolut. matrimonio. Bald. in cap. primo, de pace tenenda in vſibus feudorum, conſilio 29. columna 2. libro 1. conſilio 324. hæc verba, columna 2. libro 3. conſilio 210. libro 3. conſil. 182. columna 2. libro quinto, Ioan Faber. in l. ſi certis annis, columna 3. verſic. item dic. C. de pact. Ang. in l. ſi conſtante §. fina. vbi Roma, columna 2. verſic. quid autem, C. de pact. vbi Ang. expreſsè tenet in publicatione bonorum immobilium venire annuos redditus, conſi. 328. columna 5. Dominic. conſil. 40. inter conſil. Fulgoſ. 104. Panorm. in diſputat. Augerio. columna antepenult. Imol. Roma. & alij in l. Stichum, §. primo de verborum oblig. Ancar. in cap. 2. columna 2. verſic. quid de annuo, de rebus eccleſ. non alienand. libro 6. vbi dicit notabilem, ad hoc textum illum in Clemen. exiui. §. cumque annui. Imol. in

in cap. nulli, §. fina. eod titu. in clement. prima, not 4. eod. titu. Cardi. consilio 66. in primo dubio, Castrē. consilio 130. libro 2. Roman. consilio 189. in fine, consilio 302. in fine, Alexand. consilio 103. columna 3. versicu. tertio respondeo, libro 2. Corn. consilio 179. columna prima, libro 6. consi. 15. libro 7. Aret. consilio 10. columna 2. versicu. his non obstantibus, Barbat. consil. 22. columna 2. libro 3. consil. 70. libro 6. Bertrand. consilio 283. columna prima libro 3. Afflict. de iur. protomis. columna 11. versic. item quæro, concludens in his esse locum re
3 tractui. † Dec. in cap. in præsentia, num. 70. de probation. Cassan. in consuetud. Burgund. fol. 98. colum. 3. in fine, fol. 214. columna 4. Guid. Pap. singul. 296. Brun. de statut. exclusiuo fœminar. artic. 8. quæst. 26. Tiraquell. de retract. lignaier. §. 1. gloss. 6. num. quarto, cum sequent. Anto. Gabr. de verborum significa. conclusion. octaua, Afin. in pract. §. 31. ampliat. 18. Hinc postea qui ha
4 bet † annuos redditus dicitur idoneus, & a satisdatione excusatur. Cune. in l. sciendum, in principio, vbi Bart. columna fina. versic. quæro quid si iste. Bald. columna final. Alberic. columna quarta, Ang. & Roman. columna vltima, versi. itē pone. Alexand. num. 6 Iason, num. duodecimo, ff. qui satisd. cogantur. Cyn. in l. hac edictali, §. is illud, C. de secund. nupt. Infertur secundo,
5 quod sicut minor † non potest alienare immobilia sine decreto, ita nec annuos redditus, qui inter immobilia connumerantur. Bald. in l. iubemus nulli, num. primo, C. de sacrosanc. eccles. Octau. Simoncell. de decret. libro 3. titulo octauo, inspect. 7. num. 57.

Vltra quem amplia, vt sicut mi-
6 nor † non potest alienare sine decreto annuos redditus, ita nec bonis suis imponere, Paris. cons. 85. num. 10. libro 3. est meo iudicio, bonus textus in l. si pecunia, §. si ius emphyteoticarium versi. sed si proprietatem, ff. de rebus eorum.

Ampliatur secundo vltra eum etiam si minor alienaret tales annuos redditus coram Principe, iuxta l. omnium, C. de testam. Roland. consi. 54. num. 35. vol. 2.

7 Et sic dispositio † l. omnium procedit in supplendo sufficientem numerum testium, non alias solemnitates a iure, vel statuto requisitas.

Ampliatur tertio etiam si talis
8 alienatio † de ipsis annuis redditibus tenderet in euidentem vtilitatem, & commodum ipsius minoris. ita hanc opinionem amplexi sunt Butrigar. Ang. Fulgos. Castrē. & Iason in l. cum hi, §. eam transactionem, ff. de transact. communiter reprobantes gloss. ibi contrariū tenentem. gloss. in l. si fundus sterilis, ff. de rebus eorum in l. ob æs. C. de præd. minor. Aret. in l. mutum, circa finem, de acquiren. hæreditat. Bart. in l. 2. num. 3. C. de agricol. & censit. libro decimo. Bal. ibi contrarius in l. pupillorum in fine principij. ff. de rebus eorum in l. fina. §. necessitatem, columna quinta, versic. & ideo. C. de bon. quę libe. in cap. 1. de transact. Castrens. in l. mandata, num. 2. ff. de offic. eius, & ibi non immemor eius, quod alibi dixerat, & ibidem, Ias. parum sibi constans, num. 10. dicens gloss. ibi contrarium asserentem * communiter repro-

reprobari, vt dicit etiam Castrens. num. 2. Roma. in repetit. l. si verò, §. de viro fallent. 12. nu. 61. solut. matrimon. Ias. in l. contra iuris in fi. ff. de pact. vbi de communi testatur. Rip. in l. is cui bonis, qui & ipse hanc communem dicit, num. 47. de verb. obligat. Petr. Stella in l. si duo bus, §. si prius, num. 25. de bonor. possess. contra tabulas. Butr. in cap. vt super ad finem, vbi Imol. num. 9. de rebus eccles. non alienan. Fely. in cap. causam quæ, col. penul. de iudi. reprehendens Bald. contrarium tenentem in d. l. contra iuris. Bero. in cap. primo, num. 147. de restitut. in integrum. Barbat. inter consil. Cursen. consilio 64. col. 20. Bal. consilio 475. columna 2. libro 1. Socin. consilio 80. num. 12. libro 4. Rui. cons. 63. num. 12. consil. 69. columna 5. versicu. non obstat. consil. 189. nu. 11. libro 1. Natt. consilio 631. numero 35. libro 3. vbi testatur de communi, Bero. consilio 32. num. 2. consilio 83. numero quinto, consilio 183. numero tertio, libro primo. Rolan. de Curte, consilio 123. num. 66. vltimarum voluntatum. Roland. consilio 99. numero 33 cũ sequent. & num. 38. testans de communi, libro primo, consilio 54. numero 32. & 43. libro secundo, consilio septimo, num. vigesimosexto, libro tertio. Cephal. consilio 207. num. vigesimonono, libro 2. Bursa. de communi, consilio 82. num. 21. libro primo, Hieron. Gabr. consilio 36. sub nu. 47. volum. primo. Hippolit. Riminal. consilio quinto num. 90. libro primo. Afflict. decis. 87. Capyc. decis. 113. Bertacchin. in tractat. de episcop. libro quarto, parte quarta, titu. de potestat. episcop. in temporal. circa res ecclesię, numero 110. Fabia. de empt. & vendit. in quart. quæst. principal. quæst. 9. sub numero 20. Iaco. Menoch. de arbitr. iudic. centur. 2. cas. 171. ampli. 14. num. 60. de adipiscẽ. possess. remed. 3. num. octauo, circa finem. Pinell. ad l. primam, part. 3. C. de bon. matern. attestans hanc esse magis communem, & veriorem opinionem. Igne. in l. 3. § elegantec num. 101. ad Sillanian. Simoncell. de decret. libro tertio, titu. octauo, inspect. 17. declarando, prout superius dixi de re sterili, & infructuosa.

9 Ampliatur quarto in minore † prohibito a statuto alienare immobilia: nam nec annuos redditus alienare poterit. Alexand. consilio 15. attentis, volum. 7. Bellon. consilio 23. num. 10.

10 Infertur tertio, vt sicut immobilia † ciuitatis non possunt alienari sine solemnitate, ita nec annui redditus, & eadẽ solemnitas debet obseruari Bar. & Ioan. de Platea per illum text. in l. vlt. in. C. de vendend. reb. ciuitatum, libro 10.

11 Infertur quarto, sicut bona ecclesiæ † immobilia non possunt alienari sine solemnitatibus, ita nec annui redditus, nec constitui, nec alienari. Redoan. de rebus eccles. rubric. de constituend. annuis cens. fol. 103. num. 30.

12 Infertur quinto, vt sicut executio † sententiæ fieri potest, & fit in bonis immobilibus, ita in annuis prestationibus, ita singulariter Bal. in l. etiam, num. 13. C. de execut. rei iudicat. dixit valde singulare Alex. in l. a diuo pio, §. sic quoque limita. 3. num. 4. vbi Ias. num. 1. limit. 2. de re iudicat.

13 Infertur sexto, quod feudũ † con stitui potest in annuis redditibus, sicut in bonis immobilibus. Bal. in proœm. feud. Marti. Laurent. in §. 1. col. 2. versic. quæro. Card. in capit. sciendũ, col. 1. de feud. cognit. Curt. iun. in tract. de feud. par. 1. q. 6. col. 3. versic. circa verò quartum.

Infertur septimo, vt annui reddi
14 tus † præscribantur sicut immobilia. Bal. in cap. de quarta, col. 1. vers. item annui redditus, de præscripti. declarando, vt per Balb. de præscription. par. 4. 4. par. principalis.

Infertur octauo, vt in publicatio
15 ne bonorum veniant annui † redditus si sint ad longum tempus, vt dixi superius in materia publicationis, quæst. 16.

Infertur nono notabiliter, vt pro annuis redditibus competat in
16 terdictum, † & remedium possessorium. Innoc. in cap. peruenit, vbi Abb. num. 3. de censibus. Bal. in l. iubemus nulli, in 1. notab. & ibi etiã Pau. Castr. C. de sacrosanct. eccles. & quia materia videtur aliquantulum dubia, considerari possunt aliqui casus principales.

Primus casus est, interdictum
17 † possessorium non competit pro rebus merè personalibus, vt contra debitores merè personaliter obligatos. Bart. in l. fina. ff. quorum bonorum. Cyn. in l. certis annis, quæst. vltima, & ibi Alberic. C. de pact. Bal. in repetit. l. 2. colum. septima, versi. sciendum est. C. de seruit. & aqua. Ang. in l. regulariter de petit. hæreditat. Panorm. in cap. peruenit. col. 1. de cens. consil. 23. in 1. dub. lib. 2. Bertrand. consil. 38. colum. 1. libro primo, consi. 243. colum. 2. libro 2. Roma. consil. 311. in dubio tertio, vbi meo iudicio bene distinguit Curt. iun. de feud. part. 2. principal. part. mihi quinta, colum. 4. versicu. & idem videmus. Papiens. in form. spoliat. possession. glos. prima, num. 12. Dec. consi. 136. colum. 1. in fine, licet aliquantulum se inuoluere videatur. Aretin. in §. 1. colum. 2. de interdict. Guid. Pap. quæst. 552. Rip. in l. rem, quę nobis, num. 16. ff. de acquir. possession. & hæc est verior, * * & magis communis * * opinio legistarum. Rip. in l. 1. num. 3. de interdict. Pontan. de spol. libro primo num. 119. in fine. Tiraq. de retract. lignaier. §. 32. glos. prima, num. 79. in fine, & nullus legistarum in hoc discrepat. Menoch. de recuper. poss. remed. 1. q. 8. sub num. 87. in tract. de adipiscend. possess. remed. 1. q. 17. num. 74. licet satis sicco pede pertranseat.

Imò hodie absolutè, & indistin- * * ctè hæc est magis communis * * opinio. Ant. Gab. de restit. spol. conclu. 5. num. 77. vers. cõtrarium, &c.

Declaratur primo hic primo lo-
18 co relatus casus, vt procedat † inspecto mero iure ciuili, de iure autem canonico, & apud canonistas secus est. Bald. consil. 425. visis actis, colum. 2. libro 3. & hæc est magis * communis * opinio canonistarum in practica seruata. Rip. in l. prima, num. 3. de interdict. Afflict. decisio. 395. Signorol. consilio 222. num. quarto. Felyn. in cap. conquestus in fine de foro competenti. Gig. de pẽsionibus, quæstio. 48. in principio. Crauett. consi. 140. num. primo, & ita per vniuersam Galliam seruat. Rebuff. ad Regias constitutiones, titu. de caus. beneficial. possessoria in prefation. num. 2. & 3.

Decla-

Declaratur secundo, vt detur ali
19 quod possessorium remedium † cō tra debitorem negantem, sed non interdictum, vnde vi, quod vti odiosum ad alios casus extendi non debet, est sua opinio, respondendo ad multa iura. Menoc. de recuperand. remed. 1. q. 8. num. 87. & 88.

Secundus casus principalis est,
20 interdictum † possessorium datur creditori ratione alicuius iuris realis annui in persona alicuius existētis, vt quia vassallus, adscriptitius, & similes, iuxta cap. querelam, de election. Bald. in l. fina. ff. quorum bonorum, Bald. bene distinguens, consil. 311. in 3. dub. quem videas in præsenti materia.

Tertius casus est possessorium
21 interdictum † competit contra personam pro iure reali personę annexo. ita Roma. dicto consilio 311. in fine, prout sunt pensiones, fictus, & similia. Bald. in l. si quis conductionis in secunda opposit. C. locat. Abb. in dicto cap. querelam, in 3. notab. Dec. dicto consilio 136. Roma. consi. 311. in fine, vbi exemplificat in eo, qui spoliatus est vsufructu, vel alia seruitute sibi debita, vel domino directo, cui solita pensio non soluitur: hæc enim omnia debentur a persona personæ ratione rei. Rot. decis. 11. in antiqu. decis. 4. in nouis. Ægid. decis. 634. Capell. Tolos. 59. vbi Aufre. dicit, quod ita est de consuetudine omnium curiarum, tam spiritualium, quam temporalium, & fuit dictum Io. Fab. de interdict. in principio, vbi inuehit contra canonistarum forum, vbi seruatur erroneus intellectus ad dictum cap. querelam per legistas habentes manus extra gazophilaciū Iustinianei Thesauri. Moedan. decisio. 151. Marant. de ordin. iudic. distinct. 7. num. 23. personalis in tit. quorum bonorum, num. 481. Rip. in l. rem quæ nobis, num. 16. de acquir. posses. Tiraquell. de retract. lignaier. §. 1. gloss. 6. num. 11.

Quartus est casus, restitutorium
22 † datur non solum quādo quis spoliatur possessione, vel quasi alicuius rei, vel iuris, sed quando eius status violenter, vel iniustè molestatur glos. in cano. nullus, 2. quæstio. 2. Dec. consilio 136 columna 2. in principio. Butr. & Abb. in d. capit. querelam, vbi Abb. not. 3. Afflict. deci. 395. num. quinto, Fely. in cap. conquestus, in fine de foro competent. Pontan. de spol. libro primo, num. 120. dicens ita dictum per dominos de Rota in vna Vrbeuetana castrorum coram Domino Seraphino die 20. Iunij 1569. sic iniustè ex
23 communicatus † restituitur ad pristinum statum habito respectu primæui status. gloss. in canon. nullus. 2. quæstio. 2. sic tutor finita tutela, sed ratione nondum reddita rebus spoliatus restituitur ad primæuum statum ratione proprij interesse, scilicet, vt rationem reddere posset. Castrens. in l. sancimus nemini, nu. 3. C. de sacrosanct. eccles.

Et hoc modo conciliantur opiniones, vt in iure personali detur restitutorium, scilicet, ad primæuum statum, & eius quasi possessionem.

Id autem, quod dictum est, quod
24 qui habet † annuos redditus dicitur idoneus sicut ille, qui possidet immobilia.

Declaratur primo, si isti annui redditus sint in perpetuum vel saltem ad longum tempus, secus si ad

modicum tempus Zenzellin.in extrauagant.Ioan.22.ad conditorem, colum.1.in verb.mobilium.Bald.in l.hac edictali,§. his igitur in noua lectur.C.de secund. nupt.in l.priuilegia,circa finem.C.de sacros.eccle. in cap. cum M. vbi Barbat. col.41. de constit.in cap.querelam, col.vlt. versicu.reuoco in dubium,de elect. vbi allegat Federic.in loco non designato,sed apud me est,consilio duodecimo, & consilio 82.idem Bal. in cap.primo,in fine,& ibi Marti.Laurent.columna 2.in fine.Cardin.columna penultima,versi. dicit tamẽ hic de pace tenenda, in cap.primo, de feud.guard.& in §.sciendum,vbi Cardin.columna 2.de feud.cognit. in cap.1 columna vltim.de controuers.inter episc.& vassal. vbi loquitur de annuis redditibus perpetuis, vel quasi.Domini. in cap.2.in princip.colum.fina. vbi Franc.columna secunda, de rebus ecclesi. non alienand.libro 6.Roman. in l.si constãte,§.vltimo,versic. quid autem de annuis redditibus,vbi Alexand.numero 9. ff. soluto matrimonio. Alciat.in l.mouẽtium,de verbo significat.Ias.post Alexand.in principio num.23 limitat.2.ff.qui satisdare cogantur.Aret.consil. decimo,Barbat.in repetit.rubr. de rebus ecclesi. non alienand.colum.duodecima,limitat.13.consilio 22. columna secunda, libro 3.Benedict. in capitu. Raynutius,in verb.cætera bona numero octauo,de testament. pulchrè Paris.consilio quingentesimosexto, numero quingentesimosexto,libro tertio,Redoan de rebus eccles.titu. de constitut.cens. folio 103. numero vigesimooctauo, vbi non dicuntur ad longum tempus de sex, vel octo annis.Menoch. consilio vigesimonono, num. decimosexto, libro primo. Simoncel. de decret. lib. 3. titu. 8.inspect.7.num.57. Anton. Gabr. de verbo. significat.conclus. 8.numero 3.

Ad longum autem tempus, vel in perpetuum quando aliquid dicatur,posui in tractat. locat. & conduct.par.2.q.1.& 6.

25 Addo quod perpetuum † dicitur multis modis, quandoque pro vita hominis,vt l.prima, ff.pro soc. alibi pro triginta annis, institu.de perpet. & temp. act. in principio, quandoque in tertiam generationem.Calder.de verb.significa.consilio decimoseptimo,perpetuũ,quandoque in infinitum, & vltra alios considerat. Dec. in cap. in præsentia,num.156. de probation.

Subdeclaratur hæc declaratio nisi eadem ratio militet in redditibus modici tẽporis, quæ militat in annuis redditib.Marian. in trac.oblat. in 6.q 8. libelli in fine, colum. 14. ex his,quæ not.Bart.in tract.minoricarum lib.2. distin.6.capit.2.

Et sic habetur ampliatio ad Cle
26 men.exiui † versic. cumque annuũ redditus, de verb. signific.vt procedat,& locũ habeat i redditibus diurnis,vel mẽstruis,vel alias modici tẽporis,militante tamẽ eadẽ ratione.

Declaratur secundo loco princi
27 paliter,vt annui †redditus cõputentur inter immobilia pro tẽpore futuro, secus pro tẽpore iam præterito, ꝑ quo iã cessit, vel aduenit dies, quia isto casu solutiones maturatæ inter immobilia connumerantur. Alciat.in l.mouentium, nu.7.ff.de verb.significat.qui nihil allegat.

Addo Bal. in cap.quæ in ecclesiarum,

rum, col. 5. versic. sed statim quæritur de constitut. in cap. primo, col. vlt. versicu. quid de pensionibus, & ibi Aluarott. in cap. si verò, col. 2. versic. quid de pensionibus, & Afflict. in §. si quis in 2. notab. col. 2. ver. sed ita quæritur de pace teneda.

28 Et sic solutiones † iam maturatę exigendæ de redditibus, & responsionibus bonorum mobilium, pro quibus iam cessit dies, inter immobilia connumerantur.

Declaratur tertio, vt redditus

29 † annui reputent aliquem idoneũ si sit in quasi possessione eos exigendi, alias secus. Ias. in l. sciendum, in principio limit. 1. num. 23. ff. qui satisdar. cogantur.

Declaratur quarto, vt si redditus

30 annui † debeantur à publico, & communitatibus, vel in montibus, banchis, & similibus locis reddunt hominem idoneum, licet hoc modo non sint ex immobilibus. ita Iason in citato loco limitat. 3. Ruin. consi. 8 num. 2. versic. nec obstat. libro 2. Tiraquel. de retract. lignaier. §. 1. gloss. 6. num. 14.

31 Idoneus † est igitur ille, qui habet pecunias ad censum, vel in banchis, Romę, Venetijs, Lugduni, & similibus locis, licet immobilia non possideat.

Periculosa sępè mihi hæc consideratio visa fuit, quia bancherij sępè decoquunt, vel fingunt in præiudicium creditorum, & census restituunt, & nescitur, quia in electione

32 † debitoris est extinguere, in totũ, vel in partem ex bulla Pij Quinti.

33 Et addo quod annui redditus † faciunt in se tertiam speciem, & de ratione adiuncti mutant naturam, prout de actionibus dixi in principio operis, & ita sentit Alexand. ad Bart. in l. mouentium de verb. significat. Abb. in cap. nulli de rebus eccles. non alienand. Marian. de oblat. col. 14. Ant. Gabrie. de verb. significat. conclus. 8. in fine.

QVAESTIO XLV.

SVMMARIVM.

1 *Filius præsumitur idoneus ex patris æstimo, ne teneatur satisdare, si pater sit diues in bonis stabilibus, & hoc quo ad munera publica subeunda, secus quo ad priuatas obligationes.*

2 *Patris idoneitas prodest filio, quo ad munera publica, & pro vna, & eadem persona reputantur, etiam si essent plures filij, vt in exemplo, numero 3.*

4 *Habitatio, vel æstimum patris in loco dicitur filij, ad consequendum aliquod priuilegium vel beneficium, & ibi applicatur.*

5 *Statutum, quod offensus ad domum possit petere offendentem puniri pœna dupli, habebit locum in filio offenso ad domum patris.*

6 *Patre soluente collectas, filius non poterit offendi, vigore statuti, quod non soluens collectas possit impune offendi.*

7 *Executio ciuilis potest fieri contra filium etiam emãcipatum in domo patris, si cum eo habitat. numero 9.*

8 *Filius absens gaudet priuilegijs ciuitatis, ex persona patris, fratrumq; & familiæ existentis in ciuitate.*

10 *Filius conseruat ius suum nedum per patrem, sed fratres, & quouis alios de familia.*

11 *Bona patris non censentur bona filij quoad ius, et obligationes priuatas.*

QVÆRO an filius dicatur idoneus ex patris æstimo, & bonis, & in materia excussionis, quando pater teneatur pro filio, posui superius, q.9. vbi videre placeat. Illud addam, quod fi-
1 lius † præsumitur idoneus ex patris æstimo, ne consequenter teneatur satisdare, si pater sit diues in bonis stabilibus, & hoc verum, quoad munera publica subeunda, secus quoad priuatas obligationes, & hæc est communis opinio, de qua per Ias. in l. sciendum, num. 25. ff. qui satisdar. cogantur, ita limitans gloss. singularem in l. 2. C. qui ætate, libro decimo. Festas. de æstim. & collect. part. prima, cap. primo, sub num. 62. aut igitur loquimur in publicis muneribus subeundis, & quoad munera publica. & tunc ido
2 neitas † patris prodest filio, & pro vna, & eadem persona reputantur. glos. in d. l. 2. C. qui ætat. libro 10. quam singularem dicit Bal. in l. fin. in fin. C. de impuber. & alijs substitution. in l. diximus, §. fina. de excusat. tutor. in l. non plures. C. de sacros. eccles. in l. 2. colum. vltim. C. de liber. & eorum filijs in capitu. filius de capitaneo, qui curiam vendidit, in addit. ad Specul. in titu. de cens. in verb. in æstimo in l. sciendum, vbi etiam Ias. valde commendat, ff. qui satisd. cogantur. Alexan. consilio 58. volum. primo, Alberic. in l. in suis, vbi Ias. num. decimo quinto, valde commendat de liber. & posthum. in cap. quæ in ecclesiarum in fine, de constitut. in l. etiam columna penultima in l. etiam, C. de execut. rei iudicat. columna penultima. Comens. consilio ducentesimo sexto.

Ampliatur hic primus casus &
3 in pluribus † filijs, vnde si extat statutum, quod nullus possit esse prior nisi habeat æstimum in cētū si pater habeat in bonis pro cētum, & habeat pater plures filios prodest omnibus insolidum, & in virtute illorum centum patris quilibet ex filijs de per se poterit esse de prioribus, ita notabiliter Bald. in c. quæ in ecclesiarum in fine, quod videtur satis notabile pro ampliatione dictæ glossę.

Ampliatur secundo ad consequendum aliquod priuilegium, vel
4 beneficium habitatio † patris in loco, vel æstimum patris in loco, dicitur æstimum filij. Ang. in l. fina. C. de impuber. dicens pluries in facto habuisse Perusiæ, quod facit ad statuta Tudertina disponentia, quod comitatēsis effectus ciuis, tunc gaudet priuilegio ciuitatis si emerit domum, & habitauerit in ciuitate; nam sufficit patrem habitasse.

Ampliatur tertio in materia of-
5 fensionis, vnde si statutum † dicat quod offensus ad domum possit petere offendentem puniri pœna dupli, habebit locum in filio offenso ad domum patris. Bald. in l. 1. §. domini, l. vltimo, ff. ad sillanian.

6 Sicut econtra statutum † disponens, quod non soluens collectas possit impunè offendi, filius non potterit offendi si pater soluerit collectas. Barto. in l. diximus, §. si pater. ff. de excusat. tutor.

Ampliatur quarto in citatione,
7 † vel executione ciuili, quæ contra filium etiam emancipatum fieri potest in domo patris. Ias. in l. plerique limit. 6. nu. 21. de in ius vocand.

Ampliatur quinto in materia absentiæ,

absentiæ, vnde si absens non debet gaudere priuilegio ciuitatis, filius
8 † absens gaudebit priuilegio ex præsentia patris, immo ex fratribus, & alijs de familia. Bartol. in l. cum scimus circa medium. C. de agricol. & censit. libro decimo, vbi idem si statutum dicat de non allibratis, quia filius censetur allibratus ex patre, & priuilegio gaudebit.

Ampliatur sexto notabiliter in
9 filio emancipato, † ita glos. in d. l. 2. quam valde extollit Ias. in d. l. sciendum sub num. 28. Festas. de æstimo part. 1. cap. 1. num. 65.

Illud non omittam, quod ex Ias. dictum est de citatione facta de filio ad domum patris; si enim cum eo non habitaret, dura esset decisio & nimium præiudicialis.

10 Præterea filius † conseruat ius suum nedum per patrem, sed fratres, vel quosuis alios de familia, vt cognatos, & similes ex doctr. Bart. in d. l. cum simus superius allegata, quod considerabile est.

Altera principalis sit conclusio, quoad obligationes priuatas, & ius priuatorum pater, & filius non fauent, & bona patris non censentur
11 bona filij, & sic excussio † non operatur Ias. in d. l. sciendum in princ. num. 29. ff. qui satisdar. cogantur. Alex. consi. 48. col. 1. in fi. vol 1. Castren. consi. 110. nu. 23. vol 1. Corn. consi. 268. num. 4. vol. 1. Dec. consi. 443. num. 4. Fely. in cap. 1. num. 3. de magistris.

QVAESTIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Fideiußor an possit excuti absente principali debitore, & quod sic, cum ampliat. num. 2. limit. num. 3.*

3 *Terminus competens dandus est fideiußori ad præsentandum principalem, arbitrio iudicis, considerata qualitate, distantia, & impedimentis, num. 4. nisi calumniose petatur, numero 5.*

6 *Fideiussori alleganti debitorem principalem esse absentem, & nescire vbi reperiatur, an ad ipsum perquirendum danda sit dilatio, & qualis.*

7 *Vir bonus cuius arbitrio aliquid remittitur, considerare debet qualitatem negotii remissi.*

8 *Sententia quando sit nulla ex breuitate termini asignati.*

9 *Præsentia vel absentia a loco proprii domicilii, & habitationis an & quando præsumatur.*

10 *Actus factus in iudicio per filiumfamilias, non constito aliter de patris absentia, seu consensu, præsumitur, in dubio, factus in absentia, vt actus valeat.*

11 *Aduersarii præsentia, vel saltem domicilium in eadem prouincia probari debet, ad iustificandum vsucapionem inter præsentes, quia præsentia est quid facti, nec præsumitur nisi probetur, numero 12.*

13 *Donatio si fiat absenti, vel præsenti, & notarius dicat, Sempronius donauit Titio, & non dicat præsenti, non valet, quia non constat de præsentia.*

14 *Citatio sola non arguit præsentiam citati, maxime si neget fuisse citatũ.*

15 *Notarius si dicat, testis iuratus, non includit partis præsentiam.*

16 *Absentia quod non præsumatur.*

17 *Discussio quandoque fit contra absentem ad fauorem præsentis.*

18 *Propinqui præsumuntur præsentes, nisi probetur eorum absentia.*

19 *Proximiores an presumantur presentes, stante statuto qd mulier nō possit cōtrahere sine cōsensu pximiorū.*
20 *Absentia allegare non sufficit, nisi probetur causa, et doceatur sūmarie.*
21 *Verbum (inuestiuit) denotat actualē præsentiam.*
22 *Exhibere dicitur q rei p̄sentiā p̄stat.*
23 *Verbum (promitto) in instrumento appositum presupponit presentiā.*
24 *Sententia, que transiuit in iudicatum (concurrente iuris presumptione) presumitur partibus presentib. lata. Et hoc in sententia antiqua, alias non, num. 25.*
26 *Sententia dicitur antiqua arbitrio iudicis, iuxta qualitatem iudicantis qui sententiam tulit.*
27 *Presentia presumitur in illis qui residere tenentur.*
28 *Presentia presumitur ad excludendum delictum.*
29 *Absentiam vel presentiam probare debet qui se fundat in eis.*
30 *Absentie presumptio si sit contra aliquem, presentia est probanda.*
31 *Presens dicitur non solum qui est in eadem ciuitate, sed in prouincia, immo in principatu, & ducatu, etiam in materia prescriptionis.*
32 *Creditor si agat directo contra fideiussorem, dicendo principalem debitorem absentem, quid agendum.*
33 *Excussio qualiter fiat per fideiussorē contra debitorem absentem.*
34 *Debitor dicitur presens, si sit in eodē territorio, vt facile citari possit, secus si sit in eadem prouincia.*
35 *Curator datur bonis absentis ad bona excutienda.*

QVÆRO an absente, & non præsente principali debitore
1 sit admittenda excussio, † & hic casus ponitur in litera in Auth. de fideiussor. §. postulat igitur, alias, §. sed ex hoc, & incurritur hic excussio personalis, absente igitur principali debitore licet cōuenire fideiussorem, ita dicit tex. ibi in iudicio fideiussorem. Alex. cons. 100. num. 4. vol. 5. Bal. in l. 1. col. 2. C. de conueniend. fisc. debito. lib. 10. Capell. Tolos. 196. Paris. consi. 80. nu. 8. vol. 1. Grauet. consi. 201. num. 45. Marsil. de fideiussor. nu. 14. Decis. Perusin. 45. num. 16. Anton. Gabr. de fideiussor. concl. 1. num. 45. Rom. consilio 93. num. 1. Dec. in l. fin. colum. pen. ff. si cert. petat.

2 Ampliatur ex eo contextu † idē in reo constitutę pecuniæ, ibi aut constitutæ pecuniæ reum.

Ampliatur secundo idem in mādatore, ibi aut mandatorem.

Ampliatur tertio idem in sponsore, ibi sponsorem &c.

Ampliatur quarto idem si principalis sit præsens, & latitet. Guid. Pap. quæst. 570.

Ampliatur quinto etiam si pendente iudicio reuertatur. Aufrer. ad Tolosan. 81.

Limitatur ex eo contextu, vt si fi-
3 deiussor, † vel similes superius nominati petierint cōpetentē terminum ad præsentandum debitorē absentē, quod per iudicē dari, & concedi debet, ita dicit tex. in citato loco, & eo termino pendente fideiussores, & similes molestari non debent.

Sed quæri posset quot tempus
4 dabitur fideiussori † ad præsentandū principalē debitorem, & primo videbatur sex mensium, ex l. sancimus. C. de fideiussor. vbi etiam pro secunda dilatione datur terminus sex mēsium, licet prima dilatio fuerit

fuerit maior, sed ille contextus loquitur in alio casu, scilicet, in fideiussore de iudicio sisti cum promissione pœnę infra certum tempus non sistendo: in casu autem de quo agitur, loquimur de fideiussore contractus.

Altera est opinio, vt iudicis arbitrio stetur, & hanc opinionem tenet glos. in authent. de fideiussor. & eam ibi probauit Bartol. & Iacob. Cuiac. de terminis, & præsumptionibus cap. vltimo, & probatur clare in eo textu ibi, & iudex, qui disceptandæ causæ pręsidet, temporis spatium addat, qui considerabit loci qualitatem, & distantias, & si aliquod impedimentum interuenire poterit, & plus, & minus statuere.

Limitatur tamen nisi talis dila-
5 tio † calumniosè peteretur, quia tūc dari non debet, & in hoc iudex aduertere debet. ita Bald. in d. authen. præsente, nu. 5.

Sed pulchra oritur quæstio, nec à Doctoribus materiam tractantibus pertractata. allegat fideiussor
6 principalem abesse, & dicit se ignorare quo in loco sit, quod tempus statuendum sit ad perquirendum, & exhibendum, & hæc quæstio deseruire potest etiam in causis criminalibus, in quibus petitur terminus ad perquirendum, & reperio Andream ab Isern. in commentar. ad constit. Regni in rubr. de litter. citator. in glo. in verb. allegata probari, colum. penult. versicu. quid si non adijcit locum, remittere in iudicis arbitrio argumento, l. Menia, §. final. ff. de annu. legat. quo in loco habetur ratio longitudinis, & breuitatis itinerū, qualitatis loci, an per loca plana, vel montuosa, & an causa petitionis sit iusta, vt ibi rectè Alberic. colligit. ad idem facit textus in l. si concubinam, §. vxori de lega. primo iunctis ibi notat. per Bartol. num. 2. vbi remittitur arbitrio boni viri in legato annuo de simul habitando per vxorem cum filio, sufficit per minimum temporis habitasse, & sic quando aliquid remittitur
7 arbitrio † boni viri, bonus vir considerare debet qualitatem negocij remissi, si enim ad ipsius implementum sufficit modicitas temporis, & ita arbitrari debet, si requiritur lōgitudo temporis, & ita arbitrari debet, si requiritur longitudo temporis, pariter ita arbitrari debet, & sic erit arbitrium regulatū à iure ex qualitate negocij ad idem textus in l. quod nisi, ff. de ope. lib. in l. sed &c. §. non solum, ff. de procurat. rursus cùm quis abesse dicitur, intelligitur à territorio, & sic per locū vicinum, §. cum aūt authen. de fid. instr. & sic præsumptio erit de loco vicino, ne multum temporis tribuatur, & imputandum est cur familiæ nō dixerit quo erat iturus, vel saltē relinquere generalē procuratorē: pręterea diligentia præsumitur in priuato in rebus suis, iuxta l. si constante, §. si maritus, ff. sol. matr. vnde concludit Iser. tantum temporis statuēdū vt in prouincia perquiri possit.

Quid si iudex det breuem terminum, vt in prouincia perquiri non possit? concludit Iser. in citato loco
8 sentētiam † esse nullam ex l. 4. §. si quis. de re iudicata, l. siue pars. C. de dilation. videtur textus clarus in §. sancimus authen. de exhibend. reis, puto de facili responderi posse sententiam nullo modo esse nullam, nam iura per eū allegata loquūtur

in

in dilatione legis, quæ per iudicem etiam ex causa nec augeri, nec mi-
* nui potest. Ias. ex communi, * & ve- riori in l. secunda, nume. 24. ff. de re iudicat. nos loquimur in tempore iudici arbitrario, considerabit igitur qualitatem personæ si est mercator sero rediturus, qualitatem loci si habitat in cõfinibus, temporis si in hyeme, & qualitatem facti, vt competentem terminum statuat.

Sed nunquid præsumitur in dubio absentiæ vel præsentiæ à loco proprij domicilij, & propriæ habitationis, qua in re variæ sunt opiniones.

Prima fuit eorum dicentiũ ab-
9 sentiam † præsumi à loco proprij domicilij, & habitationis. Speculat. in titu. de actore, §. 1. versicu. sed quid si iste est alienigena, cum dixit in specie legem ultimam, §. necessitaté. C. de bon. quæ liber. qua sancitum est filium non posse esse in iudicio sine patris consensu, quod patris absentia, præsumitur, & sic sequitur quod cum filius possit esse in iudicio sine patris consensu eo absente, ut per Bald. in d. §. necessitatem, colum. secunda, numero 9. versicu. & conclude. Bartol. in l. si cum dotem, §. eo autem, numero 3. ff. solut. matrimon. Abb. in capit. parochianus, nume. 3. de senten. excommunicationis. Guid. Pap. singular. 896. Clementin. de patr. potestat. effect. quarto, numero 22. limi
10 tat. 6. quod in dubio, actus † factus in iudicio per filiumfamilias, non constito aliter de patris consensu, præsumetur, factus in absentia, & sic pro ualiditate actus facti per filiumfamilias. idem tenet Alber. in tract. statut. q. 84. par. ult. Alex. cõs. 80. num. 6. in fine uersic. fortificari, consil. 92. in fine, libro 5. ex l. optimam. C. de committen. stipul. ubi Bal. numero quinto, in fine l. si ideo. C. de indignis, idem Alex. consi. 98. eod. libro secundo, consi. 177. num. 13. libro sexto. Natt. consil. 67. numero sexto, uolum. primo, Cæphal. cons. 203. numero 5. libro secundo, hoc idem tenet Ang. post Bald. in l. emptor. uersicu. sed pone. C. de præscript. long. temp. ubi ad iustificandum usucapionem inter presentes,
11 debet præsentia † aduersarij probari, uel saltem domicilium in eadem prouincia, dicens pluries uidisse in facto, & consuetudine pluries obseruatum, subdens unum, quod uidetur impossibile, & durũ, probare posse, puta in præscriptionibus, præsentiam alicuius per decennium, nisi pro toto illo tempore carceratus appareret, eandem opinionem sentiunt Doctores in l. Titia, §. item respondit, ubi Castr. numero quarto. Ias. numero quinto, ff. de uerb. obligat. Felin. ponens hoc pro regula in cap. tenor, num. 3. de re iudic.

Addo Bal. in rubric. C. de contr. emption. quæst. 18 Claud. Aquens. post Aret. in l. 3 colum. 1. de acqui. possess. & ratio huius opinionis est,
12 quia præsentia, † est quid facti, & facta non præsumuntur, nisi probẽtur, l. in bello, §. facta, de captiuis.

Hinc infertur notabiliter, quod
13 cũ donatio † possit fieri inter præsentes, & absentes, & sic inter absentes, dummodo interueniat nuncius, uel epistola, aliàs non ualet si notarius dicat in instrumento. Sempronius donauit Titio, nec dicit præsenti, quod talis donatio non ualet,

valet, quia non constat de præsentia, quia Notarius non dicit, & non constat nec de nuncio, nec de epistola, ergo donatio est nulla, ita Castr. dicens hoc valde notabile, & in facti contingentia consuluisse in l. illud post glos. ibi, numero septimo, & octauo. C. de sacrosan. eccles. in l. Titia, §. item respondit il secondo. in fine, ff. de verb. oblig. dicens esse casum multi honoris, & lucri, sequitur Socin. consi. 33. numero septimo, consil. 68. columna tertia, libro quarto. Menoch. de præsumptio. libro 6. præsumpt. 14. nu. 3. præsum. 18. nu. 2.

Secundo infertur, quod ex sola citatione non arguitur partem fuis-
14 se † præsentem, maxime si negat fuisse citatum. Federic. de sen. consi. 170. Abb. consil. 193. libro primo. Crauett. de antiquit. temp. par. 2. in princip. num. 28.

Tertio infertur, quod si Notarius dicat. testis iuratus, nō includit par-
15 tis præsentiam. † Bart. in l. theopōpus in fine, numero 11. de dot. prælegat. Abb. in capitu. tuis in fine de test. Felin. in cap. tenor, num. 3. de re iudicat.

Contrariam sententiam scilicet,
16 quod absentia † non præsumatur, tenuit Barto. in l. is potest, num. 17. de acquir. hæreditat. ex l. optimam. C. de contro. stipulat. qui etiam pro parte contraria allegatur, & si bene consideres est textus, qui in hac particulari voluitur ab omni vento, & ita a pluuia, & a sereno; nā præsumit præsentiam partis ad actum, dummodo probetur, quod passim illo die steterit in ciuitate, & sic in his verbis videtur includere, vt præsumatur absentia, in sequentibus verbis vult debere probari absentiam legitimis probationibus. Hāc tamen eādem opinionem tenet ibi Alexan. sub numero tertio, columna quarta, in fine versicu. ponderanda sunt per textum, quem ipse admodum laudat in l. cum quidam, la grande, in fine iuncta l. sequent. de legat. 2. vbi præsupponitur absentia nonnullorum legatariorum à loco testatoris, sed ille contextus parum facere videtur, quia nō loquitur in præsumptione iuris, sed sic fuit in eo casu in facti contingentia, quis enim est in propria patria adeo ligatus vt eam quandoque nō exeat, & aliò se non conferat, etiam ardentes amantes quandoq; faciūt.

Notabilis tamen est ille contextus iunctis notat. per Bartol. ad materiam excussionis personarum; nam iudex causa cognita procedere debet statuēdo terminum, & explorando an legatarij absentes venire velint, & an sint intentionis velle petere legatum, & sic fit discussio
17 † quandoque contra absentem ad fauorem præsentis, vt in casu fideiussoris conuenti in absentia principalis, quandoque fit excussio ad fauorem absentis, vt exploretur an venire velit ad Ciuitatem, & legatum petere.

Eandem opinionem tenet Aret. in d. l. is potest colum. octaua, versi. adde, dicens, quod doctrina Bartol. est magis iuridica à communiter accidentibus, communiter enim contingit, quod qui est Ciuis vnius loci, & ibi habet domicilium, quod frequentius ibi habitat, & præsumitur ibi potius esse, quam alibi, commendat ibi Ias. nume. 70. Aret. consil. 102. in causa, & lite colum. 6.

Corn.

Corn.consi.50.colum.2.num.12.libro secundo,consi.152.column.secunda,versicu.præterea,& column. vltim. versicu. tamen libro quarto, vbi in materia statuti de consensu, & præsentia proximiorum ad contractum mulierũ, dicit quod pro-
15 pinqui † præsumuntur præsentes, nisi probetur eorum absentia, de quo inferius dicemus.Socin.consil. 121.columna 1.libro primo,qui dixit oriundum ex loco præsumi ibi esse præsentem. Natt.consi.67.numero quinto,volum.primo.Siluan. consil.53.numero 13. Cæpol.consi. ciuil.68.num 15.& hæc opinio est verior, probabilior,& hodie magis communiter recepta. Tiraquell. de leg.connubial.gl.sexta,numero 30. Menoch.de præsumpt. libro sexto, præsump.19. numero quarto. Mascard.conclusi.quinta,numero secũdo. Lamberten.de contract.mulier. glos. nona,numero secundo. Addo Alciat.regul.secunda.præsump.15. Visitat in.in rubric.solut.matrimo. colum.decimanona.Ronchegall.in lege tertia,§.vbi duo,nu.187. versicu. hæc secunda opinio, dicens eã veriorem,& rationabiliorem.

Et iuxta prædicta infertur,quod
19 statutum † disponens mulierem nõ posse contrahere sine cõsensu proximiorum,quod proximiores præsumuntur præsentes in loco, vt per Corne.in citato iam loco. Contrarium tenet Castrens. consi.124.columna prima,& secunda, volumine primo, quod fundans se in statuto ad rescissionem contractus debet probare quod ille erat minor, habebat proximiores habiles, & maiores vigintiquinque, & quod erant præsentes, vt de facili haberi possent,idem Corneus,consi.241. libro secundo,& 242. libro quarto.Crauett.consil.80.numero 13.& 14. Alexand.in l.cum antiquitas,numero sexto.C.de Testamen. Plot.de in lit.iurand.§.8.Lamberteng. de contract.mulier.gl.12.num.2. Borgni. de tutor.sub nu.132.

Ampliatur conclusio,vt non suf
20 ficiat allegare † absentiam,sed causas,& summarie docere. Cannat. in tract.de excusator. quæst.16. Franc. Marc.dec.616.numero tertio,part. secunda. Afflict.ad constitu. Regni. titu.de litis contestation.rubr.99.libro primo,num.28. Mant. consilio 125.num.15.libro primo,& ita de consuetudine seruatur. Alberic,numero decimo,de procurator. Anto. Gabr.de malefic. concl.9. num.63. Iul.Clar.§. fin.quæstio.34. versicu. sed nunquid.Marant.de ordin.iudi. par.4.distinct.1.num.41.Monticu. regu.13.num.16.limit.1.procurator. Bonacoss. in verb. procurator, vbi ex mente Ruin. tenere videtur, quod non sufficit allegare absentiã in genere, & tamen Carauita, & post eum Iul.Cla.in citato loco cõtrarium sentiunt, pulchre Rube.in repetit §.ad crimen sub nume.175. dubitatio. sexta, vbi tenere videtur quod si excusator alleget causas absentiæ,& etiam offerat incontinenti probaturum,tamen si iudex reijciat,processus non fit nullus, quia debebat appellare, & contrarium etiam in hoc tenet Iul.Clar. in citato loco, qui pro se nihil allegat.

Quare pro resolutione ponam aliquas vtiles conclusiones. Prima sit conclusio præsentia,si verborum proprietas attendatur, importat præsentiam, & actum à præsente in

in præſentem collatum, prout, inue
21 ſtiuit, † quod verbũ denotat actualem præſentiam. Oldrad. conſi. 217. ſuper eo. Ioan. Andr. ad Specul. in titu. de empt. & vendi. §. ſciendum, in fine. pulchre Bald. in rubri. C. de contrahen. empt. quæſt. 18. num. 16. in fi. idem Ioan. Andr. ad Spec. titu. de emphyt. §. 1. verſic. nunc formã,
22 pariter in verb. exhibere, † cum ille dicatur exhibere, qui rei præſentiam præſtat, l. final. de verb. ſignifi. l. 2. iuncta gloſſ. ff. ad exhibend. l. locum, §. quid ſit, ff. de tabul. exhiben. hinc poſtea in facti contingentia, ſi in inſtrumento donationis dicatur, facio traditionem, exhibitionem, & ceſſionem omnium meorum bonorum, mobilium, immobilium, & actionum, res præſumũtur præſentes, & præſentialiter traditæ. Rom. conſilio 509. nume. 24. vbi bene diſcurrit Seiſell. ad l. prædia, ff. de acquirend. poſſeſſion. Felin. in capitu. tenor, limit. 3. de re iudic. Socinus conſilio 68. numero tertio. verſicu. ſed hoc idem libro quarto. Alc. in l. ſciendum, numero quarto, de verb. ſignificat. Brun. de form. rubric. de præſumptio. & ſolennit. form. col. 12. limit. 7. Menoch. de præſumpt. libro tertio, præſumptio 132. numero ſeptimo.

Secunda ſit concluſio, parum diſcrepans à prima, quando præſentia eſt de ſolẽnitate intrinſeca, pro
23 ut in verb. promitto † in inſtrumẽto appoſito. Imol. in l. his verbis, ff. de duobus reis, ex gloſſ. in l. prima, * C. de vſu. quæ communiter * approbatur. Iaſ. in l. Titia, §. item reſpondit, il ſecondo, numero ſexto. de verbor. obligat. vnde non eſt neceſſe, vt Notarius in inſtrumento dicat in præſentia talis, niſi ad cautelam. Angel. in l. optimam. C. de contrahen. & committen. ſtipulatio. Felin. in capi. tenor. numero tertio, de re iudicat. Caſtrenſ. in l. illud, in fine. C. de ſacroſ. eccleſ. Ruin. conſilio 131. numero primo, & quarto, libro primo, conſilio 154. numero vndecimo, libro quinto, & ratio, quia mentionatus in inſtrumento præſumitur præſens. Imol. conſil. 8. num. 5.

Tertia ſit concluſio, concurrente iuris præſumptione ſententia,
24 † quæ tranſiuit in iudicatum, præſumitur lata partibus præſentibus. Imo. in cap. ſuper his, verſi. ſed quid dicet de accuſ. cuius doctrinam magiſtralem, commendat Abb. in cap. bonæ, il primo, columna nona, de elec. in cap. quoniam contra, columna 14. de prob. Felin. in dicto cap. tenor. limit. 4. Gram. conſil. ciuil. 123. Gozzad. conſil. 96. num. 13.

Declara hoc verum in ſententia
25 † antiqua, aliàs non, & hæc eſt ma* * gis ** communis opinio. Abb. conſ. 92. colum. vltim. libro primo. Butr. in cap. quoniam contra, de probat. conſi. 24. num. 6. Bellam. deciſ. 8. & 9. Iacob. Menoc. de præſump. lib. 2. præſump. 69. nu. 6. Addo Curt. iun. in l. admonendi, numero 250. de iureiurando.

26 Sententia † autem dicitur antiqua arbitrio iudicis, iuxta qualitatẽ iudicantis, qui ſententiã tulit. Dec. in capit. cum ſit, numero 19. de appellat. Crauett. de antiq. temp. parte ſecunda, numero 38. qui tamen ſubdit, quod ſententia triginta annorum, ſine dubio dicitur antiqua. Veron. conſil. 63. colum. 2. Barbat. conſi. 18. colum. 7. in fine lib. primo.

Bero.

Bero, in capitulo quoniam contra, numero 152. de probat. Menoch. de arbitr. iudic. cas. quarto.

Addo vltra eum Vant. in tit. quib. mod. sententiæ nullitas reparetur, numero 28, qui bene loquitur. Mascard. conclusi. 5. in fine, qui de magis * * communi testatur.

Quarta sit conclusio, præsentia præsumitur in illis, qui residere

27 † tenentur, vt Canonici in capitulo, & similes, quia in eis præsumitur residentia ad tollendum delictum. Oldrad. consil. 198. circa primum punctum, in fine. Crauet. consilio 88. numero 18. Dec. in capitulo tertio loco, numero 37 de proba. Ioann. de Selua. in tractat. benefic. parte quarta quæstio. 5. Parisi consilio 99. numero 12. & 15. volumine quarto. Gozzad. consilio 66. n. 6. Turzan. opin. 154. num. 2. Mascar. concl. 5. limit. 1.

Addo Alexand. consi. 88 libro 2. colum. fin. Natt. consi. 67. num. 5. & hæc est communis * opinio. Ronchegal. in l. 3. §. vbi duo, nu. 187. de duob. reis. Magon. Rot. Lucan. 39. nume. 16. qui loquitur de officiali, qui non præsumitur abesse.

Quinta sit Conclusio, præsentia

28 † præsumitur ad excludendum delictum. Castrens. in l. illud, nume. 7. C. de sacros. eccles. Socin. consil. 68. numero tertio, lib. 4. Ruin. consilio 131. num. 4. lib. 1. Gozzad. cons. 66. num. 6.

29 Sexta sit conclusio. fundans † se in absentia, eam probare debet, & econtra fundans se in præsentia eã probare debet, sentit Bal. in l. fin. §. necessitate in fine. C. de bon. quæ liber. clarius Crauett. consil. 240. colum. secunda, in fine versicu, sed tamen verius. Mascard. conclus. quinta, versicu. posterior autem opinio. Addo Pute. decis. 385. in fine libro 2. Rui. in rubr. solut. matrimon. nu. 302. Sfort. de restitu. par. 1. quæstio. 38. nu. 10.

Ego crederem sic dicendum, si contra aliquem sit præsumptio ab-

30 sentiæ, † tunc præsentia probanda est, prout in casu Putei repugnabat quoddam instrumẽtum præsentiæ allegatæ, meritò præsentia ibi probanda est, sic etiam in casu Angelini in l. emptor. C. de præscript. lõg. tempor. repugnabat contra replicantem, quia constabat de identitate Ciuitatis, vel prouinciæ, merito per replicantem probanda est absentia, secus si non constatet de identitate loci, vel prouinciæ: tunc etiam in præscriptione esset probanda præsentia, & ita dicit de consuetudine millies obseruatum, & hanc decisionem Angeli vti mirabilem commẽdat Corn. consil. 46. colum. 4. in fine consil. 50. colum. final. versi. & licet volum. secundo, & sic ex hac notabili doctrina colligitur, quod præsens

31 † dicitur qui non solum est in eadem Ciuitate, sed in prouincia, immo, in principatu, & ducatu, etiam in materia præscriptionis, commẽdat etiam Balb. de præscriptio. in 2. pat. 4. par. princip. quæst. 3. in fine, & sic tam in materia identitatis, de qua superius diximus quam in materia præscriptionis attenditur esse sub eodẽ principio, & hoc sufficit.

Applicando igitur ad propositũ authent. præsente, C. de fideiussor.

32 & § 1. authen. cod. si creditor † agat directò contra fideiussorem, dicendo principalem debitorem absentẽ, quid agendum? Bald. vnico verbo tangit

tangit in l.fi.§.necessitate in fi.verb. & dicit probandam absentiam per creditorem fundantem, se in ea ex iam deductis, ego crederem quod si constat esse de eadem Ciuitate, vel iurisdictione, præsumatur præsens, & consequenter sit locus excussioni, maxime, quia superius tetigimus in excussione venire bona extra territorium, dummodo non extra iurisdictionem, pariter si debitor principalis est de illis, qui tenebantur residere ratione alicuius officij, præsumitur præsens, & sic per actorem probãda erit absentia ex iam deductis.

Quarto vlterius pro intelligentia authent. præsente, de forma ex-
33 cussionis † faciendo per fideiussorem contra personam debitoris absentis, vtique citari debet, & si non venerit mittitur familia ad capiendum, & ducendum eum, & si refertur non posse haberi, tunc procedetur vlterius, & ita practicatur Bartol. in l.3. §.1. sub numero 16. ff. de duobus reis, & ibi Bartol. videtur sentire præsentem dici debito-
34 rem † si sit in eodem territorio, vt de facili citari possit, secus si sit in eadem prouincia. Grat. consilio 28. columna secunda, volumine primo. Alex. consil. 100. sub num. quarto, volumine quinto. Dec. in l. final. numero 25. si cert. peta. Aretin. §. 1. quæstio. 5. institut. de duobus reis. Papiens. in form. libelli contra plures reos. in verb. quilibet ipsorum, versic. erit ergo practica. Bald. in authen. sed hodie, versic. quarto.

Sed qualiter. C. de act. & obligat. in l. sciendum, in princip. columna secunda, ff. qui satisdare cogant. in authen. hoc ita, colum. 2. C. de duobus reis, in l. cũ in longi. C. de præscriptio. 30. vel 40. annorum. Guid. Pap. quæst. 570. Marsil. singul. 220. est communis * opinio. Roncheg. in l. 3. §. vbi duo, numero 182. de duobus reis. Crauet. consil. 201. numero 45. Doct. ad Alex. consi. 119. colum. fin. volum. quinto. Becci. cõsilio 89. numero 20. libro primo, &
35 stante absentia datur curator † bonis ad bona excutienda, & hæc est bona practica. Papiens. in form. hypothecar. in verb. exceptionem, numero duodecimo. ego crederẽ prædicta vera si prouincia habet Ciuitates sub diuersis Præsidibus, sed si Ciuitas est subalternata ad Præsidem, ad quem etiam pro appellationibus, & alijs causis recurritur, & ius habet in ea Ciuitate, cõtrarium credo ex superius adductis, & ita practicatur.

QVAESTIO XLVII.

AN si quis sit captus ab hostibus habeat locum excussio? Vtique non, cum sit notorie non soluendo, vt dixi superius, quæstione trigesimaseptima, in fine.

QVÆSTIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Excussio quod non habeat locum in curia mercatorum, propter præcipuam fidem quæ in huiusmodi personis esse debet, & publicam vtilitatem.*

2 *Etiam si mercatores non renunciauerint beneficio excussionis, num. 2.*

3 *Contrarium ponitur, num. 3.*

4 *Argentarii, & Mercatores simpliciter*

citer priuati differunt.

5 *Argentarii plures sunt correi debendi actiue, & passiue, & tenentur in solidum.*

6 *Mercatores simul per se, non per institores exercentes, non tenentur in solidum, sed pro rata.*

7 *Argentariorum officium quale erat, & quid à mercatoribus differunt.*

1 AN in curia mercatorum habeat locum excussio, † posui superius, quæst. 32. in fine. Et Vtique tenuit quod non glos. singu. in authen. de fideiussor. §. final. in glos. penult. in verb. moderno, vbi Bart. numero 11. dicit singularem, & perpetuo menti tenendam, propter præcipuam fidem, quæ in huiusmodi personis esse debet, publicamq; vtilitatem. eandem glos. dicunt singularem, & perpetuo menti tenendam Bald. Salicet. & Castrens. in l. frustra, C. de non num. pecun. immo Bald. dicit hoc mirandum, idem Bald. in l. final. numero 5. C. ad l. falcid. Aretin. in §. item si quis in frau. numero 21. de actio. vbi Ias. nu. 78. dicit eam perpetuo notandam, &
2 procedere † etiã si mercatores non renunciauerint beneficio excussionis. Ias. dicens hoc perpetuo signandum in l. singularia, numero 39. ff. si cert. petat. in l. si constante, nu. 204. ff. solut. matrim. Marsil. de fideiuss. num. 8. Roman. consil. 392. num. 9. Bald. consilio 466 num. 9. volum. 5. Negus. de pignor. par. 8. memb. 1. num. 29. Imol. in l. delegare, ff. de nouat. Castren. in l. qui vsumfructum, ff. de fideiussor. Curt. sen. consilio 6. Dec. in l. final. nu. 23. ff. si cert. peta. Addit. ab Abb. in capit. peruenit. in addit. magna versic. & tu dicas de fideiussor. Aufrer. ad Tolo. 196. dicit hoc bene notandum. Cassan. in Consuetud. Burgund. rubric. 1. §. 5. col. 3. Gomes. de contract. cap. 14. nu. 4. limit. 4. Eman. Costa. in l. si ex cautione limitat. 18. C. de non numerat. pecun. Guid. Papæ. consil. 103. colum. 1. versic. secundo quia, consilio 164. col. 4. vers. vlterius etiam. vbi dicit ita de consuetudine seruari in Delphinatu Boe. dec. 221. numero 15. Duenn. regul. 335. numero 3. limitat. 3. & hæc est communis opinio. Eman. in suo Thesaur. littera F. nume. 142. Natt. in Clem. sæpe in princip. colum. 88. de verb. significat. & posui superius quæst. 32. vbi per generalem discursum posui ad declarationem illius quæstionis de dote. de causis, in quibus proceditur secundum æquitatem declarando, & distinguendo, vt ibi dixi. quæ declaratio generalis est in qualibet causa æquitatis, & in omnibus infrascriptis.

Et licet hæc sit vt superius dixi recepta sententia, quod in Curia Mercatorum non habet locum excussio, tamen, vt quandoque nostram proferamus opinionem in contrarium non leuiter mihi facere videtur textus † in authen. de ar- 3
gentarijs competere beneficium excussionis, nisi ei pacto renunciauerint, & si consideretur prooemium illius constitutionis, miseretur eorum imperator ob multa pericula, quæ annuatim incurrunt, & in materia excussionis ex eo cõtextu duo colligi videntur. primum quòd argentarijs competit beneficium excussionis, cur enim præclara eorum ratio & publicæ vtilitatis professio ipsos nõ reducet ad iùs antiquum? cur

cur tot, ac celebrium iuris interpretum matura, æqua,& vtilis doctrina venalibus Triboniani astutijs non præferetur? maxime cum illi textui fidem adhibere nulla nos cogat necessitas?

Considerabam vlterius sic dici posse,quod iura, super quibus fundatur allegata decisio, & cōmunis opinio, loquuntur in argentarijs,
4 † ex quibus non videtur posse argumentari ad illos mercatores simpliciter priuatos: namque illi præter id, quod publicè profitebantur, & eorum fidem omnes sequebantur, eligebantur à publico, vt tradit Alciat. in l. boues, §. inter. de verbo. significatio. vbi etiam subdit, quod nummularij, trapezzitæ, mensarij, & collectarij inferioris gradus erant, & non tantæ auctoritatis, vt late discurrit Ronchegall. ad l. eandem, numero 144. cum sequent. de duob. reis, vbi Bart. quæst. 7. numero nono, ponit duas conclusiones, ex quibus patere potest quod superius dixi.

Prima est conclusio, quod plures
5 † argentarij sunt duo rei debendi actiue, & passiue, & vnus tenetur in solidum ex contractu alterius reddendo rationem, quia voluntarie subeunt munus publicum, meritò cum eis durius agitur.

Secunda sit conclusio, alij merca
6 tores † simul per se non per institores mercaturam exercentes non tenentur in solidum, sed pro rata, & cum Barto. est communis * opinio, vt per Ronchegall. ibi sub numero 191. Ias. in lege si vnus, in princip. num. 2. de pact.

Ex quibus conclusionibus apparet, quod diuerso modo proceditur cum argentarijs, alio modo cum alijs mercatoribus, nec videtur bona consequentia de vno ad alium.

7 Præterea argentarij † voluntarie anhelabant ad procurandum eligi, & describi in tale Collegium, retinebant ex eorum officio peculiari pecunias aliorum, vel ad fœnerandum, vel in depositum, & ad seruandum, prout apud ædem sacram, vnde de facili potuit esse dispositū, vt contra eos executiue procederetur nulla facta excussione: contrarium est in mercatoribus, quorum pecunia est propria, vel ad commune lucrū, & tota in mercibus emendis, & reemendis, quare cogitare placeat de tali illatione, & cæt.

QVÆSTIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excussionis coram arbitratore an opponi possit, & quòd sic, & ponitur contrarium, & distinguendo conciliantur opiniones, numero 2.*

VIDIMVS superius per discursum quęstio. 33. an corā arbitratore exceptio excussionis opponi possit, nunc aliquantulū reassumendo quæro, an coram arbitra-
1 tore talis exceptio † opponi possit, quæstio sane vtilis, & de pane lucrando, vt dicit Seisel. in l. si constāte, columna nona, versicu. & secundum, ff. soluto matrimon. & vtiq. sic tenuit Bald. in l. final. §. 1. numero quinto, versic. quæsitum. C. commun. de legat. dixit singulare, nec alibi legisse Alexand. in l. si constante, numero 24. ff. soluto matrimo.

ergo fideiussor de iudicio sisti; & iste singularis possessor æquiparantur: pariter non deducit æquiparationem in casu, de quo agitur; & vlterius est in contrarium communis opinio, vt dixi in dict. quæstio. decima.

5 Ad tertium de constituto † videtur diuersa ratio, quia agitur de auocanda possessione ipsiusmet creditoris, vt dixi dicta quæst. 39. quæ ratio specificè considerari non potest in pacto de ingrediẽdo, cum in vno præsupponatur iam facta trãslatio, in casu isto non, & hoc aperte demonstrant verba Bart. in allegatis per Menoch. in l. creditores, numero vndecimo: nam ibi præsupponit Barto. per constitutum esse iam trãslatam possessionem, & pactum de ingrediendo importare recuperationem, seu melius adeptionem possessionis. Vnde constitutum fortius est, nec ab eo licet inferre.

Ad illud dum dicitur, quod quando agitur virtute instrumenti guarentigiati non requiritur excussio,

6 † hoc verum contra nominatum in eo, sed contra tertium non nominatum, prout in casu nostro diuersa ratio videtur: vnde vidimus superius, quod si agatur hypothecaria contra tertium requiritur excussio, & sic iuxta qualitatem remedij intentati, prout superius vidimus.

Quare crederem contrariam opinionem veriorem, vt singularis

7 successor † exceptionem excussionis opponere possit, præsertim pro suo interesse, & quatenus æquitatem respiciat.

QVÆSTIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Communitas potest conuenire debitorem etiam ante tempus, propter sui debitoris inopiam, facta excussione.*

2 *Conductores, & emptores impositionum possunt cogi ante tempus pro necessitate communitatis, dimisso eis interusurio medii temporis.*

3 *Pœna imposita petentibus ante tempus non habet locum in communitate, propter continuas necessitates, quas habet.*

CASVS est frequens, vtilis, & practicabilis in l. 1. C. de cõdict. ex lege, vbi propter inopiam debitoris fisci, seu communitatis facta excussione potest communitas

1 † conuenire debitorem debitoris, etiam ante tempus, vbi Bartolus, dicit esse bonam legem, & habere casum singularem. pariter ibi Baldus dicit in ea lege esse casum valde notabilem, inferendo ad casum quotidianum hisce præsertim tem-

2 poribus, vbi conductores, † & emptores gabellarum, datiorum, & aliarum impositionum possunt cogi ante tempus pro necessitate communitatis, dimisso eis interusurio medij temporis, & tota die fieri videmus propter repentinas reipublicæ necessitates, dicens hoc semper menti tenendum, & si vllo vnquam tempore fuit hoc præcipue est, in quo infelices communitates sunt penitus exhaustæ, & dicit insuper ad propositum Bald. quod

ibi

ibi fit excussio absque pronuncia, sed sufficit sola probatio. dicit etiã ibi Salicet. quod textus in d.l. 1. est valde notabilis, & quotidie practicatur Bononiæ, sed in hoc Ciuitates omnes sunt Bononiæ, eundem textum reputat singularem, & menti tenendum Ias. in l. in diem, numero quatro, ff. de condict. indeb. Marsil. singul. 355. dicens quotidie in facto euenire. Et sic habetur limita-
3 tio † ad §. hodie, instit. de exceptio. & cap. 1. de plus petition. vt si quis agat, vel petat ante tempus hanc pęnam patitur, vt duplicetur dilatio, & reficiat expensas: nam hoc fallit in communitate propter continuas necessitates, quas habet. Ias. hoc valde commendans in l. pecuniam, col. fi. limit. 2. ff. si cert. pet. Ioseph. de Ludouic. conclusione octaua, limit. 2.

QVÆSTIO LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Excussio fit quando mulier recepto præmio obligat se animo nouandi.*
2 *Recipiens fideiussorem vel debitorem minus idoneum sibi præiudicat, & satis factus præsumitur, & sibi imputet.*
3 *Scientia præsumitur in facto alieno, quando perquirere tenebatur.*
4 *Creditor præsumitur satisfactus, si recipiat delegantem, etiam minus idoneum.*
5 *Mulier intercedens simpliciter pro alio iuuatur velleiano.*
6 *Excussionis exceptio competit intercedenti pro alio accessorie, secus quando intercedit animo nouandi.*
7 *Nouatio non præsumitur nisi probetur, & donec probetur excussio opponi poterit.*
8 *Nouatio probatur per coniecturas, & per quas, num. 9. 10. 11.*
12 *Pactum nudum de iure Canonico producit actionem, & seruit loco stipulationis.*
13 *Pactum sine solemni stipulatione hodie sufficit in terris ecclesiæ ad veram, & propriam delegationem debitoris, in foris ecclesiasticis.*
14 *Delegationis, & nouationis materia est potius fundata in subtilitatibus iuris, quam in rationibus naturalibus, super quo late discurritur.*
15 *Nouatio non dicitur, quãdo quis non debitor promittit pro alio, sed fideiussio, quo casu promittenti competit beneficium excussionis.*
16 *Verbum (promitto) positum in scriptura priuata importat stipulationẽ.*
17 *Subscribens se in apocha non est principalis, sed fideiussor, quando non erat debitor delegantis.*
18 *Nouatio facta dicitur si contractus non sunt ad inuicem compatibiles, quia quando inuicem non compatiuntur, vltima derogant primis. Declaratur numero 23.*
19 *Transactione receditur à prima obligatione, quando se non compatitur cum prima.*
20 *Mutuum, & depositum sunt contractus incompatibiles.*
21 *Nouatio inducitur per cõpromissum sequuto laudo ratificato. Declaratur cum distinctione, num. 22.*
24 *Nouatio non dicitur facta, quando non apparet de cõsensu creditoris.*
25 *Nouatio an per prorogationem termini facta dicatur.*
26 *Nouatio non inducitur, si in secunda obligatione apponantur pignora, vel fideiussores.*

Declaratur, num. 32.

27 *Administrator publicus potest facere conditionem reipublicæ meliorem non deteriorem.*

28 *Carcerati si aufugiãt contra formam conuentionis, quis primo loco sit excutiendus.*

29 *Conductores publici fauore reipublicæ tenentur in solidum.*

30 *Nouatio multipliciter fit.*
Et quædam est voluntaria, quædam necessaria, numero 31.

33 *Nouatio præsumitur quando secundum pactum continet quid diuersum a primo. puta, pro decem quę tibi debeo promitto quindecim.*
Declaratur, num. 34.

35 *Nouatio præsumitur, quando super eodem facto seu debito fiant plures promissiones. Item inducitur per pœnalem stipulationem subsequentem, num. 36.*

37 *Numeratio si pręcedat, stipulatio continenti subsequuta nouat pręcedentem obligationem causatam ex pręcedenti numeratione.*

38 *Excussio non requiritur quando inducitur nouatio.*

39 *Obligatus animo nouandi quando habeat, & non beneficium excussionis, & clarius, num. 40.*

CASVS est etiam notabilis, & singularis, vt fiat excussio,
1 † quando mulier recepto præmio obligat se animo nouandi, vt l antiquæ, §. 1. C. ad velleian. vbi Bald. & Castrens. dicunt esse multa singularia in practica in materia excussionis ob id pro vtilitate practicandi attingam.

Primum est, quia in iure clarum
2 est, quod recipiens fideiussoré, † vel debitorem minus idoneũ, sibi pręiu dicat, & satisfactum præsumitur, & sibi imputet, l. inter causas, §. abesse, ff. mand. vbi Doctores ampliant etiam in dote, l. 3. ff. de fideiuss. Alexand. in l. si cum dotem, §. si mulier, colum. 1. ff. solut. matrimon. & licet doctores distinguant, vt præiudicet si sciuit, secus si ignorauit, vt dicit Bart. in dicta l. 3. quod hæc est com-
* munis * opinio, tamẽ in dubio pręsumitur scientia, quia perquirere tenebatur, & in facto etiam alieno
3 scientia † præsumitur quando perquirere tenebatur. Bald. in l. 1. ff. si quis omiss. caus. testamen. Socin. in regul. ignorantia, il secondo, limit. prima, gloss. in regula præsumitur, libro 6. Archidiac. in Cano. proposuisti, colum. penult. distin. 82. Cardin. in Clement. prima, quæstione septima, de consanguinitate, & affinitate. vbi Ancar. columna prima, versicu. sed hic incidenter Abb in cap. innotuit, de elect. Roman. consilio 401. num. 8. Dec. consi. 160. colum 3. versicu. sed his non obstant. Grat. consil. 12 colum. vltima consilio 15. colum. 1. lib. 2. Crauet. consilio 225. num. octauo. Alba consil. 18. numero quarto. Menoc. de præsumpt. lib. 6. præsumptio. 23. num. 66. Addo Dec. in l. qui cum alio, numero decimo, vbi Cagnol. numero 19. de regul. iur. Ias. in l. quod te, numero nono, vbi Dec. numero 17. ff. si cer. pet.

Cum igitur per delegationem
4 præsumatur satisfactus † etiam recipiendo minus idoneum, cur in eo contextu excussa muliere datur regressus contra veterem debitorem?

Respondetur ex intentione Bal. quod ibi est propter interuentum mulieris, q̃ cũ se obligauerit ducta

ex

ex auaritia, & spe lucri perdit beneficium Velleiani, quãdoque igitur
5 mulier † intercedit simpliciter pro alio, & iuuatur Velleiano toto titulo ad Velleianum, quandoque mulier intercedit pro alio, sed habet in manibus securitatem, puta pignora, tunc nõ iuuatur Velleiano, quia est secura ex pignore, vel alio simili modo, l. si mulieri dederim, ff. ad Velleian. & si soluit non repetit, cũ rem in manibus habeat. Quandoq; intercedit, nec recipit pignus pro securitate sed præmium aliquod pro periculo, tunc non iuuatur Velleiano, quia non intercessit ex fragilitate sexus, sed ex auaritia per iura Codicis, in d. l. antiquæ, §. 1. vbi Bal. & Castrens. dicunt esse casum singularem, & non esse alibi, & singularitas consistit in hoc, quod mulier non iuuatur Velleiano, & ea excussa datur regressus contra veterem debitorem, sed si mulier, quæ fragilis est, & naturaliter auara perdit beneficium Velleiani, cum accipit præmium suæ intercessionis, cur alij fideiussores, qui ex præmio intercedunt, beneficia fideiussoribus concessa non amittent?

Secundum est singulare ex eo cõtextu, quia videtur procedi ordine præposterato; nã primo debet excuti principalis, deinde intercessor, vt superius vidimus, & ibi fit contrarium, quia primo excutitur mulier, quæ intercessit, quam principalis debitor, quare distinguendũ videtur, quandoque quis intercedit accessorie, & tunc competit ex-
6 ceptio excussionis, † quandoq; animo nouandi, & tunc non habet locũ excussio. glo. notab. ab omnibus commendata in authent. de fideiussor. in principio in verb. fideiussorẽ circa medium, in l. stichum, aut pãphilum, §. aliquando in verbo intercesserunt de solut. vbi Bologni. in addit. valde commendat in l. si verò non remunerandi. §. si post. ff. mandat. quam singularem dixit Bald. in l. ob hæc verba, ff. de infamib. Alexand. in l. Iulianus, ff. qui satisdar. cogantur. columna secunda. Ias. consilio 58. colum. secunda, volumine tertio, Bald. in d. l. antiqua, §. primo, in 2. opposit. idem valde commendans in l. in personam, §. primo, numero secundo, ff. de pact. Alexand. consilio trigesimoprimo, columna penult. consilio 33. volumine quarto. Castr. in l. secunda, §. 1. ff. de duobus reis. Aufr. ad Tolosan. vigesimo tertio. & 196. Dec. in l. fin. num. 27. ff. si cert. petat. Paris. consil. 110. nu. 13. & 69. volum. primo. Barbat. in l. 5. §. satis acceptic, colum. tertia, versicu. item fallit. de verb. obligat. Duenn. regul. 335. limitat. quinta, numero quinto, & hæc est communis opinio. Curt. sen. consil. 6. numero 4.

7 Ex quibus postea infertur correlarie, quod cum † nouatio non presumatur, nisi probetur, quod isto casu etiã excussio opponi poterit, donec nouatio probetur, ita infert Decius in l. fi. nu. 27. ff. si cert. pet.

Assumptum autem, quod hodie nouatio non præsumatur, nisi probetur ad l. fin. C. de nouat. Alex. consilio 13. in principio volumine secundo, consil 60. numero secundo, volumine 6. Dec. consi. 97. numero 5. Franc. Marcht. decis. 412. & 528. par. 1. Anton. Gabr. de nouat. conclusione prima, Addo Alber. consilio 68. num. quinto, Meno. cons. 95.

numero 35. Rube. consil. 5. num. 4. Hier. Gabr. consil. 155. num. 17. Ioseph. de Ludouic. conclu. 4. & licet hæc opinio sit controuersa, tamen hodie in practica verior est. Andre. Gail. libro secundo. practicab. obseruat. obseruatione 30. numero 3. dicens in Camera Imperiali ita iudicatum, & nec ope exceptionis, Thesfaur. decis. 125. numero nono. Hier. de Mont. quæst. 20. Ex quo hodie faciliores esse debemus ad negandam nouationem quam ad eam inducendam. Bartol in l. penul. de prætor. stipulat. Abb. cons. 2. num. 10. Mascar. conc. 1107. in verb. nouatio omissa tanta calculatione, vnde excipias de excussione, & qui allegat nouationem, probet.

Secundo infertur, quod cũ noua-
8 tio † probetur per cõiecturas, quod de facili dabitur replicatio non esse locum excussioni, & per coniecturas deducere nouationem, ita in materia excussionis arguit, & practicare docet Cur. sen. consil. 6. nu. 4 vbi in facto proposito concludit exceptionem excussionis excludi probãdo nouationem per coniecturas.

Assumptum verò quod nouatio probetur p cõiecturas, probat Cin. in l. fin. C. de nouat. Imol. in l. delegare, ff. eodem in l. penul. colum. 4. de prætor stipulat. Alex. cons. 73. colum. 1. libro secundo, consil. 72. nu. 12. libro sexto. Afflict. decis. 44. nu. 15. Castren. in l. qui vsumfructum, colum. tertia. versi. & per prædictã opinionem de verb. obligat. Purpurat. in l. certi condictio, §. si nũmos, colum. 10. versiculo secundo infertur, ff. si cer. pet. Dec. consil. 400. col. fin. Soc. cons. 21. col. 1. vol. 1. Bolog cons. 59 col. 2. Lofred. cons. 24. col. 4. Paris. cons. 107. col. 2. vol. 3. Barb. cons. 86. col. 7. & 8. vol. 4. Ant. Gab. de nouat. conclu. 1. nu. 57.

Addo Vincen. Franc. decis. Neap. 15. in fine. Menoch. consilio quinto, numero duodecimo, consilio nonagesimoquinto, numero trigesimosexto, de præsump. libro tertio, præsumpt. 135. numero trigesimosexto. Alba cons. sexagesimooctauo, numero 5.

Quibus omnibus adde quod hæc est communis † opinio. decis. Pedemon. 142. numero vndecimo. Hier. de Mont. quæstione vigesimã, numero 1.

Cõiecturæ autem multæ sunt, ex
9 quibus etiam hodie nouatio † inducitur, quarum aliquas inserã, quia materia est intricata, & ita à Doctoribus reputatur, & si poterimus colligere an sit nouatio, non erit locus excussioni.

Prima igitur coniectura est, per delegationem etiam non debitoris
10 inducitur nouatio. † Afflict. decisione 353. numero quarto, vbi ex mente Aretin. consil. quinto dicit hanc esse communem opinionem, & ita de consuetudine seruari, sequitur sicco pede Menoch. de præsumptione, libro tertio. præsumpt. 134. numero 38. de quo miror, qui materiam indigestam in hoc casu protulerit, cum aliàs se copiosum profiteatur, quæ conclusio vera est in
11 delegatione proprie sumpta, † ad quam multa sunt requisita, & vno deficiente non erit proprie, nec verè delegatio, & consequenter non erit facta nouatio, & poterit apponi exceptio excussionis, ad l. delegare, la prima, & secunda, ff. de nouat.

Pri-

Primùm igitur requisitum est debitum, & hoc duplici modo: primo, quod ego sim debitor, puta Titij, item quod delegandus per me sit debitor meus, alias non est propriè delegatio, sed largo modo, prout si deficiat quod ille, cui fit delegatio, non sit creditor. Secundum requisitum, mandatum, vel iussio delegantis. Tertium requisitum stipulatio inter creditorem, & delegatum. Quartum acceptatio creditoris. Quintum promissio, non solutio: vnde si debitor delegandus nõ promitteret per stipulationem, sed realiter solueret, non esset verè, & propriè delegatio, ita tradunt Bart. & Castr. in l. delegare, la prima, ff. de nouat. Ias. in l. singularia, num. 36. vbi Dec. nu. vigesimoseptimo, ff. si cert. pet. Alexan. in l. qui vsum fructum, columna prima, in fine, de verborum obligatio. Castrens. in l. quamuis, §. si mulier, ff. ad velleian. Ang. in l. fina. C. de nouat. Alexand. consilio decimo, columna secunda, volumine 2. consilio 173. columna 2. versicul. ex hoc etiam, volumine septimo. Socin. consilio 267. columna penultima, versiculo præterea. Barbat. consi. decimonono, columna penultim. consil. 37. numero 6. volum. 1. Alexand. in l. si me & Titium. ff. si cert. petat. Lofred. consil. 18. colum. fi. Ruin. consi. 109. col. 2. ** & hæc est magis communis ** opinio. Purpurat. in d. l. singularia, col. 2. Anton. Gabr. de nouat. conclu. 1. num. 19. Alba consi. 1. num. 10. Rebuff. de liter. obligator. artic. 1. glos. 9. Mascard. conclu. nouatio, nu. 3. 4. & 5. Vrsill. ad Afflict. 353. Cagnol. in d. l. singularia, num. 174. Ronchegall. de duob. reis, l. 3. in princi. nu. 52. & 53. Mannell. consilio 20. numero decimo. Soarez. litera H, nu. 53. Rot. Genuens. 2. num. 20. vbi addit casum, si dico promitto loco Titij, erit nouatio.

Prædicta non procedunt de iure canonico, secundum quod nudum
12 pactum † producit actionem & seruit loco stipulationis, vt per Ias. in l. singularia, num. 27. ff. si cer. pet. vnde in terris ecclesiæ, in quibus seruatur ius canonicum, & in foro episcopali nouatio erit facta per viã delegationis etiam non interueniẽte stipulatione. Verum Hieron. Gabriel consilio 155. num. 13. contrarium sentire videtur considerando in materia pacti nudi duos casus, aut loquimur quo ad nouationem in se, an possit fieri pacto nudo, & tunc potuit iure antiquo, nec prohibetur per l. fin. C. de nouat. si expresse agatur, non autem tacitè, si verò loquimur quoad formam substantialem delegationis in se, & tunc requirit stipulationem, quæ est anima delegationis.

Sed ista ratio ni fallor admodum nõ concludit: licet enim pro substãtia, & forma delegationis antiqui I. C. & legislatores introduxerint stipulationem, ius canonicum meræ veritati innitens, & simplicẽ consensum respiciens, remouit istã verborum solemnitatẽ, subrogando in eius locum pactum nudum, quare crederem hodie ad veram, & propriam delegationem sufficere pa-
13 ctum † sine stipulatione solemni in terris ecclesiæ, in foris ecclesiasticis, & vbi ius canonicum seruatur.

Et prudẽter dixit Cagnol. ad l. singularia in addit. Paduana, num. 35.
14 quod hæc materia delegationis, † & noua-

nouationis est potius fundata in subtilitatibus iuris, quam in rationibus naturalibus, & videntur potius I.C. in hoc profiteri literas grãmaticales, quam legales: distinguũt enim Ciceroniani inter gaudere, & gratulari, inter inuenire, & reperire, sic de singulis discurrendo, sic in materia propriæ, & verę delegationis facere videntur I. C. sed ius canonicum, quod merum factum, & medullam veritatis inspicit, dicit quid ad me an sit stipulatio, vel nõ, dummodo adsit verus cõsensus pactium? & profectò si percurras totã materiam delegationis, quid inuenies, nisi meras subtilitates, vult debitorem, de hoc non contentatur, vult vt promittat creditori, vt debitor, & si ego volo me obligare pro te, licet non sim debitor tuus, cur in hoc destruitur substãtia proprię delegationis? volunt I.C. pactum simplex sufficere inter delegantem, & delegatum, vt in l. delegare, de nouat. cur hæc diuersitas, vt cum creditore concurrat stipulatio? volunt vt non sufficiat delegatum esse debitorem, nisi in stipulatione exprimatur, vt faciat vti debitor; si enim verè sum debitor, est ne verisimile, vt patiar me delegari nisi vt debitorem? ad tollendum multiplicationem obligationum, volunt insuper, vt interueniat mandatum, vel iussio, quid ad substantiam hoc, cum attendatur, vt consulatur delegãti, & delegatario? quid requiritur, quod operetur mandatum, dummodo ego delegatus promittam, & tu creditor acceptes, & facias melius cautum? reijciuntur per Imperatorem constitutiones, & placita tot iurisconsultorum, & antiquorum iuris prudentum subtilitates, cur per ius canonicum non poterit præsumi reiecta subtilitas stipulationis, vt eundem effectum operetur in delegatione pactum nudum, quod stipulatio ipsa solemnis? & sequendo communes traditiones infertur, quod si dico campsori, vel mercatori, vt soluat pro me Titio meo creditori tot, si deficiat aliquod requisitum ad delegationem, puta quod campsor sit debitor mei delegantis, vel non interuenerit stipulatio, tunc debitor delegans non est liberatus, & hæc est communis * opinio, de qua per Cagnol. post alios ad l. singularia in additione Paduana 36. quia nõ est nouatio per viam delegationis, cum deficiãt requisita, nec alias est nouatio, nisi aliter per coniecturas appareat, dicit tamen Fulgos. in l. delegare, quod de consuetudine mercatorum seruatur, quod etiam si delegatus non sit debitor, sit propriè delegatio, accedente stipulatione, & dicit Aretin. consilio quinto, quod hæc est communis * opinio, quam sequi videtur Afflict. decisio. 144. numero quarto, tamen ibi Vrsill. columna tertia, numero sexto, dicit quod hodie contraria est communis opinio, & cum hac residere videntur ferè omnes in l. singularia.

In curia tamen mercatorum cõcurrerem cum consuetudine Raphaellis, & opinione Aret. cum in ea limitentur prædicta omnia, vt post alios concludit Mascard. in verb. nouatio. in fine. Et applicando ad materiam excussionis, de qua agimus, infertur, quod si ego non eram debitor Titij in aliquo, promisi

misi tibi id quod ipse debet, ipse non est liberatus, quia non est in-
15 ducta nouatio, † sed ego, qui promisi sum in isto casu tanquam fideiussor, & consequenter competet mihi beneficium excussionis, ita tradit, & dicit notabile, & quotidianum in practica Ang. in l. sciendũ, de ædilit. edict. commendat pro val de singulari, & quotidiano in practica Ias. in l. singularia, pluribus in locis num. 35. 38. & 39.

Ex qua decisione colliguntur multa in practica vtilia, & quotidiana. Primum est, quod verbum,
16 † promitto, positum in scriptura priuata importat stipulationẽ, vnde frequẽter fiunt scripturæ, in quibus aliquis fatetur recepisse a tali tot, quæ reddere promisit, &c. nam talis apoca præsumitur facta inter presentes, & importat stipulationem: commendat latè idem Ang. & post eum Castrens. in l. Titia, §. item respondit il secondo de verb. obligat. vbi Ang. refert fuisse lucratum multos florenos, vbi Ias. num. ** 3. dicit hanc esse communem ** opinionem, & esse casum frequentissimum, & quotidie occurrere est casus ponderabilis, quod inducatur præsentia, quia sepe apodissæ fiunt in camera omnibus remotis, postea exeundo de domo consignãtur creditori dixi superius, dum de præsentia tractaui, ibi videre placeat. secundum quod colligitur,
17 quod iste in apoca sic scribens † non est principalis, sed fideiussor, quando non erat debitor delegantis, & dicit Ang. hoc esse valde notabile, & singulare: in practica casus iste quotidie occurrit, inuenio creditorem. *Di gratia non molestare il tale, perche te li darò io*; Nam aut iste promittens pro alio est debitor & est delegatio, aut non est debitor & est vti fideiussor, & consequenter ex hoc non est liberatus principalis debitor.

Secũda est nouationis coniectura si contractus non sint ad inuicẽ compatibiles, quia vltima derogãt primis quando inuicem non compatiuntur, & consequenter est facta
18 nouatio. † Bart. ita declarans in l. fina. numero primo, versi. vt quando forte, ff. de nouat. per l penulti. de prætor. stipulat. & consi. 318. columna secunda, versic. respondeo, libro primo. Dec. in l. pacta nouissima, numero primo. C. de pact. consilio 400. columna fina. versi. quarto respondetur, consil. 464. numero quarto, cons. 564. num. 15. Ronchegall. de duob. reis l. 3. in principio, num. decimonono, Cagnol. in l. singularia, num. 102. si cert pet. per l. pacta nouissima, C. de pact. Hinc postea infertur quod per tran
19 sactionem † receditur a prima obligatione, quando se non compatitur cum prima. Bald. in rubric. extra de transact. numero octauo, dicens fuisse in facto cum Rege Vngariæ, & inde natam guerram horribilem, & pessimam. Gozadin. consil. vigesimooctauo, numero nono, versiculo secundo, considero, vbi non licet venire contra transactionem, & redire ad primæuam obligationem sequuto implemento, & parte eam non opponente, Dec. consilio 400. columna finali, Ronchegall. ad l. tertiam, num. decimo nono, de duobus reis.

Infertur secundo quod cum mu
20 tuum, † & depositum sint contractus

Dec. in lege fin. numero vigesimo quarto, ff. si cert. petat. Ioann. Lup. in capitulo per vestras, §. trigesimo quarto, in fine. Contrarium tenet idem Bal. in addit. ad Specul. in titulo de arbitr. §. fin. in vltim add. Aretin. consilio 126. Socin. consilio vigesimoquarto, colum. final. Felin. in capitulo primo, colum. 19. de const. Curt. iun. in l. bona fides, ff de arbi. Caccialup. de arbitr. quæstione sexaginta.

Declara, & concilia, vt dixi superius, quæstione trigesimatertia, alio etiam modo coram arbitratore posset dici, vt videat quo tempore opponatur talis exceptio, aut ante litem contestatam, aut post, aut ante, & post, primo casu reijcienda est per arbitratorem, quia opponitur in vim dilatoriæ, † & dicitur de apicibus iuris, secundo, & tertio casu est effecta peremptoria respiciẽs æquitatem, & merum interesse partis, et tunc per arbitratorem admittenda est, ita Blanch. in tract. de compromiss. inter coniunctos, quæst. prima, in verb. æquius, numero 47. & 48. & sic secundum diuersa tempora talis exceptio admittitur, & reijcitur, &c.

2

QVAESTIO L.

QVID si causa vel per rescriptum, vel ex forma statuti veniat cognoscenda sola facti veritate inspecta, possit opponi exceptio excussionis, posui superius quæstione trigesimatertia, circa medium, vbi videre placeat.

QVÆSTIO LI.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excussionis, quod non possit opponi de iure Canonico, & assignatur ratio.*

2 *Ius Canonicum, & æquitas naturalis à pari procedunt.*

3 *Clericus, nec eius fideiussor habent beneficium excussionis.*

1 QVÆRO an exceptio excussionis † possit opponi de iure Canonico? Ias. in §. itẽ si quis in fraudem instit. de act. nu. 78. dicit quod non, licet non benefigat pedem ea ratione, quia de iure Canonico subtilitates iuris reijciũtur, pro quo facit cap. dilecti. de iudic. idem Ias. in l. alienam, colum. 1. versi. tolle bonum simile. C. de procurat. Cassan. in consuetu. Burgun. in rubric. 5. §. secunda, versi. ex hoc. Grat. respons. 37. numero 25. volu. primo, respon. 87. num. 25. volum. secundo, inferens ex hoc, nec in terris ecclesiæ, nec in obligatione clerici locum habere. Ioan. Lup. in ca. per vestras, §. 34. sub num. 4. Duen. regul. 335. limit. 4. Seraphin. de iurament. priuileg. 88. num. 7. Andr. Gail. practicab. obseruat. lib. 2. cap. 27. Rouescal. ad Alexand. consi. 58. in verb. apicibus. volum. 5. ego crederem limitationem veram iuxta distinctionem, & conciliationes traditas in materia dotis, arbitratoris, mercatorum, & similium, cum ius Canonicum sit fundatum in mera æquitate, & ita etiam sentire videtur Seisellus in l. si constante, num. 55. ff. solut. matrimon. ex cap. secundo

do iuncta glos. de fideiussor. & maxi
2 me quia ius Canonicum,† & natura lis æquitas à pari procedunt. Silua. consil. 33. num. secundo, volum. primo. procedere etiam posset si diceretur per opponétem, fiat excussio sumptibus meis, prout dixi superius quæst. 4. post nume. 7. ampliat. declarat. secunda. & sentit Contar. in loco citato. Vnde datur duplex replicatio, oppono de excussione pro meo interesse: item fiat sumptibus meis.
3 Clericus † igitur, nec fideiussor clerici non habet beneficium excussionis, nisi modo prædicto ex Grat. in citatis locis.

QVÆSTIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Excussio quod admittatur contra singularem successorem, quando potest exequi pactum de ingrediendo propria auctoritate.*
2 *Contra numero 2.*
3 *Possessor singularis æquiparatur fideiussori de iudicio sisti, qui non habet beneficium excussionis.*
4 *Clausula constituti, & pactum de ingrediendo æquiparantur contra numero 5.*
6 *Excusio quando non requiratur vbi agitur virtute instrumenti guarentigiati.*
7 *Succeßor singularis potest pro suo interesse de æquitate opponere exceptionem excussionis.*

PVLCHRA est quæstio ad materiam l. creditores. C. de pigno. an in casibus, in quibus potest exequi pactum de ingrediẽdo pro-
1 pria authoritate, contra singularem successorem admittatur † excussio.

Et videbatur dicẽdum quod sic, quia si inspiciamus hypothecam, cuius contemplatione est concessa licẽtia, in ea habet locum excussio, authen. hoc si debitor. C. de piguor. & vidimus superius, & hanc partẽ sentit Calcan. consil. 29. nu. 5. Natt. consil. 398. num. secundo, lib. secundo. Asin. de execut. libro 1. capit. 29. num. 12.

2 Pro Contraria parte multa facere videntur, primo, quia licentia † de ingrediendo, de qua in l. creditores habet executionem paratam, sicut instrumentum guarentigiatum vt not. in d. l. creditores, sed quando agitur forma instrumenti guarentigiati, vel formæ cameræ non requiritur excussio, vt vidimus superius q. 6. & 7. meritò. &c.

3 Secundum, quod fideiussor † de iudicio sisti non habet beneficium excussionis, vt dixi superius q. 19. sed iste singularis possessor æquiparatur fideiussori de iudicio sisti, meritò non habet beneficium excussionis.

4 Tertio quia clausula † constituti, & pactum de ingrediendo æquiparantur, sed in constituto non requiritur excussio, vt dixi superius q. 29. ergo nec in isto casu. Ex his tribus mouetur in hanc opinionẽ Menoch. de adipisc. possess. remed. 5. quæst. 19. num. 144. quarum aliquæ dubiæ vidẽtur, ad illud enim de fideiussore de iudicio sisti Meno. primo loco facit æquiparationem, quam non firmat, & licet, vt ipse præsupponit, licentia de ingrediendo, & decretum iudicis ęquiparentur, tamen non infertur necessario,

ergo fideiussor de iudicio sisti; & iste singularis possessor æquiparantur: pariter non deducit æquiparationem in casu, de quo agitur; & vlterius est in contrarium communis opinio, vt dixi in dict. quæstio. decima.

5 Ad tertium de constituto † videtur diuersa ratio, quia agitur de auocanda possessione ipsiusmet creditoris, vt dixi dicta quæst. 39. quæ ratio specificè considerari non potest in pacto de ingrediẽdo, cum in vno præsupponatur iam facta trãslatio, in casu isto non, & hoc aperte demonstrant verba Bart. in allegatis per Menoch. in l. creditores, numero vndecimo: nam ibi præsupponit Barto. per constitutum esse iam trãslatam possessionem, & pactum de ingrediendo importare recuperationem, seu melius adeptionem possessionis. Vnde constitutum fortius est, nec ab eo licet inferre.

Ad illud dum dicitur, quod quãdo agitur virtute instrumenti guarentigiati non requiritur excussio,

6 † hoc verum contra nominatum in eo, sed contra tertium non nominatum, prout in casu nostro diuersa ratio videtur: vnde vidimus superius, quod si agatur hypothecaria contra tertium requiritur excussio, & sic iuxta qualitatem remedij intentati, prout superius vidimus.

Quare crederem contrariam opinionem veriorem, vt singularis

7 successor † exceptionem excussionis opponere possit, præsertim pro suo interesse, & quatenus æquitatem respiciat.

QVÆSTIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Communitas potest conuenire debitorem etiam ante tempus, propter sui debitoris inopiam, facta excussione.*

2 *Conductores, & emptores impositionum possunt cogi ante tempus pro necessitate communitatis, dimisso eis interusurio medii temporis.*

3 *Pœna imposita petentibus ante tempus non habet locum in communitate, propter continuas necessitates, quas habet.*

CASVS est frequens, vtilis, & practicabilis in l. 1. C. de cõdict. ex lege, vbi propter inopiam debitoris fisci, seu communitatis facta excussione potest communitas

1 † conuenire debitorem debitoris, etiam ante tempus, vbi Bartolus, dicit esse bonam legem, & habere casum singularem. pariter ibi Baldus dicit in ea lege esse casum valde notabilem, inferendo ad casum quotidianum hisce præsertim tem-

2 poribus, vbi conductores, † & emptores gabellarum, datiorum, & aliarum impositionum possunt cogi ante tempus pro necessitate communitatis, dimisso eis interusurio medij temporis, & tota die fieri videmus propter repentinas reipublicæ necessitates, dicens hoc semper menti tenendum, & si vllo vnquam tempore fuit hoc præcipue est, in quo infelices communitates sunt penitus exhaustæ, & dicit insuper ad propositum Bald. quod ibi

ibi fit excussio absque pronuncia, sed sufficit sola probatio. dicit etiã ibi Salicet. quod textus in d.l. 1. est valde notabilis, & quotidie practicatur Bononiæ, sed in hoc Ciuitates omnes sunt Bononiæ, eundem textum reputat singularem, & menti tenendum Ias. in l. in diem, numero quarto, ff. de condict. indeb. Marsil. singul. 355. dicens quotidie in facto euenire. Et sic habetur limita-
3 tio † ad §. hodie, instit. de exceptio. & cap. 1. de plus petition. ut si quis agat, vel petat ante tempus hanc pęnam patitur, vt duplicetur dilatio, & reficiat expensas: nam hoc fallit in communitate propter continuas necessitates, quas habet. Ias. hoc valde commendans in l. pecuniam, col. fi. limit. 2. ff. si cert. pet. Ioseph. de Ludouic. conclusione octaua, limit. 2.

QVÆSTIO LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Excussio fit quando mulier recepto præmio obligat se animo nouandi.*

2 *Recipiens fideiussorem vel debitorem minus idoneum sibi præiudicat, & satis factus præsumitur, & sibi imputet.*

3 *Scientia præsumitur in facto alieno, quando per quirere tenebatur.*

4 *Creditor præsumitur satisfactus, si recipiat delegantem, etiam minus idoneum.*

5 *Mulier intercedens simpliciter pro alio iuuatur velleiano.*

6 *Excussionis exceptio competit intercedenti pro alio accessorie, secus quando intercedit animo nouandi.*

7 *Nouatio non præsumitur nisi probetur, & donec probetur excusio opponi poterit.*

8 *Nouatio probatur per coniecturas, & per quas, num. 9. 10. 11.*

12 *Pactum nudum de iure Canonico producit actionem, & seruit loco stipulationis.*

13 *Pactum sine solemni stipulatione hodie sufficit in terris ecclesiæ ad veram, & propriam delegationem debitoris, in foris ecclesiasticis.*

14 *Delegationis, & nouationis materia est potius fundata in subtilitatibus iuris, quam in rationibus naturalibus, super quo late discurritur.*

15 *Nouatio non dicitur, quãdo quis non debitor promittit pro alio, sed fideiussio, quo casu promittenti competit beneficium excussionis.*

16 *Verbum (promitto) positum in scriptura priuata importat stipulationẽ.*

17 *Subscribens se in apocha non est principalis, sed fideiussor, quando non erat debitor delegantis.*

18 *Nouatio facta dicitur si contractus non sunt ad inuicem compatibiles, quia quando inuicem non compatiuntur, vltima derogant primis. Declaratur numero 23.*

19 *Transactione receditur à prima obligatione, quando se non compatitur cum prima.*

20 *Mutuum, & depositum sunt contractus incompatibiles.*

21 *Nouatio inducitur per cõpromissum sequuto laudo ratificato. Declaratur cum distinctione, num. 22.*

24 *Nouatio non dicitur facta, quando non apparet de cõsensu creditoris.*

25 *Nouatio an per prorogationem termini facta dicatur.*

26 *Nouatio non inducitur, si in secunda obligatione apponantur pignora, vel fideiussores.*

Declaratur, num. 32.

27 *Administrator publicus potest facere conditionem reipublicæ meliorem non deteriorem.*

28 *Carcerati si aufugiãt contra formam conuentionis, quis primo loco sit excutiendus.*

29 *Conductores publici fauore reipublicæ tenentur in solidum.*

30 *Nouatio multipliciter fit.*
Et quædam est voluntaria, quædam necessaria, numero 31.

33 *Nouatio præsumitur quando secundum pactum continet quid diuersum a primo. puta, pro decem quę tibi debeo promitto quindecim.*
Declaratur, num. 34.

35 *Nouatio præsumitur, quando super eodem facto seu debito fiant plures promissiones. Item inducitur per pœnalem stipulationem subsequentem, num. 36.*

37 *Numeratio si pręcedat, stipulatio continenti subsequuta nouat pręcedentem obligationem causatam ex pręcedenti numeratione.*

38 *Excussio non requiritur quando inducitur nouatio.*

39 *Obligatus animo nouandi quando habeat, & non beneficium excussionis, & clarius, num. 40.*

CASVS est etiam notabilis, & singularis, vt fiat excussio,
1 † quando mulier recepto præmio obligat se animo nouandi, vt l antiquæ, §. 1. C. ad velleian. vbi Bald. & Castrens. dicunt esse multa singularia in practica in materia excussionis ob id pro vtilitate practicandi attingam.

Primum est, quia in iure clarum
2 est, quod recipiens fideiussoré, † vel debitorem minus idoneũ, sibi pręiu dicat, & satisfactum præsumitur, & sibi imputet, l. inter causas, §. abesse, ff. mand. vbi Doctores ampliant etiam in dote, l. 3. ff. de fideiuss. Alexand. in l. si cum dotem, §. si mulier, colum. 1. ff. solut. matrimon. & licet doctores distinguant, vt præiudicet si sciuit, secus si ignorauit, vt dicit Bart. in dicta l. 3. quod hæc est communis * opinio, tamẽ in dubio pręsumitur scientia, quia perquirere tenebatur, & in facto etiam alieno
3 scientia † præsumitur quando perquirere tenebatur. Bald. in l. 1. ff. si quis omiss. caus. testamen. Socin. in regul. ignorantia, il secondo, limit. prima, gloss. in regula præsumitur, libro 6. Archidiac. in Cano. proposuisti, colum. penult. distin. 82. Cardin. in Clement. prima, quæstione septima, de consanguinitate, & affinitate. vbi Ancar. columna prima; versicu. sed hic incidenter Abb in cap. innotuit, de elect. Roman. consilio 401. num. 8. Dec. consi. 160. colum 3. versicu. sed his non obstant. Grat. consil. 12 colum. vltima consilio 25. colum. 1. lib. 2. Crauet. consilio 225. num. octauo. Alba consil. 18. numero quarto. Menoc. de præsumpt. lib. 6. præsumptio. 23. num. 66. Addo Dec. in l. qui cum alio, numero decimo, vbi Cagnol. numero 19. de regul. iur. Ias. in l. quod te, numero nono, vbi Dec. numero 17. ff. si cer. pet.

Cum igitur per delegationem præsumatur satisfactus † etiam recipiendo minus idoneum, cur in eo contextu excussa muliere datur regressus contra veterem debitorem? 4

Respondetur ex intentione Bal. quod ibi est propter interuentum mulieris, q̃ cũ se obligauerit ducta ex

ex auaritia,& spe lucri perdit beneficium Velleiani, quãdoque igitur
5 mulier † intercedit simpliciter pro alio,& iuuatur Velleiano toto titulo ad Velleianum,quandoque mulier intercedit pro alio,sed habet in manibus securitatem, puta pignora, tunc nõ iuuatur Velleiano,quia est secura ex pignore, vel alio simili modo, l.si mulieri dederim, ff. ad Velleian.& si soluit non repetit, cũ rem in manibus habeat. Quandoq; intercedit,nec recipit pignus pro securitate sed præmium aliquod pro periculo,tunc non iuuatur Velleiano, quia non intercessit ex fragilitate sexus, sed ex auaritia per iura Codicis,in d.l.antiquæ.§.1.vbi Bal. & Castrens.dicunt esse casum singularem, & non esse alibi, & singularitas consistit in hoc, quod mulier non iuuatur Velleiano,& ea excussa datur regressus contra veterem debitorem, sed si mulier, quæ fragilis est, & naturaliter auara perdit beneficium Velleiani, cum accipit præmium suæ intercessionis, cur alij fideiussores, qui ex præmio intercedunt, beneficia fideiussoribus concessa non amittent?

Secundum est singulare ex eo cõ textu, quia videtur procedi ordine præposterato; nã primo debet excuti principalis,deinde intercessor, vt superius vidimus, & ibi fit contrarium,quia primo excutitur mulier, quæ intercessit, quam principalis debitor, quare distinguendũ videtur, quandoque quis intercedit accessoriè, & tunc competit ex-
6 ceptio excussionis,† quandoq; animo nouandi, & tunc non habet locũ excussio.glo.notab. ab omnibus commendata in authent.de fideiussor.in principio in verb. fideiussorẽ circa medium,in l.stichum,aut pãphilum,§.aliquando in verbo intercesserunt de solut. vbi Bologni.in addit.valde commendat in l.si verò non remunerandi. §.si post.ff.mandat.quam singularem dixit Bald.in l.ob hæc verba, ff. de infamib. Alexand. in l.Iulianus, ff. qui satisdar. cogantur.columna secunda. Ias.consilio 58.colum.secunda, volumine tertio.Bald.in d.l.antiqua,§.primo, in 2.opposit. idem valde commendans in l.in personam,§.primo,numero secundo, ff.de pact. Alexand. consilio trigesimoprimo, columna penult.consilio 33. volumine quarto.Castr.in l.secunda, §.1.ff.de duobus reis. Aufr.ad Tolosan.vigesimo tertio.& 196.Dec.in l.fin.num.27. ff.si cert.petat.Paris.consil.110.nu. 13.& 69. volum.primo. Barbat. in l.5.§.satis acceptic,colum. tertia., versicu.item fallit.de verb.obligat. Duenn.regul.335.limitat. quinta, numero quinto,& hæc est communis opinio.Curt.sen.consil.6. numero 4.

Ex quibus postea infertur corre-
7 larie,quod cum † nouatio non pręsumatur,nisi probetur, quod isto casu etiã excussio opponi poterit, donec nouatio probetur,ita infert Decius in l.fi.nu.27.ff.si cert.pet.

Assumptum autem, quod hodie nouatio non præsumatur, nisi probetur ad l.fin.C.de nouat. Alex.consilio 13. in principio volumine secundo,consil 60. numero secundo, volumine 6.Dec.consi.97.numero 5.Franc. March. decis.412.&528. par.1. Anton. Gabr. de nouat.conclusione prima, Addo Alber.consilio 68.num.quinto,Meno.cons.95.

 nu.35.

numero 35. Rubeconsil. 5. num. 4. Hier. Gabr. consil. 155. num. 17. Ioseph. de Ludouic. conclu. 4. & licet hæc opinio sit controuersa, tamen hodie in practica verior est. Andre. Gail. libro secundo practicab. obseruat. obseruatione 30. numero 3. dicens in Camera Imperiali ita iudicatum, & nec ope exceptionis, Thesaur. decis. 125. numero nono. Hier. de Mont. quæst. 20. Ex quo hodie faciliores esse debemus ad negandam nouationem quam ad eam inducendam. Bartol in l. penul. de prætor. stipulat. Abb. cons. 2. num. 10. Mascar. conc. 1107. in verb. nouatio omissa tanta calculatione, vnde excipias de excussione, & qui allegat nouationem, probet.

Secundo infertur, quod cũ noua
8 tio † probetur per cõiecturas, quod de facili dabitur replicatio non esse locum excussioni, & per coniecturas deducere nouationem, ita in materia excussionis arguit, & practicare docet Cur. sen. consil. 6. nu. 4 vbi in facto proposito concludit exceptionem excussionis excludi probãdo nouationem per coniecturas.

Assumptum verò quod nouatio probetur p cõiecturas, probat Cin. in l. fin. C. de nouat. Imol. in l. delegare, ff. eodem in l. penul. colum. 4. de prætor stipulat. Alex. cons. 73. colum. 1. libro secundo, consil. 72. nu. 22. libro sexto. Afflict. decis. 44. nu. 15. Castren. in l. qui vsumfructum, colum. tertia. versi. & per prædictã opinionem de verb. obligat. Purpurat. in l. certi condictio, §. si nũmos, colum. 10. versiculo secundo infertur, ff. si cer. pet. Dec. consil. 400. col. fin. Soc. cons. 21. col. 1. vol. 1. Bolog cons. 59 col. 2. Lofred. cons. 24. col. 4. Paris. cons. 107. col. 2. vol. 3. Barb. cons. 86. col. 7. & 8. vol. 4. Ant. Gab. de nouat. conclu. 1. nu. 57.

Addo Vincen. Franc. decis. Neap. 15. in fine. Menoch. consilio quinto, numero duodecimo, consilio nonagesimoquinto, numero trigesimosexto, de præsump. libro tertio, præsumpt. 135. numero trigesimosexto. Alba cons. sexagesimooctauo, numero 5.

Quibus omnibus adde quod hæc est communis † opinio. decis. Pedemon. 142. numero vndecimo. Hier. de Mont. quæstione vigesima, numero 1.

Cõiecturæ autem multæ sunt, ex
9 quibus etiam hodie nouatio † inducitur, quarum aliquas inserã, quia materia est intricata, & ita à Doctoribus reputatur, & si poterimus colligere an sit nouatio, non erit locus excussioni.

Prima igitur coniectura est, per delegationem etiam non debitoris
10 inducitur nouatio. † Afflict. decisione 353. numero quarto, vbi ex mente Aretin. consil. quinto dicit hanc esse communem opinionem, & ita de consuetudine seruari, sequitur sicco pede Menoch. de præsumptione, libro tertio, præsumpt. 134. numero 38. de quo miror, qui materiam indigestam in hoc casu protulerit, cum aliàs se copiosum profiteatur, quæ conclusio vera est in
11 delegatione proprie sumpta, † ad quam multa sunt requisita, & vno deficiente non erit proprie, nec verè delegatio, & consequenter non erit facta nouatio, & poterit apponi exceptio excussionis, ad l. delegare, la prima, & secunda, ff. de nouat.

Pri-

Primùm igitur requisitum est debitum, & hoc duplici modo: primo, quod ego sim debitor, puta Titij, item quod delegandus per me sit debitor meus, alias non est propriè delegatio, sed largo modo, prout si deficiat quod ille, cui fit delegatio, non sit creditor. Secundum requisitum, mandatum, vel iussio delegantis. Tertium requisitum stipulatio inter creditorem, & delegatum. Quartum acceptatio creditoris. Quintum promissio, non solutio: vnde si debitor delegandus nō promitteret per stipulationem, sed realiter solueret, non esset verè, & propriè delegatio, ita tradunt Bart. & Castr. in l. delegare, la prima, ff. de nouat. Ias. in l. singularia, num. 36. vbi Dec. nu. vigesimoseptimo, ff. si cert. pet. Alexan. in l. qui vsum fructum, columna prima, in fine, de verborum obligatio. Castrens. in l. quamuis, §. si mulier, ff. ad velleian. Ang. in l. fina. C. de nouat. Alexand. consilio decimo, columna secunda, volumine 2. consilio 173. columna 2. versicul. ex hoc etiam, volumine septimo. Socin. consilio 267. columna penultima, versiculo præterea. Barbat. consi. decimonono, columna penultim. consil. 37. numero 6. volum. 1. Alexand. in l. si me & Titium. ff. si cert. petat. Lofred. consil. 18. colum. fi. Ruin. consi. 109. col. 2. ** & hæc est magis communis ** opinio. Purpurat. in d. l. singularia, col. 2. Anton. Gabr. de nouat. conclu. 1. num. 19. Alba consi. 1. num. 10. Rebuff. de liter. obligator. artic. 1. glos. 9. Mascard. conclu. nouatio, nu. 3. 4. & 5. Vrsill. ad Afflict. 353. Cagnol. in d. l. singularia, num. 174. Ronchegall. de duob. reis, l. 3. in princi. nu. 52. & 53. Mannell. consilio 20. numero decimo. Soarez. litera H, nu. 53. Rot. Genuens. 2. num. 20. vbi addit casum, si dico promitto loco Titij, erit nouatio.

Prædicta non procedunt de iure canonico, secundum quod nudum
12 pactum † producit actionem & seruit loco stipulationis, vt per Ias. in l. singularia, num. 27. ff. si cer. pet. vnde in terris ecclesiæ, in quibus seruatur ius canonicum, & in foro episcopali nouatio erit facta per viā delegationis etiam non interueniēte stipulatione. Verum Hieron. Gabriel consilio 155. num. 13. contrarium sentire videtur considerando in materia pacti nudi duos casus, aut loquimur quoad nouationem in se, an possit fieri pacto nudo, & tunc potuit iure antiquo, nec prohibetur per l. fin. C. de nouat. si expresse agatur, non autem tacitè, si verò loquimur quoad formam substantialem delegationis in se, & tunc requirit stipulationem, quæ est anima delegationis.

Sed ista ratio ni fallor admodum nō concludit: licet enim pro substātia, & forma delegationis antiqui I. C. & legislatores introduxerint stipulationem, ius canonicum meræ veritati innitens, & simplicē consensum respiciens, remouit istā verborum solemnitatē, subrogando in eius locum pactum nudum, quare crederem hodie ad veram, & propriam delegationem sufficere pa-
13 ctum † sine stipulatione solemni in terris ecclesiæ, in foris ecclesiasticis, & vbi ius canonicum seruatur.

Et prudēter dixit Cagnol. ad l. singularia in addit. Paduana, num. 35.
14 quod hæc materia delegationis, † & noua-

nouationis est potius fundata in subtilitatibus iuris, quam in rationibus naturalibus, & videntur potius I.C. in hoc profiteri literas grãmaticales, quam legales: distinguũt enim Ciceroniani inter gaudere, & gratulari, inter inuenire, & reperire, sic de singulis discurrendo, sic in materia propriæ, & verę delegationis facere videntur I. C. sed ius canonicum, quod merum factum, & medullam veritatis inspicit, dicit quid ad me an sit stipulatio, vel nõ, dummodo adsit verus cõsensus partium? & profectò si percurras totã materiam delegationis, quid inuenies, nisi meras subtilitates, vult debitorem, de hoc non contentatur, vult vt promittat creditori, vt debitor, & si ego volo me obligare pro te, licet non sim debitor tuus, cur in hoc destruitur substãtia proprię delegationis? volunt I. C. pactum simplex sufficere inter delegantem, & delegatum, vt in l. delegare, de nouat. cur hæc diuersitas, vt cum creditore concurrat stipulatio? volunt vt non sufficiat delegatum esse debitorem, nisi in stipulatione exprimatur, vt faciat vti debitor; si enim verè sum debitor, est ne verisimile, vt patiar me delegari nisi vt debitorem? ad tollendum multiplicationem obligationum, volunt insuper, vt interueniat mandatum, vel iussio, quid ad substantiam hoc, cum attendatur, vt consulatur delegãti, & delegatario? quid requiritur, quod operetur mandatum, dummodo ego delegatus promittam, & tu creditor acceptes, & facias melius cautum? reijciuntur per Imperatorem constitutiones, & placita tot iurisconsultorum, & antiquorum iuris prudentum subtilitates, cur per ius canonicum non poterit præsumi reiecta subtilitas stipulationis, vt eundem effectum operetur in delegatione pactum nudum, quod stipulatio ipsa solemnis? & sequendo communes traditiones infertur, quod si dico campsori, vel mercatori, vt soluat pro me Titio meo creditori tot, si deficiat aliquod requisitum ad delegationem, puta quod campsor sit debitor mei delegantis, vel non interuenerit stipulatio, tunc debitor delegans non est liberatus, & hæc

* est communis * opinio, de qua per Cagnol. post alios ad l. singularia in additione Paduana 36. quia nõ est nouatio per viam delegationis, cum deficiãt requisita, nec alias est nouatio, nisi aliter per coniecturas appareat, dicit tamen Fulgos. in l. delegare, quod de consuetudine mercatorum seruatur, quod etiam si delegatus non sit debitor, sit propriè delegatio, accedente stipulatione, & dicit Aretin. consilio quinto, quod hæc est communis * opi- *

nio, quam sequi videtur Afflict. decisio. 144. numero quarto, tamen ibi Vrsill. columna tertia, numero sexto, dicit quod hodie contraria est communis opinio, & cum hac residere videntur ferè omnes in l. singularia.

In curia tamen mercatorum cõcurrerem cum consuetudine Raphaellis, & opinione Aret. cum in ea limitentur prædicta omnia, vt post alios concludit Mascard. in verb. nouatio, in fine. Et applicando ad materiam excussionis, de qua agimus, infertur, quod si ego non eram debitor Titij in aliquo, promisi

misi tibi id quod ipse debet, ipse non est liberatus, quia non est in-
15 ducta nouatio, † sed ego, qui promisi sum in isto casu tanquam fideiussor, & consequenter competet mihi beneficium excussionis, ita tradit, & dicit notabile, & quotidianum in practica Ang. in l. sciendũ, de ædilit. edict. commendat pro valde singulari, & quotidiano in practica Ias. in l. singularia, pluribus in locis num. 35. 38. & 39.

Ex qua decisione colliguntur multa in practica vtilia, & quotidiana. Primum est, quod verbum,
16 † promitto, positum in scriptura priuata importat stipulationẽ, vnde frequẽter fiunt scripturæ, in quibus aliquis fatetur recepisse a tali tot, quæ reddere promisit, &c. nam talis apoca præsumitur facta inter præsentes, & importat stipulationem: commendat latè idem Ang. & post eum Castrens. in l. Titia, §. item respondit il secondo de verb. obligat. vbi Ang. refert fuisse lucratum multos florenos, vbi Ias. num. ** 3. dicit hanc esse communem ** opinionem, & esse casum frequentissimum, & quotidie occurrere. est casus ponderabilis, quod inducatur præsentia. quia sępe apodissæ fiunt in camera omnibus remotis, postea exeundo de domo consignã tur creditori dixi superius, dum de præsentia tractaui, ibi videre placeat. secundum quod colligitur,
17 quod iste in apoca sic scribens † non est principalis, sed fideiussor, quando non erat debitor delegantis, & dicit Ang. hoc esse valde notabile, & singulare: in practica casus iste quotidie occurrit, inuenio creditorem. *Di gratia non molestare il tale, perche te li darò io*; Nam aut iste promittens pro alio est debitor & est delegatio, aut non est debitor & est vti fideiussor, & consequenter ex hoc non est liberatus principalis debitor.

Secũda est nouationis coniectura si contractus non fint ad inuicẽ compatibiles, quia vltima derogãt primis quando inuicem non compatiuntur, & consequenter est facta
18 nouatio. † Bart. ita declarans in l. fina. numero primo, versi. vt quando forte. ff. de nouat. per l penulti. de prætor. stipulat. & consi. 318. columna secunda, versic. respondeo, libro primo. Dec. in l. pacta nouissima, numero primo. C. de pact. consilio 400. columna fina. versi. quarto respondetur, consil. 464. numero quarto, cons. 564. num. 15. Ronchegall. de duob. reis l. 3. in principio, num. decimonono, Cagnol. in l. singularia, num. 102. si cert pet. per l. pacta nouissima, C. de pact. Hinc postea infertur quod per tran
19 sactionem † receditur a prima obligatione, quando se non compatitur cum prima. Bald. in rubric. extra de transact. numero octauo, dicens fuisse in facto cum Rege Vngariæ, & inde natam guerram horribilem, & pessimam. Gozadin. consil. vigesimooctauo, numero nono, versiculo secundo, considero, vbi non licet venire contra transactionem, & redire ad primæuam obligationem sequuto implemento, & parte eam non opponente, Dec. consilio 400. columna finali. Ronchegall. ad l. tertiam, num. decimo nono, de duobus reis.

Infertur secundo quod cum mu
20 tuum, † & depositum sint contractus

tractus incompatibiles, cum ex vno, puta mutuo transferatur dominium, ex alio, puta deposito non transferatur, quod ex mutuo in depositum dicitur facta nouatio. Bal. consilio 123. col. 2. lib. 2.

Infertur tertio, quod per compromissum sequuto laudo ratificato inducitur nouatio † Ang. consi
21 lio trigesimoprimo, columna penultima, inferens notabiliter quod hæres cum beneficio l. & inuentarij compromittens poterit ex laudo subsequuto conueniri insolidũ non habita ratione, quod confecerit inuentarium, quia ex compromisso est facta nouatio, & non est in hoc amplius vti hęres cum beneficio. sequitur Aret. consilio 147. colum. penult. Bologni. consi. 59. columna 2. Socin. consilio 88. colum. 3. versicu. sed contra libro 3. Dec. consilio 200. num. octauo, consilio 400. columna prima, vbi Angeli consilium vti notabile commẽdat. Contrarium tenet Speculat. in tit. de arbitris, §. sequitur. versicu. item quæro. Ias. consilio 168. colum. septima, versic. ad hoc ponatur libro quarto, Duran. de arte testand. titu. de acquir. hæredita. cautel. 9. dicens quod erit nouatio cumulatiua, nõ extinctiua obligationis. Monticul. de inuentar. hęred. fol. 110. num. 7. vbi Ang. consil. nimis rigorosum appellat.

Vnde cautela est, vt in compromisso apponatur citra nouationẽ, & saluo iure inuentarij. idem tenere videtur Ronchegall. de duobus reis l. 3. num. decimonono, Menoch. de pręsumpt. lib. 3. præsump. 134. num. 44.

Ego desidero circa hoc notabile Angeli consilium meam proferre
22 opinionem, quæ fundatur in † l. cũ hæreditas, ff. ad Trebellian. vbi secũdum Castrens. & Alexand. est casus valde notabilis, & singularis, & iuxta ibi tradita distinguẽdi sunt duo casus, quandoque compromissum prouenit a defuncto, & est quid hæreditarium, quia originem trahit a defuncto, quandoque compromissum incipit ab hærede ratione administrationis per eum factę ante restitutam hæreditatem, & tunc non est quid hæreditarium, quia defunctus non inchoauit, sed hæres. si igitur fideicommissarius post hæreditatem restitutam conficiet inuentarium, proderit sibi etiam compromittẽdo in bonis, & actionibus inchoatis per defunctum, non cum hærede directo, quia facit administratorio nomine hæreditatis delatæ. vnde cum vtiliter gesserit bona hæreditaria, & gerere potuerit, debet absolutè conseruari indemnis, & iste est verus sensus d. l. cum hæreditas, la prima, vnde dicebat ibi Barto. in facto consuluisse in ciuitate Eugubij, quod hæres cedens iura nõ intelligitur cessisse ea, quę sunt inchoata per eum postquam hæreditatem adiuit nisi in cessione apponatur ista clausula prægnans, scilicet vti hæres, & occasione hæreditatis compromissum dicitur factum per hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, nõ præiudicat nisi respectu eorũ, quę gesta sunt per hæredem directum occasione hæreditatis, & ita restringitur consi. Ang. iuxta l. quam allegat.

23 Declaratur hęc coniectura † quãdo secũdus actus esset validus, secus si esset nullus, quia nõ induceretur nouatio,

nouatio, nec dicitur recessum a primo actu, vel contractu Alexander consi. 193. num. 4. lib. 6 comprobat Purpurat. in l. pacta nouissima, num. 14 C. de pact.

Declaratur secundo, vt non procedat quando non apparet de consensu creditoris, quia tunc non di-
24 citur facta nouatio, † prout in mercatore, qui literas debitoris sui nõ refert in libro magistrali, sed in aliquibus scartafacijs. Menoch. consi. 296. nu. 26. lib. 3. est casus frequẽs, & de facili cõtingere potest, videre in quo loco, & in qua consideratione sint literæ debitoris apud creditoré, & ex hoc arguitur eius volũtas.

Declaratur tertio vltra Menoch. quando sumus circa idem, secus si circa diuersa. Pute. decis. 290. parte secunda.

Sed pulchra hic oritur quæstio respiciens materiam nouationis, & excussionis, de qua principaliter agimus, & tota die in facto occurrit, an per prorogationem sit facta
25 nouatio, † nam si est facta, liberantur fideiussores, & pignora, alias nõ, & Rot. in facti contingentia ponit casum in materia excussionis, decis. 859. in antiquis factum fuit deposi tum penes campsorem aperto depo sito, non clauso, qui dedit fideiussorem de illos restituendo post annũ, & cũ vellent recuperare, campsor rogauit me, vt dimitterem pro alijs tribus mensibus, quibus elapsis cã psore excusso, & reperto non soluẽdo ago contra fideiussorem, qui excipit de liberatione per prorogationem, per quam dicitur facta nouatio, posui in tract. locat. & conduct. part. 5. tit. de obligat. q. 6. Illud addam, quod in præsenti casu non inducitur nouatio etiam ope exceptionis, sed interim debitor molestari non potest non ex vi nouationis, sed ipsius factę prorogationis Alexand. consi. 73. col. 3. vol 6. Imol. in l. pen. col. 3. versic. item aduerte de prætor stipulat. dicit veriorem Mascard. in verb. nouatio, num. 11. vers. sic. sed hodie. Andr. Gail. practicab. obseruat. lib. 2. obseruat. 30. num. 3. attestans in camera Imperiali ita iudicatum. Thesaur. decis. 125. nu. 9. quicquid in contrarium attestetur Ioseph de Ludouic. concl. 4. limitat. 2.

Quarta coniectura, sed negati-
26 ua, nouatio † non inducitur, si in secunda obligatione apponantur pignora, vel fideiussores. Bald. consilio 266. libro primo. Iason in l. qui bis idem numero 4. de verbo. obligatione. Rebuff. de liter. obligat. artic. primo, gloss. nona, numero 22. vnde per fideiussores secundo datos non liberantur primi. Afflict. in constit. humanitat. columna quarta, numero 14. & in practica notabile est allegatum, consilio Bald. in hoc præcipuo tempore; nam loquitur de venditione datij carcerum, quod hodie in terris Ecclesiæ in vsu est, potest etiam super eo consilio considerari, quia non fit nouatio, cum deficiat auctoritas ex parte stipulantis; namque
27 administrator † potest facere conditionem Reipublicæ meliorem, non deteriorem, l. non abstulit. C. de nouat. l. præses. C. de transact. l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam.

Sed non excundo materiam excussionis, de qua agimus, quæri po
28 test, si carcerati † aufugiunt con-

tractus incompatibiles, cum ex vno, puta mutuo transferatur dominium, ex alio, puta deposito non transferatur, quod ex mutuo in depositum dicitur facta nouatio. Bal. consilio 123. col. 2. lib. 2.

Infertur tertio, quod per compromissum sequuto laudo ratificato inducitur nouatio † Ang. consilio trigesimoprimo, columna penultima, inferens notabiliter quod hæres cum beneficio l. & inuentarij compromittens poterit ex laudo subsequuto conueniri insolidū non habita ratione, quod confecerit inuentarium, quia ex compromisso est facta nouatio, & non est in hoc amplius vti hęres cum beneficio. sequitur Aret. consilio 147. colum. penult. Bologni. consi. 59. columna 2. Socin. consilio 88. colum. 3. versicu. sed contra libro 3. Dec. consilio 200. num. octauo, consilio 400. columna prima, vbi Angeli consilium vti notabile commēdat. Contrarium tenet Speculat. in tit. de arbitris, §. sequitur. versicu. item quæro. Ias. consilio 168. colum. septima, versic. ad hoc ponatur libro quarto, Duran. de arte testand. titu. de acquir. hæredita. cautel. 9. dicens quod erit nouatio cumulatiua, nō extinctiua obligationis. Monticul. de inuentar. hęred. fol. 110. num. 7. vbi Ang. consil. nimis rigorosum appellat.

21

Vnde cautela est, vt in compromisso apponatur citra nouationē, & saluo iure inuentarij. idem tenere videtur Ronchegall. de duobus reis l. 3. num. decimonono, Menoch. de pręsumpt. lib. 3. præsump. 134. num. 44.

Ego desidero circa hoc notabile Angeli consilium meam proferre
22 opinionem, quæ fundatur in † l. cū hæreditas, ff. ad Trebellian. vbi secūdum Castrens. & Alexand. est casus valde notabilis, & singularis, & iuxta ibi tradita distinguēdi sunt duo casus, quandoque compromissum prouenit a defuncto, & est quid hæreditarium, quia originem trahit a defuncto, quandoque compromissum incipit ab hærede ratione administrationis per eum factę ante restitutam hæreditatem, & tunc non est quid hæreditarium, quia defunctus non inchoauit, sed hæres. si igitur fideicommissarius post hæreditatem restitutam conficiet inuentarium, proderit sibi etiam compromittēdo in bonis, & actionibus inchoatis per defunctum, non cum hærede directo, quia facit administratorio nomine hæreditatis delatæ. vnde cum vtiliter gesserit bona hæreditaria, & gerere potuerit, debet absolutè conseruari indemnis, & iste est verus sensus d. l. cum hæreditas, la prima, vnde dicebat ibi Barto. in facto consuluisse in ciuitate Eugubij, quod hæres cedens iura nō intelligitur cessisse ea, quę sunt inchoata per eum postquam hæreditatem adiuit nisi in cessione apponatur ista clausula prægnans, scilicet vti hæres, & occasione hæreditatis compromissum dicitur factum per hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, nō præiudicat nisi respectu eorū, quę gesta sunt per hæredem directum occasione hæreditatis, & ita restringitur consi. Ang. iuxta l. quam allegat.

23 Declaratur hęc coniectura † quādo secūdus actus esset validus, secus si esset nullus, quia nō induceretur

nouatio,

nouatio, nec dicitur recessum a primo actu, vel contractu Alexander consi. 193. num. 4. lib. 6 comprobat Purpurat. in l. pacta nouissima, num. 14 C. de pact.

Declaratur secundo, vt non procedat quando non apparet de consensu creditoris, quia tunc non di-
24 citur facta nouatio, † prout in mercatore, qui literas debitoris sui nō refert in libro magistrali, sed in aliquibus scartafacijs. Menoch. consi. 296. nu. 26. lib. 3. est casus frequēs, & de facili cōtingere potest, videre in quo loco, & in qua consideratione sint literæ debitoris apud creditorē, & ex hoc arguit eius volūtas.

Declaratur tertio vltra Menoch. quando sumus circa idem, secus si circa diuersa. Pute. decis. 290. parte secunda.

Sed pulchra hic oritur quæstio respiciens materiam nouationis, & excussionis, de qua principaliter agimus, & tota die in facto occurrit, an per prorogationem sit facta
25 nouatio, † nam si est facta, liberantur fideiussores, & pignora, alias nō, & Rot. in facti contingentia ponit casum in materia excussionis, decis. 859. in antiquis factum fuit deposi tum penes campsorem aperto deposito, non clauso, qui dedit fideiussorem de illos restituendo post annū, & cū vellent recuperare, campsor rogauit me, vt dimitterem pro alijs tribus mensibus, quibus elapsis cāpsore excusso, & reperto non soluēdo ago contra fideiussorem, qui excipit de liberatione per prorogationem, per quam dicitur facta nouatio, posui in tract. locat. & conduct. part. 5. tit. de obligat. q. 6. Illud addam, quod in præsenti casu non inducitur nouatio etiam ope exceptionis, sed interim debitor molestari non potest non ex vi nouationis, sed ipsius factę prorogationis Alexand. consi. 73. col. 3. vol. 6. Imol. in l. pen. col. 3. versic. item aduerte de prætor. stipulat. dicit veriorem Mascard. in verb. nouatio, num. 11. versic. sed hodie. Andr. Gail. practicab. obseruat. lib. 2. obseruat. 30. num. 3. attestans in camera Imperiali ita iudicatum. Thesaur. decis. 125. nu. 9. quicquid in contrarium attestētur Ioseph de Ludouic. concl. 4. limitat. 2.

Quarta coniectura, sed negati-
26 ua, nouatio † non inducitur, si in secunda obligatione apponantur pignora, vel fideiussores. Bald. consilio 266. libro primo. Iason in l. qui bis idem numero 4. de verbo. obligatione. Rebuff. de liter. obligat. artic. primo, gloss. nona, numero 22. vnde per fideiussores secundo datos non liberantur primi. Afflict. in constit. humanitat. columna quarta, numero 14. & in practica notabile est allegatum, consilio Bald. in hoc præcipuo tempore; nam loquitur de venditione datij carcerum, quod hodie in terris Ecclesiæ in vsu est, potest etiam super eo consilio considerari, quia non fit nouatio, cum deficiat auctoritas ex parte stipulantis; namque
27 administrator † potest facere conditionem Reipublicæ meliorem, non deteriorem, l. non abstulit. C. de nouat. l. præses. C. de transact. l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam.

Sed non exeundo materiam excussionis, de qua agimus, quæri po-
28 test, si carcerati † aufugiunt contra

tra formam conuentionis,quis pri
mo loco sit excutiendus, & videba-
tur conueniendus culpabilis, l.vn-
de quæritur,ff.commodat.Contra-
rium est verius,quia omnes conue-
niuntur ex propria prouisione, &
nõ prouisione legali. Vnde ibi Bal.
in eo quotidiano casu videtur senti
re in materia excussionis, aut con-
uenitur quis ex mera dispositione
legali, & primo loco culpabilis est
conueniendus, aut ex propria pro-
uisione, & tũc sint in electione,iux-
ta tamen alias dicta: præsupponit
etiam ibi Bald. quod si est factum
instrumentum cum clausulis præ-
gnantibus,& quam maximę obliga
tionis insolidum,quod isto respectu
sit electio creditoris;sed in hoc for
tasse est subsistendum, quia sumus
29 in publicis conductoribus, † qui fa
uore reipublicæ tenentur insolidũ,
iuxta ea,quę superius diximus,quę
stio.9.& ibi Bal.dat duo consilia of-
ficialibus publicis in exigendo, vt
conueniant,non culpabilem,sed il-
lum,qui est melius soluendo, & ip-
so coacto per eandem viam execu-
tiuam, & reconuentionis cogere il
los, pro quibus sit solutio coram
eodemmet iudice iuxta famosum
textum ad l.vendente.C.vbi caus.fi
scales, ad quam latè quandoque di-
xi in repetit. regul. cum quid part.
1.limitat. 6.num. 8. Addo Marant.
de ordin.iudic.part.4. distinct.6.nu
mero vigesimosexto, secus in fide-
iussore contractus, quia nouus pro
cessus fieri debet.Bald.in l.fi.colum
na 2.C.de execut. rei iudicat. Mar-
sil.de fideiussor. quæst. 52.nu.362.
Roder. Soarez. ad l.fori libro 2.de-
clarat.12. titul. de lo emplazament.
num.vigesimotertio,vbi concludit
quod in fideiussore iudicij agitur
ex eodem processu, secus in fideius
sore contractus.

Si igitur non est locus excussio-
ni si ex aliqua rationabili causa sol-
uat conuentus,& implorando offi-
cium iudicis eadem via executiua
cogat illos, pro quibus soluit ad re-
fundendum precium, & conseruan
dum indemnem iuxta practicam d.
l.cum vendente, & dicta per me ad
regul.cum quid in citato loco, &
sic discurrendo dicitur, quandoque
30 fit nouatio † verè, & propriè extin-
ctiua primæuæ obligationis, quæ-
dam est nouatio cumulatiua prio-
ris obligationis, vt superius dixi de
hærede compromittente, an perdat
beneficium legis,& inuentarij,quæ
dam est simplex prorogatio, quæ
operatur ne quis interim ea pendẽ
te molestetur, vt etiam superius vi-
31 dimus, quædam est nouatio † vo-
luntaria,quædam necessaria,puta si
quis cogitur virtute statuti accipe-
re pro credito tot bona, iuxta Au-
thent.hoc nisi.C.de solut.quędam
est executio mera præcedentis con
tractus,vt latè deducit Bal.hæc duo
vltima consi.318.vol.1.

Declaratur autem hęc quarta cõ
iectura in materia fideiussorum, &
pignorum,vt non procedat in duo-
bus casibus: primus est si in secun-
da obligatione,& appositione fide-
iussorum, & pignorum renouatur
principalis obligatio cum adiectio-
ne nouorum fideiussorum, vel pi-
gnorum. secundus casus est, licet
non renouetur principalis obliga-
tio, sed dentur simpliciter alij fide-
iussores, vel pignora,tamen expres
se adijcitur, vt tales sint loco primo
32 rum,tunc primi fideiussores † sunt

liberati. textus est & ibi no. Castrẽ. in l. si rem, §. omnis, num. quarto. ff. de pignor. act. idem Castrens. in l. quarta, §. si ex conuentione, numero quarto, vbi Alexand. num. octauo, ff. de re iudicat. in l. penultima, sub numero quinto, de pretor. stipula. in conceptione igitur verborum tota vis consistit.

Quinta coniectura est, quod præ
33 sumitur nouatio † quando secundum pactum continet quid diuersum a primo puta pro decem, quæ tibi debeo, promitto quindecim. Bart. in l. item quia, §. fina. in fine, ff. de pact. Alexand. consi. 132. colum. secunda, num. decimoquarto, & 15. volum. 2. consil. 28. colum. 2. libro quinto. Paris. consilio 107. num. vigesimoseptimo, volum. quarto. Lofred. consil. 24. colum. 4. Alexander consi. 2. num. 13. volum. quarto, Socin. consi. 21. volum. 1. num. 3. Cagno in l. singularia, num. 102. si certum petat. Crauet. consi. 168. num. 9. Tobias Nonius, consil. 82. num. 15. Ioseph. de Ludouic. conclus. 4. limitat. 1. Mascard. in verb. nouatio num. vigesimoprimo. Addo quod hæc est communis opinio. Pedem. 142. num. vndecimo. Crot. consilio 167. volum. 2. Gozad. consi. 70. numero 6. Marc. Anguissol. consi. 119. num. 5. latè Brun. de interitu, & peremptione, conclus. 8. limitat. 1. Ioan. Cæphal. consilio 273. num. 3. volum. secundo, consilio 35. num. 52. volumine primo, vbi dicit secundum instrumentum plenius prouidens nouare. Guid. Pap. singula. 997. Simon. de Pret. consilio 58. num. octauo. Borgni. decis. 20. numero tertio, part. prima. Hierony. de Mont. quæst. 20. num. secundo, & diuersitas consideratur in modo, quantitate, vel conditione, vt per Crauet. in citato loco.

34 Declaratur hæc coniectura, † si secunda continet plus, secus si minus, nisi esset minus in tempore. Menoch. de præsumption. lib. 3. præsumptio. 134. num. quinto, nam in tempore siue secunda sit plus, siue minus, semper fit nouatio, sed in re requiritur plus, alias non inducitur nouatio: est communis, & indifferens omnium opinio. Ias. in l. quibus, num. 5. de verb. oblig. Ioseph. conclus. 4. limitat. 2.

Declaratur secundo nisi prima obligatio esset diuersæ qualitatis, & multum priuilegiata, & sic præiudicaretur nouando. Ias. in l. qui vsumfructum, num. 3. limita. 2. de verb. obligat.

Sexta coniectura, quando super eodem facto, seu debito fiant plures promissiones præsumitur nouatio.
35 † Barbat. consi. 86. num. octauo, libro 4. Alba. consi. 68. nu. 5. Pute. decis. 290. in fi. lib. 2.

36 Septima coniectura, nouatio † inducitur, per pœnalem stipulationẽ subsequentem. Bart. in l. ita stipulatus in 9. opposit. vbi Rip. 56. de verbor. obligat. Cyn. in l. pacto quo pœnam in fine. C. de pact. in l. nuda circa finem. C. de contr. emption. Bal. in l. rescriptum. §. si pacto, colum. 2. in 8. opposit. de pact. & hæc est ** magis communis ** opinio. Imol. in d. l. ita stipulatus, columna 9. ver. in glossa. Castrens. in l. si pacto in fine. C. de pact. vbi dicit quod contrarium tenens reprehenditur per omnes. Ias. in l. fin. in fine, ff. si quis in ius vocatus non ierit. Anton. Gabriel. de nouat. num. 69. in fine declarando

clarando decem modis, de quibus per Ripa, in citat. loco.

Octaua præsumptio si præcedat
37 numeratio, stipulatio † incontinẽti subsecuta nouat præcedentẽ obligationem causatam ex præcedenti numeratione. Bart. in l. certi condictio. §. si nummos, colum. 2. vers. secunda conclusio, ff. si cert. petat. & ibi Purpur. colum. 10. vers. quinto ponit casus, & alijs modis præsumitur nouatio, sed hos vti magis practicabiles retulisse sufficiat.

Ad propositum igitur, & principale institutum huius quæstionis
38 redeundo, excussio † non requiritur quando inducitur nouatio, enumerauimus casus multos, in quibus nouatio inducitur ad vtiliorẽ cognitionem præsentis quęstionis, & quia nouationis materia est difficilis, & multum practicabilis.

Declaratur principalis conclu-
39 sio, vt obligatus † animo nouandi non habeat beneficium excussionis vt procedat in nouatione, quæ non fit in eodem instrumẽto, sed successiuè ad primum, & hęc est propria natura nouationis; secus in eodem instrumento, vti principales, & insolidum, quia tunc non est nouatio sed duo rei debendi & habet locum beneficium de duobus reis: ita notabiliter declarat Cyn. in Auth. præsente. C. de fideiussor. Bal. & Salice. in l. dictantibus, circà medium. C. de testamen. Bald. in l. executorem, colum. 5. versi. sed statim, quęro. C. de execu. rei iud. & hæc declaratio non habet contradictorem. Alexã. consilio trigesimosecundo, volum. quarto, Ias. consilio 58. colum. 2. volumine 3. dicens esse notabilem declarationem in practica ad singularem gloss. in Authent. de fideiusso. in princip. in verb. fideiussorem circa medium, dùm de nouante loquitur, & alias glossas, in quibus in principio huius quęstionis.

In nouante igitur cessat benefi-
40 cium excussionis, † & beneficium de duobus reis in primo, qui absolutè obligauit, non respectu alterius, nisi promisisset dare aliũ promissorem, quo casu habet locum beneficium de duobus reis, ita pulchrè dictas glossas vti singulares, & notabiles; declarando in l. antiquę, §. sed si minus, in fine. C. ad velleian. vbi hoc in practica exclamat, & commendat, & iste nouando habet alias exceptiones in rem scriptas, competentes principali, idem Bald. in l. personam, §. primo, num. secundo, ff. de pact. & sic habetur declaratio vtilis in materia nouationis, & excussionis, & ad gloss. solemnem superius allegatam, & quotidie in ore omnium versatur, quæ sic notabiliter venit declaranda.

QVAESTIO LV.

SVMMARIVM.

1 *Excussio quomodo locum habeat respectu hæredis, & qualiter fiat numero 2.*

3 *Hæreditas iacens patitur primum decretum non secundum.*

4 *Hęres qui adiuit cum beneficio inuentarij est tutus excussione circa vires hæreditarias, secus si non fecit inuentarium, num. 5.*

6 *Hæreditas quę inuenit hæredem prȩsumitur soluendo.*

7 *Lex prȩsumit quod hȩres occultauerit*

uerit bona hęreditaria, vnde hęres fingitur soluere de hęreditate, non de proprio patrimonio.

8 *Hęres vnus ex pluribus possidens rem hypothecatam, conuentus hypothecaria non habet beneficium excussionis contra alios cohęredes, sed insolidum conueniri poterit.*

1 QVÆRO quomodo habeat locum excussio † respectu hæredis, ponam aliquas conclusiones ex Alexã consil. 100. num 4. volum. 5.

Prima sit conclusio, cum agitur contra hæreditatem iacentem, ha-
2 bet locum excussio,† vnde debet dari curator hęreditati iacenti, contra quam actione personali deuenietur ad diffinitiuam sententiam, & hoc, excusso contra tertios possessores. & in specie hoc tenet Iacob. de Beluis. in Auth. de fideiussor. §. sed neque. quæstio. 6. Bald. in l. persecutione. C. de pignor. Soc. consilio vigesimoquarto, columna septima, volumine primo. Paris. consi. 50. columna quinta, volumine primo, nam
3 contra hæreditatem iacentem † non potest deueniri ad secundum decretum, nisi dato curatore, licet ad primum deueniri possit sine alio decreto curatoris, lege si bona, & ibi Bar. C. de bon. auctorit. iudic. possidend. in l. cum debitores, & ibi Bald. C. de iudic. l. si diu, & ibi Barto. ff. ex quibus caus. in possessionem eatur, in l. si quis instituatur, vbi Barto. ff. de hęred. instituend. Bald. in rubric. C. de successor. edict. Ang. & Imol. in l. si seruus hæreditarius, ff. de stipulat. seruorum. Bal. in l. 1. in princip. de testam. manumiss. Bar. in l. is cui, §. cessatum, ff. vt in posses. legatorũ, bene Alexand. in l. 3. §. prætor ait, num. 24 de damn. infect. in l. ad diẽ num. 4. de verborum obligat. est bonus textus in l. debitor, & ibi Bald. & Castrens. ff. de negoc. gest. Borgni. de tutor. num. 110. & de vsufruct. mulier. num. 224. & debent citari possessores extranei, saltem per proclama. Stepha. de Baber. nu. 106. vol. 1. vltimarum voluntatũ.

4 Secunda sit conclusio, si hæres † cum beneficio inuentarij adiuit, est tutus excussione circa vires hæreditarias, ita Alexan. in citato loco, vide tamen in hoc Monticulum, de inuentar. in principio, num. 45. fol. 12. vbi aliter sentire videtur.

5 Tertia sit conclusio, si hæres † inuentarium non confecit, renetur vltra vires hęreditarias, & consequenter excutienda sunt nedum bona defuncti, sed ipsiusmet hæredis. ita Alexan. in allegato consilio 100. numero quinto, volumine quinto.

Et ratio duplex est ad propositum materię excussionis, de qua agi-
6 mus Prima est ratio, quia illa hæreditas † pręsumitur soluendo, quę inuenit hęredem, l. libertus, qui soluendo, ff. de bon. liber. nec refert an sit vnicus, vel habeat cohæredem, l. vnica. §. cum igitur. C. de iur. delibe rand. an sit institutus, vel substitutus, l. in ratione, §. quod vulgò, ff. ad l. Falcid. an sit extraneus, vel suus, gloss. & Alexand. in l. in duplicibus, ff. ad l Falcid. Cæphal. consilio 188. libro secundo, an sit masculus, vel fœmina, locuples, vel pauper maior, vel minor, & cuiuscunque alterius conditionis, §. penult. in Authent. de hæred. & Falcidia, l. more, de acquiren. hæredita. in qua Bald. & Imol. dicunt vnum singu-

lare, quod hæres etiam conficiens inuentarium tenetur ipso iure vltra vires hereditarias, sed inuentarium impedit executionem, quod meo iudicio summopere notādum est. altera ratio est, quod lex præsu-
7 mit quod hæres † occultauerit res hereditarias, §. hinc nobis, Auth. de heredibus, & falcidia. Doctor. in l. fin. §. & si præfatam. C. de iur. delibe rand. Cuman. consi. 30. columna secunda, consi. 73. colum. septima. Afflict. decis. 44 num. 33. Bald. in l. filium quem habentem, colum. 12. C. fami. erciscund. vnde fingitur soluere de hæreditate, non de proprio patrimonio. Bart. in l. in ratione, §. quod vulgo, ff. ad l. Falcid. vbi Alexand. columna nona, versi. in ea glossa dicit hanc esse communem opinionem. Roland. de inuenta. par. 5. in prin. fo. 166. Pedem. 179. nu. 13.

Tertia sit conclusio, in materia hæredis, si vnus ex pluribus heredi
8 bus † possidet rem hypothecatam, & conueniatur hypothecaria, non habet beneficium excussionis contra alios cohæredes, sed insolidum conueniri poterit, vt dicam latius in sequenti quæstione, vbi videre placeat, & est casus valde solemnis, & singularis.

QVAESTIO LVI.

SVMMARIVM.

1 *Obligatis pluribus, si vnus possidet rem hypothecatam, conuentus à creditore actione hypothecaria, an possit opponere exceptionem excussionis, an quilibet teneatur pro rata.*
Contrarium numero 2.
Distinguitur numero 3. & 4.
Limitatur numero 6.
5 *Indiuiduum fit ratione possessionis, & applicatur, vt ibi.*
7 *Rei vendicatio si concurrat cum actione stricti iuris, dabitur actio contra possessorem solum, etiam in citatione iuris.*
8 *Fundus pensioni obligatus in quemcunque transeat, remanet semper tacite hypothecatus pro pensione.*
Declaratur num. 9.
10 *Actio hypothecaria est mere realis, licet prima facie ratione consensus videatur habere aliquid personalitatis.*

PVLCHRA, vtilis, & quotidiana est quæstio, sunt plures
1 obligati, sed vnus possidet † rem hypothecatam, qui conuenitur a creditore actione hypothecaria, an possit opponere exceptionē excussionis: & videbatur dicendum quemlibet teneri pro rata tantum, l. si tibi homo, §. si fundus, ff. de leg. 1. vbi licet fundus legatus ab vno tantum possidebatur, pro rata tantum tenetur.
2 contrarium ex aduerso † verius videbatur. glos. est notabilis, & singularis in l. mulier, ff. qui potior. in pigno. habeantur, quam ibi Bar. dicit esse notabilem, & singularem in l. si creditor, §. q̄ritur, in fi. ff. de distract. pignor. vbi in fin. verb. hoc pariter commendat. notabilem etiam dicit Bal. in Auth. sed hodie sub num. 1. vers. modo quæro. C. de act. & obli. Roma. consi. 460. Cremens. singul. 193. tu scis. Addo Iason in §. item si quis in fraud. num. 80. limitat. 7. de action. vbi hanc gloss. appellat notabilem, & menti tenendam, & non poni a Doctoribus in locis ordinarijs. Neguf. de pigno. par. 8. mēb. 1. num. decimosexto, limitat. 2. dicens

hoc

hoc perpetuo cordi tenendum.

Ex qua glossa celebri, & notabili colliguntur virtualiter duę conclusiones. Prima est, quod si sunt plu-
3 res debitores † simpliciter, & non in solidum obligati, si conueniuntur personali, pro rata tantum, si reali, & maximè hypothecaria solus possessor insolidum conueniri poterit.

Secunda sit conclusio, idem dicé
4 dum in pluribus hæredibus † vnius debitoris, dum gl. allegat, & fundat intentionem suam in l. 3. §. hęres, ff. cōmoda. & vltra alios ratio est, quia in hærede, dum est possessor, nō cōuenitur, vt hæres, sed vt possessor. ita Ang. in l. si possessor. ff. de rei vēdicat. si igitur vt possessor, & alij nō possident, nec dici possunt possessores, ergo conueniri non possunt hypothecaria: similem, sed magis notabiliter assignat rationem Bal. ad intellectum. d l. 3. §. hæres, ff. commodat. in l. pro hæreditarijs, colu. 3. in princ. versi. 12. vbi Bald. discurrit in eo loco materiam indiuidui, & ponit varios modos, & inter alios di-
5 cit, quod indiuiduum † fit ratione possessionis, cuius ratione tota obligatio discurrit circa ipsam personā ac si esset vti solus hæres, & debitor indiuiduus, & subdens, quod licet primitiua obligatio diuidatur inter hæredes, tamen illi, qui non possident, cū non sint in dolo, vel aliqua culpa, non tenentur, quia dolus, & culpa debet purgari per naturam actus, ille autem, qui possidet non restituēdo, culpam committit, quę respicit totam rem l. dolus, ff. mandat. ergo nimirum si secunda obligatio ipsum possessorem insolidū tenet, quia insolidum peccat, & ista ratio doli, & culpæ respicientis totam rem assignatur in l. si duo, ff. depositi, dixi in tract. deposit. par. 1. titu. de duob. reis, fol. 94. conuenitur igitur solus qui possidendo dicitur in culpa non restituendo, quæ ipsum solum respicit, & sic coniunguntur ambæ rationes. Et licet, vt supra dictum est, illa glo. reputetur singularis, tamen iudicio meo iura sunt multum clara, vltra allegata per glossam, est textus clarus in l. si possessor fundi, ff. de rei vendic. in l. pro hæreditarijs. C. de hæreditar. action. textus clarissimus, in l 2. C. si vnus ex pluribus.

Conclusio autem superius firmata videtur limitāda duobus modis,
6 primo, vt procedat † ante litem contestatam, secus si post, secundo, si sine facto defuncti possessio ad vnum ex hæredibus perueniat. ita Bartol. in l. 2. columna fina. num. 4. de prætor. stipulat. versicu. reassume, licet ad textum in dicta l. 3. §. hæres, possit in specie dari alia respōsio, quod simus in obligatione rem restitui, & in actionibus bonęfidei, vt ibi Bart. Castrens. Ang. & alij considerant. vnde ex eo solo contextu in se non posset inferri generalis consequentia ad alias obligationes, & contractus; bene verum, quod si cū actione stricti iuris concurrat rei
7 † vendicatio, prout accidit in actione ex testamento, dabitur actio contra possessorem solum, etiā in actione stricti iuris, prout est actio ex testamento. ita declarat Ias. post alios in l. si tibi homo, §. si fundus. ff. de legat. 1. & Castrens. in dicto §. hæres, ex l. si plures, ff. de vi armat. & l. in condictione. de condict. furtiua, & ex illo contextu in l. 3. §. hæres, inferebat Alberic. in practica, & facti

contingētia, qu d si legetur alicui
8 pensio super tali fundo, † transeat fundus ad quemcunque successorem, etiam singularē, semper censetur tacitè obligatus ad pēsionē illā.

Addo Bartol. in l. Lucius, de aliment. & cibar. legat. per textum in l. 2. ff. eodem, vbi loquitur etiam in fisco successore, in l. fundus. quem ff. de annu. legat. in l. codicillis, §. instituto de leg. 2.

9 Declara in præstatione † perpetua, secus temporali. Guid. Papę, quæstio. 432. in fine. Corn. consilio 269. volum. 1 Gig. de pension. quęstio. 51. num. 17.

Infertur secundo ex prędictis,
10 quod actio † hypothecaria est merè realis, licet prima facie ratione consensus videatur habere aliquid personalitatis. Bald. hoc valde commēdans in l. 1. C. si vnus ex plurib.

QVÆSTIO LVII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor succedens debitori non est amplius fideiussor, & obligatio fideiussoria extinguitur.*
Limitatur num. 2 & 3.
4 *Remedium restitutionis in integrum regulariter est trāsitoriū ad hęredes.*
5 *Fideiussor fideiubendo dicitur tacite approbare contractum.*
6 *Beneficium restitutionis in integrum trāsit ad fideiussorē hęredē minoris.*
7 *Hęres dicitur vna persona cū defuncto, cuius testamētū dicitur hęredis.*
8 *Restitutio in integrum, duplex, vna in rem, alia in personam.*
9 *Restitutio in integrum quando transeat ad hęredem ex lęsione inchoata cum defuncto.*
10 *Interdictum, vnde vi, competit hęredi agenti infra annum pro spolio defuncti.*
11 *Remedium Canonis reintegrandæ competit, & datur hęredi, si defunctus fuit in eius vita spoliatus, aliàs non.*
12 *Remedium restitutionis non competit hęredi, qui approbauit factum defuncti minoris.*
13 *Factum defuncti ad effectum tollendi beneficium restitutionis hęredi non dicitur approbatum per simplicem aditionem, nisi vlterius concurrat aliud factum extrinsecum, vt ibi.*
14 *Obligatio pignoris non extinguitur per successionem.*
15 *Obligatione principali sublata, ipso iure tollitur hypothecaria.*
16 *Pignus etiam si perueniat ad manus tertij, competit hypothecaria, non tamen personalis actio.*
17 *Obligatio fideiussoria non extiguitur lite contestata cum defuncto, cui fideiussor successit, num. 18.*
19 *Instantia transit ad hęredem, etiam si clericus succedat laico, si cum defuncto est lis contestata.*
Contrarium verius: nam clericus debet conueniri coram iudice suo, numero. 20. 21.
22 *Ordo iudicij magis attenditur, quam substantia facti.*

QVÆRO, si fideiussor succedit debitori, an perdat beneficium excussionis, pulchra est quæstio, ob id in hac materia ponam regulam cum suis limitationibus.

1 Conclusio igitur sit fideiussor † succedens debitori non est amplius fideiussor, & obligatio fideiussoria extinguitur, l. generaliter, ff. de fide iussor. vbi I.C. philosophico modo proce-

procedendo rationem reddit, quia quando concurrunt in eadem persona, & subiecto duæ obligationes passiuę, quarum vna superueniens plenior est, ista extinguit illā, quā repetit quę debilior sit, secus si concurrant duæ obligationes passiuæ paris potentiæ, quia vna alteri non cedit, prout si vnus reus debendi alteri succedat ad idem text. in l. fideiussores. C. de fideiuss.

Limitatur primo hæc cōclusio, vt procedat, & habeat locum quan
2 do obligatio † principalis debitoris esset efficax, alias fideiussoria obligatio non extinguitur, l. Stichum, aut Pamphilum, §. quod vulgo in principio, ff. de solutionib. commēdat pro notabili Ang. post Bal. in l. fideiussores, vbi bonus text. in materia, C. de fideiussor. & ad intelligētiam, §. quod vulgo, verbum plenior ibi positum crederem importare, dummodo fideiussor non sit simpliciter fideiussor, sed æquè principaliter obligatus: nam tunc more duorum reorum non extinguitur: cogita.

3 Limitatur secundo, † vt nō procedat si succedat fideiussor naturaliter tantum obligato, l. hęres a debitore, §. quid si hic, ff. de fideiussor. quid si reus principalis debitor sit tutus aliqua exceptione, an fideiussor liberetur, vtique sic, siue talis exceptio sit personalis, nec transitoria ad hęredem, nec fideiussorem, siue sit transitoria ad hæredem, & fideiussorem simul, vt in d. §. quid vulgo, & ibi Bart. in eius distinctione, & post eum Castrens.

Sed hic incidenter quęro, an fide
4 iussori † vti hęredi minoris competat remediū restitutionis in integrum, & dubitationem non modicam facit, quia remedium restitutionis in integrum regulariter est transitorium ad hęredes, l. non solū de restitu. in integrum. Fallit hoc nisi hæres approbaueri t factum, super quo prętendit restitutionem, glos. insignis, & singularis, in l. paterfamilias de priuileg. credito. vbi Bart. num. 2. dicit notabilem ad declarationem, l. non solum: singularem quoque dixit Aret. in §. si quis agens, num. 15. de act. vbi valde commēdat ad declarationem dictæ legis. Roman. singul. 99. Imol. in l. fina. ff. de acqui. hęredita. Alexand. in l. cum quidam, col. 2. C. de iur. de
5 liberandi, sed fideiussor † fideiubendo dicitur tacitè approbare contractum, l. 1. & 2. C. de fideiussor. minor, ergo &c. & ista ratio licet contra communem multum vrget.

Contraria est communis opinio, scilicet, vt ad fideiussorem hęre
6 dem transeat beneficium † restitutionis in integrum, Bar. in d. l. si Stichum, aut Pamphilum, §. quod vulgo in fine, ff. de solut. de communi Alberic. in l. prima, num. primo, & ibi Paul. Cast. pariter, numero primo. C. de fideiussor. minor. Bart. in l. in causæ, §. Pomponius, numero primo, ff. de mino. Bald. in dicto §. quod vulgo. Alexand. in dicta l. 1. num. secundo. Bellame. in cap. conditis, nume. 15. de restitut. in integrum. Rebuff. in eodem tract. arti. 2. gloss. 3. nume. septimo. Duen. regul. 330. num. quinto, limitat. 5. & ab hac opinione nemo videtur discrepare. Sfort. de restitut. in integrum, quæst. 48. articul. 3. sub nume. 29. & ratio prima assignatur a Misinger. centur. quarta, obser. 18.

quia tale beneficium est in rem: vnde in libello restitutionis in integrum narratur læsio.l. quod si minor. §. non semper. ff. de minor. & ita fuit in Camera Imperiali iudicatum per dominos Assessores, subdens posse mixtum appellari, quia ratione personæ conceditur,& non omni personæ, ergo pro re,sed contemplatione personæ.

Addo vltra eum quod hoc idem Dyn. in regul. priuilegium, numero septimo, libro sexto. Dec.in l.in omnibus causis id,numero quarto, de regul.iur. Afflict.super constitu. Regni.libro secundo,rubric.40.numero decimonono, Gomes.in §.æquè,numero tertio,de action. & licet Alexand.in l. quia tale sub numero secundo, ff solut.matrimon. dicat quod hæc doctrina non apparet perfecta, tamen mihi videtur Dynum clarè loqui,deducendo læsionem immediatam causam contemplatione personæ. Secunda ratio assignatur, quia hæres est vna

7 persona † cum defuncto.l.heres in omne.ff.de acquirend. hæreditat.l. hæredem.de regul.iur.vbi Cagno. dicit quod testamentum defuncti dicitur testamentum heredis, & sermo defuncti sermo hæredis,l. cum heredes,in principio.de acquiren. possess l. nihil aliud. de verborum significat. textus in ore omnium in §.1.Auth. de iureiurand.a moriente præstito.Tertia ratio colligitur ex pulchra dist. Fulgos.ad l. in causæ. §.interdum, ff. de minor.

8 quod in integrum restitutio † in rem, & est illa quod met. caus. l. si cum exceptione,§.fin.ff. quod met. caus. quædam personalis, prout illa de dolo, quædam mixta, quæ competit minori,prima,& vltima transeunt,aliæ non: idem sentit Castrẽs. in materia fideiussoris, in l. exceptiones, in summario, ff. de exceptión. vbi. Bartol. in verbo, exceptionis, dicit, quod illa, quod met. caus. & de dolo competit iure actionis, alia mixta competens minori requirit officium iudicis,nec competit actio, nec exceptio,nec principali,nec fideiussori,nisi medio restitutionis in integrum, vt remedio rescindente, quæ quidem simul, & semel excipiendo peti poterit secundum Ang.ibi ita practicare docentem. posset quarta assignari ratio, quod quando aliquid indultum

9 † est principaliter non ad personæ habilitationem, sed ad patrimonij indemnitatem,& conseruationem, prout est restitutio in integrum, tunc transit ad hæredes ex læsione inchoata cum defuncto,& sicut defunctus veniret restituendus, ita hæredes, & successor, & tunc transit ad hæredes. Addo bonum, ni fallor, simile de interdicto vnde vi,

10 † quod cõpetit hæredi si agat pro spolio defuncti, dummodo infra annum.gloss.in cap.cum ad sedem, in verb. interdictum, circa principium.de restitut.spoliat. arg.l. 1.§. hoc interdictum, il secondo, ff. de vi,& vi armat.idem gloss.in cap.significauerunt. in verb. ratione, & ibi Butr.& Imol.in 3.notab.de testibus.Tiraquell.in tract. le mort saisit,parte sexta, declarat.quarta, numero octauo.Pontan. de spol.libro primo, num. vndecimo, licet sicco pede pertranseat,& hæc est communis * opinio: Menoch. de recuperand. remed. 1.numero 364.dicens esse casum frequentem, & practicabilem,

bilem, & sæpissimè contingere, & pluries obseruari vidisse, secus si in tali interdicto vellet hæres agere post annum. Sebast. Medic. de morte, part. 3. num. 17.

Pariter remedium Cano. reinte-
11 granda datur, † & competit hęredi. Socin. in l. rem, quæ nobis, num. decimo, ff. de acquiren. possessio. & hoc verũ, si defunctus fuit in eius vita spoliatus, alias non, & ita in libello concludẽdum videtur. Corn. consi. 329. columna 7. libro primo. Ioan. Andr. ad Specu. in titu. de petitor. & possessor. num. 12. vers. quęstionibus, pulchrè Cagnol. ad l. hæredem, num. 17. de regul. iur. Alex. consilio 40. volumine tertio, Afflic. super constitu. in rubric. de violentis, libro 2. Anton. Gabr. de restit. spoliat. conclus. 5. num. 20.

Addo Roland. consilio 50. numero decimosexto, libro 2. Franc. Becci. consilio 75. num. decimosexto, Pute. de restitu. spoliat. decis. octaua, crescent. decis. 84. dicens quod ita pluries tenuit Rota. Pontan. de spol. lib. 1. num. 130.

Quem casum vtilem, & frequẽtem omisit plenus professor. Iacob. Menoch. in 15. remed. recuper. possess. vbi hunc casum non reperi.

Declaratur tamen hæc conclusio, nisi hæres approbasset factum defuncti minoris, nam tunc non competit ei restitutionis remediũ.
12 † gloss. notabilis, quam ibi summopere commendat Bart. in l. paterfamilias de priuileg. credit. Aretin. hoc etiam valde commendans in §. si quis agens, nu. decimoquinto, de action. ad intellectum, l. non solum, de restit. in integrum. Roman. singular. 99. Maurit. de restit. cap. 14. & 15. gloss. ad constit. marchiæ, libro 6. cap. 13. num. decimosexto, Sfor. de restitu. in integrum, quęstio. 50. articu. primo, num decimooctauo, ex quibus omnibus, omissis multis subtilitatibus, etiam illud colligitur, quod per meram, puram, simplicem, & præcisam aditionem non dicitur approbatum fa-
13 ctum † defuncti ad effectum tollẽdi beneficium restitutionis ipsi hæredi, nisi vlterius concurrat aliud factum extrinsecum, puta receptio pensionis, vel quid simile: obligat enim hęredem aditio, prout erat defunctus, sed non priuat beneficio restitutionis, alio facto extrinsecus non concurrente.

Limitatur tertio loco principalis conclusio, nisi fideiussor dedisset
14 pignus, cuius obligatio † per successionem non extinguitur. l. cum quis. §. fina. ff. de solut. vbi Bart. Castrens. & Ang. dicunt esse casum singularem, & perpetuo menti tenendum, & insistendo aliquantulum circa intellectum illius textus, videtur dicendum contrarium; quia
15 quando † obligatio principalis tolletur, ipso iure tollitur hypothecaria, & pignus, l. in omnibus. ff. de solut. sed per successionem extinguitur obligatio ipso iure, merito, &c. Contrarium deciditur ex eo notabili contextu, & licet a gloss. & Bart. ibi dentur multę rationes, omissis multis crederem dici posse; quia pignus, & obligatio & fideiussio sunt diuersæ naturę, cum vna sit personalis, alia realis, & sic habeãt diuersa subiecta, merito stante diuersitate subiectorũ de extinctione vnius non debet inferri ad aliam. posset hæc secunda ratio assignari; quia si

tra formam conuentionis, quis primo loco sit excutiendus, & videbatur conueniendus culpabilis, l. vnde quæritur, ff. commodat. Contrarium est verius, quia omnes conueniuntur ex propria prouisione, & nō prouisione legali. Vnde ibi Bal. in eo quotidiano casu videtur sentire in materia excussionis, aut conuenitur quis ex mera dispositione legali, & primo loco culpabilis est conueniendus, aut ex propria prouisione, & tūc sint in electione, iuxta tamen alias dicta: præsupponit etiam ibi Bald. quod si est factum instrumentum cum clausulis prægnantibus, & quam maximę obligationis insolidum, quod isto respectu sit electio creditoris; sed in hoc fortasse est subsistendum, quia sumus

29 in publicis conductoribus, † qui fauore reipublicæ tenentur insolidū, iuxta ea, quę superius diximus, quęstio. 9. & ibi Bal. dat duo consilia officialibus publicis in exigendo, vt conueniant, non culpabilem, sed illum, qui est melius soluendo, & ipso coacto per eandem viam executiuam, & reconuentionis cogere illos, pro quibus fit solutio coram eodemmet iudice iuxta famosum textum ad l. vendente. C. vbi caus. fiscales, ad quam latè quandoque dixi in repetit. regul. cum quid part. 1. limitat. 6. num. 8. Addo Marant. de ordin. iudic. part. 4. distinct. 6. numero vigesimosexto, secus in fideiussore contractus, quia nouus processus fieri debet. Bald. in l. fi. columna 2. C. de execut. rei iudicat. Marsil. de fideiussor. quæst. 52. nu. 362. Roder. Soarez. ad l. fori libro 2. declarat. 2. titul. de lo emplazament. num. vigesimotertio, vbi concludit quod in fideiussore iudicij agitur ex eodem processu, secus in fideiussore contractus.

Si igitur non est locus excussioni si ex aliqua rationabili causa soluat conuentus, & implorando officium iudicis eadem via executiua cogat illos, pro quibus soluit ad refundendum precium, & conseruandum indemnem iuxta practicam d. l. cum vendente, & dicta per me ad regul. cum quid in citato loco, & sic discurrendo dicitur, quandoque

30 fit nouatio † verè, & propriè extinctiua primææ obligationis, quædam est nouatio cumulatiua prioris obligationis, vt superius dixi de hærede compromittente, an perdat beneficium legis, & inuentarij, quædam est simplex protogatio, quæ operatur ne quis interim ea pendēte molestetur, vt etiam superius vi-

31 dimus, quædam est nouatio † voluntaria, quædam necessaria, puta si quis cogitur virtute statuti accipere pro credito tot bona, iuxta Authent. hoc nisi. C. de solut. quędam est executio mera præcedentis contractus, vt latè deducit Bal. hæc duo vltima consi. 318. vol. 1.

Declaratur autem hęc quarta cōiectura in materia fideiussorum, & pignorum, vt non procedat in duobus casibus: primus est si in secunda obligatione, & appositione fideiussorum, & pignorum renouatur principalis obligatio cum adiectione nouorum fideiussorum, vel pignorum. secundus casus est, licet non renouetur principalis obligatio, sed dentur simpliciter alij fideiussores, vel pignora, tamen expresse adijcitur, vt tales sint loco primo

32 rum, tunc primi fideiussores † sunt liberati

liberati, textus est & ibi no. Castré. in l. si tem, §. omnis, num. quarto. ff. de pignor. act. idem Castrens. in l. quarta, §. si ex conuentione, numero quarto, vbi Alexand. num. octauo, ff. de re iudicat. in l. penultima, sub numero quinto, de prętor. stipula. in conceptione igitur verborum tota vis consistit.

Quinta coniectura est, quod præ
33 sumitur nouatio † quando secundum pactum continet quid diuersum a primo puta pro decem, quæ tibi debeo, promitto quindecim. Bart. in l. item quia, § fina. in fine, ff. de pact. Alexand. consi. 132. colum. secunda, num. decimoquarto, & 15. volum. 2. consil. 28. colum. 2. libro quinto, Paris. consilio 107. num. vigesimoseptimo, volum. quarto. Lofred. consil. 24. colum. 4. Alexander consi. 2. num. 13. volum. quarto, Socin. consi. 21. volum. 1. num. 3. Cagno in l. singularia, num. 102. si certum petat. Crauet. consi. 168. num. 9. Tobias Nonius, consil. 82. num. 15. Ioseph. de Ludouic. conclus. 4. limitat. 1. Mascard. in verb. nouatio num. vigesimoprimo. Addo quod hæc est communis opinio. Pedem. 142. num. vndecimo. Crot. consilio 167. volum. 2. Gozad. consi. 70. numero 6. Marc. Anguissol. consi. 119. num. 5. latè Brun. de interitu, & peremptione, conclus. 8. limitat. 1. Ioan. Cæphal. consilio 273. num. 3. volum. secundo, consilio 35. num. 52. volumine primo, vbi dicit secundum instrumentum plenius prouidens nouare. Guid. Pap. singula. 997. Simon. de Pret. consilio 58. num. octauo. Borgni. decis. 20. numero tertio, part. prima. Hierony. de Mont. quæst. 20. num. secundo, & diuersitas consideratur in modo, quantitate, vel conditione, vt per Crauet. in citato loco.

34 Declaratur hæc coniectura, † si secunda continet plus, secus si minus, nisi esset minus in tempore. Menoch. de præsumption. lib. 3. prę sumptio. 134. num. quinto, nam in tempore siue secunda sit plus, siue minus, semper fit nouatio, sed in re requiritur plus, alias non inducitur nouatio: est communis, & indifferens omnium opinio. Ias. in l. quibus, num. 5. de verb. oblig. Ioseph. conclus. 4. limitat. 2.

Declaratur secundo nisi prima obligatio esset diuersæ qualitatis, & multum priuilegiata, & sic præiudicaretur nouando. Ias. in l. qui vsumfructum, num. 3. limita. 2. de verb. obligat.

Sexta coniectura, quando super eodem facto, seu debito fiant plures promissiones prę sumitur nouatio.
35 † Barbat. consi. 86. num. octauo, libro 4. Alba. consi. 68. nu. 5. Pute. decis. 290. in fi. lib. 2.

36 Septima coniectura, nouatio † inducitur, per pœnalem stipulationẽ subsequentem. Bart. in l. ita stipulatus in 9. opposit. vbi Rip. 56. de verbor. obligat. Cyn. in l. pacto quo pę nam in fine. C. de pact. in l. nuda circa finem. C. de contr. emption. Bal. in l. rescriptum. §. si pacto, colum. 2. in 8. opposit. de pact. & hæc est ** magis communis ** opinio. Imol. in d. l. ita stipulatus, columna 9. ver. in glossa. Castrens. in l. si pacto in fine. C. de pact. vbi dicit quod contrarium tenens reprehenditur per omnes. Ias. in l. fin. in fine, ff. si quis in ius vocatus non ierit. Anton. Gabriel. de nouat. num. 69. in fine declarando

uerit bona hęreditaria, vnde hęres fingitur soluere de hęreditate, non de proprio patrimonio.

8 *Hęres vnus ex pluribus possidens rem hypothecatam, conuentus hypothecaria non habet beneficium excussionis contra alios cohęredes, sed insolidum conueniri poterit.*

QVÆRO quomodo habeat
1 locum excussio † respectu hæredis, ponam aliquas conclusiones ex Alexã consil. 100. num 4. volum. 5.

Prima sit conclusio, cum agitur contra hæreditatem iacentem, ha-
2 bet locum excussio,† vnde debet dari curator hęreditati iacenti, contra quam actione personali deuenietur ad diffinitiuam sententiam, & hoc, excusso contra tertios possessores. & in specie hoc tenet Iacob. de Beluis. in Auth. de fideiussor. §. sed neque. quæstio. 6. Bald. in l. persecutione. C. de pignor. Soc. consilio vigesimoquarto, columna septima, volumine primo. Paris. consi. 50. columna quinta, volumine primo, nam
3 contra hæreditatem iacentem † non potest deueniri ad secundum decretum, nisi dato curatore, licet ad primum deueniri possit sine alio decreto curatoris, lege si bona, & ibi Bar. C. de bon. auctorit. iudic. possidend. in l. cum debitores, & ibi Bald. C. de iudic. l. si diu, & ibi Barto. ff. ex quibus caus. in possessionem eatur, in l. si quis instituatur, vbi Barto. ff. de hęred. instituend. Bald. in rubric. C. de successor. edict. Ang. & Imol. in l. si seruus hæreditarius, ff. de stipulat. seruorum. Bal. in l. 1. in princip. de testam. manumiss. Bar. in l. is cui, §. cessatum, ff. vt in possess. legatorũ, bene Alexand. in l. 3. §. prætor ait, num. 24 de damn. infect. in l. ad diẽ num. 4. de verborum obligat. est bonus textus in l. debitor, & ibi Bald. & Castrens. ff. de negoc. gest. Borgni. de tutor. num. 110. & de vsufruct. mulier. num. 224. & debent citari possessores extranei, saltem per proclama. Stepha. de Baber. nu. 106. vol. 1. vltimarum voluntatũ.

4 Secunda sit conclusio, si hæres † cum beneficio inuentarij adiuit, est tutus excussione circa vires hæreditarias, ita Alexan. in citato loco, vide tamen in hoc Monticulum, de inuentar. in principio, num. 45. fol. 12. vbi aliter sentire videtur.

5 Tertia sit conclusio, si hæres † inuentarium non confecit, tenetur vltra vires hęreditarias, & consequenter excutienda sunt nedum bona defuncti, sed ipsiusmet hæredis. ita Alexan. in allegato consilio 100. numero quinto, volumine quinto.

Et ratio duplex est ad propositum materię excussionis, de qua agimus Prima est ratio, quia illa hære-
6 ditas † pręsumitur soluendo, quę inuenit hęredem, l. libertus, qui soluendo, ff. de bon. liber. nec refert an sit vnicus, vel habeat cohæredem, l. vnica. §. cum igitur. C. de iur. delibe rand. an sit institutus, vel substitutus, l. in ratione, §. quod vulgò, ff. ad l. Falcid. an sit extraneus, vel suus, gloss. & Alexand. in l. in duplicibus, ff. ad l. Falcid. Cæphal. consilio 188. libro secundo, an sit masculus, vel fœmina, locuples, vel pauper maior, vel minor, & cuiuscunque alterius conditionis, §. penult. in Authent. de hæred. & Falcidia, l. more, de acquiren. hæredita. in qua Bald. & Imol. dicunt vnum singu-

lare, quod hæres etiam conficiens inuentarium tenetur ipso iure vltra vires hereditarias, sed inuentarium impedit executionem, quod meo iudicio summopere notãdum est. altera ratio est, quod lex præsu-
7 mit quod hæres † occultauerit res hereditarias, §. hinc nobis, Auth. de heredibus, & falcidia. Doctor. in l. fin. §. & si præfatam. C. de iur. deliberand. Cuman. consi. 30. columna secunda, consi. 73. colum. septima. Afflict. decis. 44 num. 33. Bald. in l. filium quem habentem, colum. 12. C. fami. erciscund. vnde fingitur soluere de hæreditate, non de proprio patrimonio. Bart. in l. in ratione, §. quod vulgo, ff. ad l. Falcid. vbi Alexand. columna nona, versi. in ea glossa dicit hanc esse communem opinionem. Roland. de inuenta. par. 5. in prin. fo. 166. Pedem. 179. nu. 13.

Tertia sit conclusio, in materia hæredis, si vnus ex pluribus heredi-
8 bus † possidet rem hypothecatam, & conueniatur hypothecaria, non habet beneficium excussionis contra alios cohæredes, sed insolidum conueniri poterit, vt dicam latius in sequenti quæstione, vbi videre placeat, & est casus valde solemnis, & singularis.

QVAESTIO LVI.

SVMMARIVM.

1 *Obligatis pluribus, si vnus possidet rem hypothecatam, conuentus à creditore actione hypothecaria, an possit opponere exceptionem excussionis, an quilibet teneatur pro rata.*
Contrarium numero 2.
Distinguitur numero 3. & 4.
Limitatur numero 6.
5 *Indiuiduum fit ratione possessionis, & applicatur, vt ibi.*
7 *Rei vendicatio si concurrat cum actione stricti iuris, dabitur actio contra possessorem solum, etiam in citatione iuris.*
8 *Fundus pensioni obligatus in quemcunque transeat, remanet semper tacite hypothecatus pro pensione. Declaratur num. 9.*
10 *Actio hypothecaria est mere realis, licet prima facie ratione consensus videatur habere aliquid personalitatis.*

PVLCHRA, vtilis, & quotidiana est quæstio, sunt plures
1 obligati, sed vnus possidet † rem hypothecatam, qui conuenitur a creditore actione hypothecaria, an possit opponere exceptioné excussionis: & videbatur dicendum quemlibet teneri pro rata tantum, l. si tibi homo, §. si fundus, ff. de leg. 1. vbi licet fundus legatus ab vno tantum possidebatur, pro rata tantum tenetur.
2 contrarium ex aduerso † verius videbatur. glos. est notabilis, & singularis in l. mulier, ff. qui potior. in pigno. habeantur, quam ibi Bar. dicit esse notabilem, & singularem in l. si creditor, §. qritur, in fi. ff. de distract. pignor. vbi in fin. verb. hoc pariter commendat. notabilem etiam dicit Bal. in Auth. sed hodie sub num. 1. vers. modo quæro. C. de act. & obli. Roma. consi. 460. Cremens. singul. 193. tu scis. Addo Iason in §. item si quis in fraud. num. 80. limitat. 7. de action. vbi hanc gloss. appellat notabilem, & menti tenendam, & non poni a Doctoribus in locis ordinarijs. Neguf. de pigno. par. 8. mẽb. 1. num. decimosexto, limitat. 2. dicens hoc

hoc perpetuo cordi tenendum.

Ex qua glossa celebri, & notabili colliguntur virtualiter duę conclusiones. Prima est, qd si sunt plu-
3 res debitores† simpliciter, & non in solidum obligati, si conueniuntur personali, pro rata tantum, si reali, & maximè hypothecaria solus possessor insolidum conueniri poterit.

Secunda sit conclusio, idem dicé-
4 dum in pluribus hæredibus† vnius debitoris, dum gl. allegat, & fundat intentionem suam in l. 3. §. hęres, ff. cōmoda. & vltra alios ratio est, quia in hærede, dum est possessor, nō cōuenitur, vt hæres, sed vt possessor. ita Ang. in l. si possessor. ff. de rei vēdicat. si igitur vt possessor, & alij nō possident, nec dici possunt possessores, ergo conueniri non possunt hypothecaria: similem, sed magis notabiliter assignat rationem Bal. ad intellectum. d l. 3. §. hæres, ff. commodat. in l. pro hæreditarijs, colu. 3. in princ. versi. 12. vbi Bald. discutit in eo loco materiam indiuidui, & ponit varios modos, & inter alios di-
5 cit, quod indiuiduum † fit ratione possessionis, cuius ratione tota obligatio discurrit circa ipsam personā ac si esset vti solus hæres, & debitor indiuiduus, & subdens, quod licet primitiua obligatio diuidatur inter hæredes, tamen illi, qui non possidene, cū non sint in dolo, vel aliqua culpa, non tenentur, quia dolus, & culpa debet purgari per naturam actus, ille autem, qui possidet non restituēdo, culpam committit, quę respicit totam rem l. dolus, ff. mandat. ergo nimirum si secunda obligatio ipsum possessorem insolidū tenet, quia insolidum peccat, & ista ratio doli, & culpæ respicientis totam rem assignatur in l. si duo, ff. depositi, dixi in tract. deposit. par. 1. titu. de duob. reis, fol. 94. conuenitur igitur solus qui possidendo dicitur in culpa non restituendo, quæ ipsum solum respicit, & sic coniunguntur ambæ rationes. Et licet, vt supra dictum est, illa glo. reputetur singularis, tamen iudicio meo iura sunt multum clara, vltra allegata per glossam, est textus clarus in l. si possessor fundi, ff. de rei vendic. in l. pro hæreditarijs. C. de hæreditar. actiontextus clarissimus, in l 2. C. si vnus ex pluribus.

Conclusio autem superius firmata videtur limitāda duobus modis,
6 primo, vt procedat † ante litem contestatam, secus si post, secundo, si sine facto defuncti possessio ad vnum ex hæredibus peruenia. ita Bartol. in l. 2. columna fina. num. 4. de prætor. stipulat. versicu. reassume, licet ad textum in dicta l. 3. §. hæres, possit in specie dari alia respōsio, quod simus in obligatione rem restitui, & in actionibus bonę fidei, vt ibi Bart. Castrens. Ang. & alij considerant. vnde ex eo solo contextu in se non posset inferri generalis consequentia ad alias obligationes, & contractus; bene verum, quod si cū actione stricti iuris concurrat rei
7 † vendicatio, prout accidit in actione ex testamento, dabitur actio contra possessorem solum, etiā in actione stricti iuris, prout est actio ex testamento. ita declarat Ias. post alios in l. si tibi homo, §. si fundus. ff. de legat. 1. & Castrens. in dicto §. hæres, ex l. si plures, ff. de vi armat. & l. in condictione. de condict. furtiua, & ex illo contextu in l. 3. §. hæres, inferebat Alberic. in practica, & facti

contingẽtia, qu d si legetur alicui
8 pensio super tali fundo, † transeat fundus ad q̃ẽmcunque successorem, etiam singulatẽ, semper censetur tacitè obligatus ad pẽsionẽ illã.

Addo Bartol. in l. Lucius, de aliment. & cibar. legat. per textum in l. 2. ff. eodem, vbi loquitur etiam in fisco successore, in l. fundus. quem ff. de annu. legat. in l. codicillis, §. instituto de leg. 2.

9 Declara in præstatione † perpetua, secus temporali. Guid. Papę, quæstio. 432. in fine. Corn. consilio 269. volum. 1 Gig. de pension. quęstio. 51. num. 17.

Infertur secundo ex prędictis,
10 quod actio † hypothecaria est merè realis, licet prima facie ratione consensus videatur habere aliquid personalitatis. Bald. hoc valde commẽdans in l. 1. C. si vnus ex plurib.

QVÆSTIO LVII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor succedens debitori non est amplius fideiussor, & obligatio fideiussoria extinguitur.*
Limitatur num. 2 & 3.
4 *Remedium restitutionis in integrum regulariter est trãsitoriũ ad hęredes.*
5 *Fideiussor fideiubendo dicitur tacite approbare contractum.*
6 *Beneficium restitutionis in integrum trãsit ad fideiussorẽ hęredẽ minoris.*
7 *Hęres dicitur vna persona cũ defuncto, cuius testamẽtũ dicitur hęredis.*
8 *Restitutio in integrum, duplex, vna in rem, alia in personam.*
9 *Restitutio in integrum quando transeat ad hęredem ex lęsione inchoata cum defuncto.*
10 *Interdictum, vnde vi, competit hęredi agenti infra annum pro spolio defuncti.*
11 *Remedium Canonis reintegranda competit, & datur hęredi, si defunctus fuit in eius vita spoliatus, aliàs non.*
12 *Remedium restitutionis non competit hęredi, qui approbauit factum defuncti minoris.*
13 *Factum defuncti ad effectum tollendi beneficium restitutionis hęredi non dicitur approbatum per simplicem aditionem, nisi vlterius concurrat aliud factum extrinsecum, vt ibi.*
14 *Obligatio pignoris non extinguitur per successionem.*
15 *Obligatione principali sublata, ipso iure tollitur hypothecaria.*
16 *Pignus etiam si perueniat ad manus tertij, competit hypothecaria, non tamen personalis actio.*
17 *Obligatio fideiussoria non extinguitur lite contestata cum defuncto, cui fideiussor successit, num. 18.*
19 *Instantia transit ad hęredem, etiam si clericus succedat laico, si cum defuncto est lis contestata.*
Contrarium verius: nam clericus debet conueniri coram iudice suo, numero. 20. 21.
22 *Ordo iudicij magis attenditur, quam substantia facti.*

QVÆRO, si fideiussor succedit debitori, an perdat beneficium excussionis, pulchra est quæstio, ob id in hac materia ponam regulam cum suis limitationibus.

1 Conclusio igitur sit fideiussor † succedens debitori non est amplius fideiussor, & obligatio fideiussoria extinguitur, l. generaliter, ff. de fideiussor. vbi I.C. philosophico modo proce-

procedendo rationem reddit, quia quando concurrunt in eadem persona, & subiecto duæ obligationes passiuę, quarum vna superueniens plenior est, ista extinguit illā, quā reperit quę debilior sit, secus si concurrant duæ obligationes passiuæ paris potentiæ, quia vna alteri non cedit, prout si vnus reus debendi alteri succedat. ad idem text. in l. fideiussores. C. de fideiuss.

Limitatur primo hæc cōclusio, vt procedat, & habeat locum quan
2 do obligatio † principalis debitoris esset efficax, alias fideiussoria obligatio non extinguitur, l. Stichum, aut Pamphilum, §. quod vulgo in principio, ff. de solutionib. commēdat pro notabili Ang. post Bal. in l. fideiussores, vbi bonus text. in materia. C. de fideiussor. & ad intelligētiam, §. quod vulgo, verbum plenior ibi positum crederem importare, dummodo fideiussor non sit simpliciter fideiussor, sed æquè principaliter obligatus: nam tunc more duorum reorum non extinguitur: cogita.

3 Limitatur secundo, † vt nō procedat si succedat fideiussor naturaliter tantum obligato, l. hęres a debitore, §. quid si hic, ff. de fideiussor. quid si reus principalis debitor sit tutus aliqua exceptione, an fideiussor liberetur, vtique sic, siue talis exceptio sit personalis, nec transitoria ad hęredem, nec fideiussorem, siue sit transitoria ad hæredem, & fideiussorem simul, vt in d. §. quid vulgo, & ibi Bart. in eius distinctione, & post eum Castrens.

Sed hic incidenter quęro; an fide
4 iussori † vti hęredi minoris competat remediū restitutionis in integrum, & dubitationēm non modicam facit, quia remedium restitutionis in integrum regulariter est transitorium ad hęredes, l. non solū de restitu. in integrum. Fallit hoc, nisi hæres approbauerit factum, super quo pręndit restitutionem, gloss. insignis, & singularis, in l. paterfamilias. de priuileg. credito. vbi Bart. num. 2. dicit notabilem ad declarationem, l. non solum: singularem quoque dixit Aret. in §. si quis agens, num. 15. de act. vbi valde commēdat ad declarationem dictæ legis. Roman. singul. 99. Imol. in l. fina. ff. de acqui. hęredita. Alexand. in l. cum quidam, col. 2. C. de iur. de
5 liberandi, sed fideiussor † fideiubendo dicitur tacitè approbare contractum, l. 1. & 2. C. de fideiussor. minor, ergo &c. & ista ratio licet contra communem multum vrget.

Contraria est. communis * opinio, scilicet, vt ad fideiussorem hęre
6 dem transeat beneficium † restitutionis in integrum, Bar. in d. l. si Stichum, aut Pamphilum, §. quod vulgo in fine, ff. de solut. de communi Alberic. in l. prima, num. primo, & ibi Paul. Cast. pariter, numero primo. C. de fideiussor. minor. Bart. in l. in causæ, §. Pomponius, numero primo, ff. de mino. Bald. in dicto §. quod vulgo. Alexand. in dicta l. 1. num. secundo. Bellame. in cap. conditis, nume. 15. de restitut. in integrum. Rebuff. in eodem tract. arti. 2. gloss. 3. nume. septimo. Duen. regul. 330. num. quinto, limitat. 5. & ab hac opinione nemo videtur discrepare. Sfort. de restitut. in integrum, quæst. 48. articul. 3. sub nume. 29. & ratio prima assignatur a Misinger. centur. quarta, obser. 18.

quia tale beneficium est in rem: vnde in libello restitutionis in integrum narratur læsio. l. quod si minor. §. non semper. ff. de minor. & ita fuit in Camera Imperiali iudicatum per dominos Assessores, subdens posse mixtum appellari, quia ratione personæ conceditur, & non omni personæ, ergo pro re, sed contemplatione personæ.

Addo vltra eum quod hoc idem Dyn. in regul. priuilegium, numero septimo, libro sexto. Dec. in l. in omnibus causis id, numero quarto, de regul. iur. Afflict. super constitu. Regni. libro secundo, rubric. 40. numero decimonono, Gomes. in §. æquè, numero tertio, de action. & licet Alexand. in l. quia tale sub numero secundo, ff solut. matrimon. dicat quod hæc doctrina non apparet perfecta, tamen mihi videtur Dynum clarè loqui, deducendo læsionem immediatam causam contemplatione personæ. Secunda ratio assignatur, quia hæres est vna

7 persona † cum defuncto. l. heres in omne. ff. de acquirend. hæreditat. l. hæredem. de regul. iur. vbi Cagno. dicit quod testamentum defuncti dicitur testamentum heredis, & sermo defuncti sermo hæredis, l. cum heredes, in principio. de acquiren. possess. l. nihil aliud. de verborum significat. textus in ore omnium in §. 1. Auth. de iureiurand. a moriente præstito. Tertia ratio colligitur ex pulchra dist. Fulgos. ad l. in causæ, §. interdum, ff. de minor.

8 quod in integrum restitutio † in rem, & est illa quod met. caus. l. si cum exceptione, §. fin. ff. quod met. caus. quædam personalis, prout illa de dolo, quædam mixta, quæ competit minori, prima, & vltima transeunt, aliæ non: idem sentit Castrē. in materia fideiussoris, in l. exceptiones, in summario, ff. de exception. vbi. Bartol. in verbo, exceptionis, dicit, quod illa, quod metu caus. & de dolo competit iure actionis, alia mixta competens minori requirit officium iudicis, nec competit actio, nec exceptio, nec principali, nec fideiussori, nisi medio restitutionis in integrum, vt remedio rescindente, quæ quidem simul, & semel excipiendo peti poterit secundum Ang. ibi ita practicare docentem. posset quarta assignari ratio, quod quando aliquid indultum

9 † est principaliter non ad personæ habilitationem, sed ad patrimonij indemnitatem, & conseruationem, prout est restitutio in integrum, tunc transit ad hæredes ex læsione inchoata cum defuncto, & sicut defunctus veniret restituendus, ita hæredes, & successor, & tunc transit ad hæredes. Addo bonum, ni fallor, simile de interdicto vnde vi,

10 † quod cōpetit hæredi si agat pro spolio defuncti, dummodo infra annum. gloss. in cap. cum ad sedem, in verb. interdictum, circa principium. de restitut. spoliat. arg. l. 1. §. hoc interdictum, il secondo, ff. de vi, & vi armat. idem gloss. in cap. significauerunt. in verb. ratione, & ibi Butr. & Imol. in 3. notab. de testibus. Tiraquell. in tract. le mort saisit, parte sexta, declarat. quarta, numero octauo. Pontan. de spol. libro primo, num. vndecimo, licet sicco pede pertranseat, & hæc est communis * opinio: Menoch. de recuperand. remed. 1. numero 364. dicens esse casum frequentem, & practicabilem,

bilem, & sæpissimè contingere, & pluries obseruari vidisse, secus si in tali interdicto vellet hæres agere post annum. Sebast. Medic. de morte, part. 3. num. 17.

Pariter remedium Cano. reinte-
11 granda datur, † & competit hęredi. Socin. in l. rem, quæ nobis, num. decimo, ff. de acquiren. possessio. & hoc verū, si defunctus fuit in eius vita spoliatus, alias non, & ita in libello concludēdum videtur. Corn. consi. 329. columna 7. libro primo. Ioan. Andr. ad Specu. in titu. de petitor. & possessor. num. 12. vers. quęstionibus, pulchrè Cagnol. ad l. hæredem, num. 17. de regul. iur. Alex. consilio 40. volumine tertio, Affli. super constitu. in rubric. de violentis, libro 2. Anton. Gabr. de restit. spoliat. conclus. 5. num. 20.

Addo Roland. consilio 50. numero decimosexto, libro 2. Franc. Becci. consilio 75. num. decimosexto, Pute. de restitu. spoliat. decis. octaua, crescent. decis. 84. dicens quod ita pluries tenuit Rota. Pontan. de spol. lib. 1. num. 130.

Quem casum vtilem, & frequētem omisit plenus professor. Iacob. Menoch. in 15. remed. recuper. possess. vbi hunc casum non reperi.

Declaratur tamen hæc conclusio, nisi hæres approbasset factum defuncti minoris, nam tunc non competit ei restitutionis remediū.
12 † gloss. notabilis, quam ibi summopere commendat Bart. in l. paterfamilias de priuileg. credit. Aretin. hoc etiam valde commendans in §. si quis agens, nu. decimoquinto, de action. ad intellectum, l. non solum, de restit. in integrum. Roman. singular. 99. Maurit. de restit. cap. 14. & 15. gloss. ad constit. marchiæ, libro 6. cap. 13. num. decimosexto, Sfor. de restitu. in integrum, quęstio. 50. articu. primo, num decimooctauo, ex quibus omnibus, omissis multis subtilitatibus, etiam illud colligitur, quod per meram, puram, simplicem, & præcisam aditionem non dicitur approbatum fa-
13 ctum † defuncti ad effectum tollē di beneficium restitutionis ipsi hæredi, nisi vlterius concurrat aliud factum extrinsecum, puta receptio pensionis, vel quid simile: obligat enim hęredem aditio, prout erat defunctus, sed non priuat beneficio restitutionis, alio facto extrinsecus non concurrente.

Limitatur tertio loco principalis conclusio, nisi fideiussor dedisset
14 pignus, cuius obligatio † per successionem non extinguitur. l. cum quis. §. fina. ff. de solut. vbi Bart. Castrens. & Ang. dicunt esse casum singularem, & perpetuo menti tenendum, & insistendo aliquantulum circa intellectum illius textus, videtur dicendum contrarium; quia
15 quando † obligatio principalis tolletur, ipso iure tollitur hypothecaria, & pignus, l. in omnibus. ff. de solut. sed per successionem extinguitur obligatio ipso iure, meritò, &c. Contrarium deciditur ex eo notabili contextu, & licet a gloss. & Bart. ibi dentur multę rationes, omissis multis crederem dici posse, quia pignus, & obligatio & fideiussio sunt diuersæ naturę, cum vna sit personalis, alia realis, & sic habeāt diuersa subiecta, merito stante diuersitate subiectorū de extinctione vnius non debet inferri ad aliam. posset hæc secunda ratio assignari; quia si

extinguitur fideiussoria patum' nocet, quia respicit eandem personā, sed expedit pignori incumbere,
16 quia etiam si pignus† perueniat ad manus tertij, competit hypothecaria, non tamen personalis actio, l. si fundus, § in vendicatione, ff. de pignor. vnde bonum est pignus durare. & hęc pauca circa intellectum illius notabilis contextus vltra Bar. commentaria.

Limitatur quarto loco principalis conclusio, nisi lis esset contesta-
17 ta contra defunctum: nam tunc† obligatio nō extinguitur. l. si seruus. ff. de infamib. vbi Ang. numero 2. post Iacob. de Arena. Cyn. Bald. & Castren. dicit quod ibi est casus singularis, & peregrinus, quod quando accessoria obligatio, & principalis cumulantur in eadem persona, lite contestata super accessorio nō extinguitur accessoria per successionē, & ratio est, quia interest creditoris non inchoare nouam instātiam. vnde lite contestata contra
18 fideiussorem, si fideiussor† succedat reo, non extinguitur obligatio fideiussoria ad limitationem l. generaliter. ff. de fideiussor. & l. Stichū, aut Pamphilum, §. quod vulgo, ff. de solutio. l. fideiussores. C. de fideiussor.

Ex quibus correlariè inferūtur duo. Primum est, quod instantia
19 † transit ad hęredem. d. l. seruus, de qua supra. Niconin. in c. quoniam contra, num. 47. de probat. Ang. in l. tam ex contractibus. ff. de iudic. Soci. consi. 30. vol. 1.

Ampliatur vt procedat etiā in
20 clerico † hærede laici effecto, si lis cum defuncto sit contestata, alias non. Castrens. in l. cum quidam, numero 8. de iurisdic. omn. iudic. in l. hæres absens, nu. 4. ff. de iudic. dicē in facto euenisse in fratribus Carmelitanis, qui hæredes instituti a laico fuerunt coacti prosequi iudicium coram laico, non obstante exceptione fori per eos opposita. Sebast. Medic. de morte part. 1. num. 91. Contrarium est verius, vt siue lis sit contestata cum defuncto, siue
21 non, clericus † hæres debet conueniri coram iudice suo. But. & ibi Felyn. in cap. quia, de iudic. Bal. in l. 1. C. si pendente appellatione. in c. in præsentia, col. 4. de probat. Ang. in d. l. ex contractibus, & hęc est vera & communis opinio. Afin. in practica, §. 2. cap. 12. in fine. vnde si clericus sit hæres effectus, semper forum laici declinabit, & practicando sufficit actori repudiatio actorū. ita Fely. & Afin. in citatis locis.

Secundum satis mirabile secundum Ang. ibidem est, quod magis
22 attēditur ordo † iudicij, quam substantia facti, vnde ibi seruus commisit delictum, est hæres domini conuenti pro facto dicti serui, & tamen dicitur litigare nomine alieno. vnde ibi Ang. mirum immodū admiratur textum illum, & certè vulgares omnes tenerent contrarium, quia est hæres, ergo idem cū defuncto, est proprium delictum serui. cur igitur ipse non condēnabitur? sed facilis in hoc casu respōsio est, ad fugiendam infamiæ notam.

QVÆSTIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor succedens debitori cum beneficio legis, & inuentarij, si hereditas appareat non soluendo, dicitur liberatus.*

2 *Bene-*

2 Beneficium ciuile, quod facit obligationem inutilem non facit obligationem fideiussoris durare.
3 Fideiussor quoties succedit Reo non efficaciter obligato, obligatio fideiussoria non extinguitur.
4 Diligētia sua nemini dēt esse dānosa.
5 Fideiussor hæres conuentus, non vt hæres, sed nomine proprio, non potest petere excuti bona defuncti, quę ad ipsum peruenerūt, cōtrariū, n. 8.
6 Ius dicere sibi ipsi nemo potest.
7 Creditor non potest aliud accipere quam quod sibi debetur, nec debitor aliud pro alio soluere potest.
9 Filius potest petere separari bona patris pro sua legitima, arbitrio boni viri, & citatis illis quos principaliter negotium tangit, non ex suo libero, & absoluto arbitrio.
10 Creditor hæres petendo creditum ante aditam hæreditatem, censetur repudiare, si sciens sit, vel non protestetur saluum fore super hæreditate, & petit totum à cohærede.
11 Creditor soluendo creditum vti hæres institutus alijs cohæredibus, repudiare censetur, nisi protestetur, & sciat se institutum hæredem.
12 Creditor hæres post aditā hæreditatē cū beneficio legis, & inuentarii petēdo creditum per titulum de separationibus, non dicitur repudiare, sed legitime facere.
13 Hæres creditor si sibi soluere velit de pecuniis hæreditariis, quid facere debeat.
14 Fideiussor hæres à debitore institutus, nomine proprio conuentus, si soluat, & sibi non cedantur actiones per titulum de separationibus, habet beneficium retentionis de bonis defuncti debitoris, ita vt possit petere separationem.
15 Hæres cum inuentario repræsentat personam suam, & defuncti.
16 Fideiussor hæres siue conueniatur nomine proprio, siue vt hæres, & cum beneficio legis, inuentarij, semper poterit in solidum conueniri.

SED pulchra hic oritur quęstio, & respicit materiam successionis ipsius fideiussoris, & ipsius excussionis, de qua agit, an fideiussor,
1 † si succedat debitori cū beneficio legis, & inuentarij, si hæreditas appareat non soluendo, dicatur liberatus, primo videbatur dicendū quod sic, quia obligatio fideiussoris p successionem confunditur d. l. generaliter, & alijs superius adductis, ergo vti fideiussor conueniri non poterit, item nec ex obligatione rei principalis, quia præsupponitur non soluendo, & propter inuentarium nō tenetur vltra vires hæreditarias, meritò ex omni capite datur exclusio.
2 Secundo, quia beneficium † ciuile, quod facit obligationem inutilem, non facit obligationem fideiussoris durare dict. l. stichum, §. quod vulgo, secundum vnum intellectū, ergo beneficium inuentarij, quod facit ne hæres teneatur vltra vires hæreditarias, non debet facere obligationem fideiussoris durare.

Pro contraria parte facit, quo-
3 tiens reo succedit fideiussor † non efficaciter obligato, fideiussoria obligatio non extinguitur, l. hæres, §. quod si, ff. de solutio. diximus in quæst. præcedenti limit. 2. sed quod reus non sit efficaciter obligatus, patet, quia non pōt soluere, cū inanis sit actio, l. nā is, ff. de dol. ergo, &c.
4 Secundo, quia diligentia † sua nemini debet esse damnosa, nec priuilegium

uilegium iuris creditori debet esse damnosum, l.debitor, ff. de separation.l.impuberi, vbi Barto.in 2,no. ff.de administr.tutor.l.nec auus. C. de emancipat.liber.late Ias. in l.fin. num.19. ff.de constitu. principum, Felin.in capit.causam quae,in verb. interpretatio.de rescript. Alciat.regul.3.praesumpt.11. si igitur creditor suo tempore fuit diligens in procurando fideiussorem, debebit sibi nocere, quia fideiussor est effectus haeres debitori, per confusionem à iure introductam. Considerandum tamen est, quod cum erimus in priuilegio, vel beneficio, tunc regula superius formata procederet, vt tertio non intelligatur factum praeiudicium, sed in casu, cum fideiussor succedit debitori fit confusio, & fideiussoria extinguitur non ex priuilegio, sed ratione quadam iuris, de qua philosophice I.C.ad l.generaliter.C de fideiussor. si igitur ratio iuris vult, & dicit confusionem fieri, patienter ferat creditor iuris communis dispositionem, prout omnes ferre debemus, l.1. ff.de legibus, considera tamen quod I.C.ad l.debitor. de separatio. non solum, vult quod priuilegium non noceat creditori, sed nec ratio iuris; si enim debitor instituit haeredem fideiussorem, vel alias ei ab intestato succedat, cur damno creditoris? & de facili fraus dabitur, & hanc opinionem tenet Cin. in d.§. in computatione, q.1. num. secundo. Alber. & Bart.in d.l.debitor, in l.generaliter.de fideiussor.in d.l.stichum,§.quod vulgo, vbi Albe.col. 2.versic.& secundum.Castr.colum. 1.Imol.colum.fin. Saiic.in l.debitori,colum.2.versicu.ex his Castrens. columna secunda,versi.sed ista. Alexand.colum.secunda,numero quinto.Ias.numero quarto, limit.quarta.Cur.iun.num.13. Dec.num.21. C.de pact.Bald.in l.si vxor. C.de bonis auctorit.iudic.possid.Paris.consilio 121.columna secunda. volumine primo,& hęc est communis opinio.Roland.de inuentar.par.4. versic.quaeritur,fol.mihi.134.

Auctor iste de inuentario scripsit ordinate consilia,& de lucro dotis, sed de inuentario satis confuse in disponendo per quaestiones.

Quaero autem hic, prosequendo materiam excussionis, de qua agimus, conuenitur fideiussor † 5 haeres, non vt haeres, sed nomine proprio, opponit excussionem, dicendo,excute bona defuncti debitoris, quę sunt penes me iam factum eius haeredem, numquid audietur? crederem quod non, ex authent. hoc si debitor.C.de pignor.vbi persona lis contra fideiussorem praeualet,tamen tenetur creditor cedere actionem,l.2.& l.mandati,l.sicut. C.de fideiussor. Sed pone quod creditor non cesserit actiones, dabiturne sibi retentio de bonis defuncti, pro quo debitum persoluit, & videbatur dicendum, quod non, ex regul. legis extat.ff.quod met.caus.cũ nemo † 6 sibi ipsi ius dicere possit. Secundo,quia inuentarij confectio nihil tribuit vltra ius commune.

7 Ius autem commune, † non permittit creditori, vt possit aliud accipere, quam quod sibi debeatur, quemadmodum debitor aliud pro alio soluere non potest ex regul. oppositorum l.final.§.fin.de leg.1. cõ-

8 trarium † notabiliter tenet Bald. in l.debitori num.3.vers.sed hic. quaero.C.

ro.C.de pact. vbi Alex. colum. pri-
ma,versic.secundo sequeretur vtili-
tas, dicit hoc dictum in practica ser
uari fecisse.idem Bal. in l.final. §.in
computatione numero quarto ver-
siculo ex hoc sequitur.C.de iur.deli
berand. deducens practicare, quod
per titulum de separatione bonorũ
citatis creditoribus & legatarijs pe
tit dicta bona, quæ ipse nominabit
separari,& sibi consignari per offi-
cium iudicis, quod implorat ad ef-
fectum libere disponendi, & dicit
Paul.Castren.in d.l.debitori in fin.
verb.quod est dictum valde quoti-
dianum, nec alibi legisse, licet mi-
nus fideliter referat, loquendo ante
aditam hæreditatem,contra legem,
vt debitum.C.de hæreditar. action.
idem ibi in practica valde commen
dat Ias.numero 3. Dec. numero 17.
Curt.iun.dicens singulare,numero
25.idem valde commendat Castrẽ.
in l.quoniam in prioribus. in fine.
9 C.de inoffic.testam.quod filius † pe
tere potest separari bona pro sua le
gitima, quod verum est arbitrio bo
ni viri, & citatis citandis illis quos
principaliter negocium tangit,non
ex suo libero, & absoluto arbitrio.
Rip.in l.in quartam,num.112.vbi
Alciat.num.24.Socin.iun.numero
103.versic.contrarium, ff. ad l.falc.
* & hæc est communis * opinio. Ia-
cob.Menoc.de arbit.iudic. cas.163.
numero 16. Addo Didac.de testam.
in capitu. Rainaldus, §.2. numero
quinto.Roderic.Soarez.ad l.quo-
niam in prioribus,ampliat.12. sub
numero 7.vbi tandem appellat hãc
opinionem æquissimam.Dec.cons.
236.numero 9.& 10. Cucch.de le-
gitim.folio 28.numero 20. Anton.
** Gabr. de magis ** communi. de le-
gitima,conclusio.quarta. Decis.Pe-
rusi.45.numero 16.Bursatt. consil.
84.num.12. Aut igitur sumus ante
aditam hæreditatem, aut post,cum
beneficio legis, & inuẽtarij. primo
10 casu † petendo creditum censetur
repudiare, si sciens sit,vel non pro-
testetur saluum fore super hæredi-
tate, & petit totum à cohærede. gl.
in l.vt debitum.vbi Bald.num. pri-
mo.C.de hæredit.actionibus. com-
mendat pro valde notabili, & dicit
multis incognitum Curt.iun.in l.
debitori in finem,C de pact.Manti.
de coniectur. vltim. volunt. lib. 12.
numero 14.& numero 29. Menoc.
de præsumpt.lib.4.præsumpt.102.
sub nu. 18.

Ampliatur, vt pariter soluendo
11 creditũ, vti † hæres institutus alijs
cohæredibus,repudiare cẽseatur,ni
si protestetur, & sciat se institutum
hæredem, late arguit Soc. consi.45.
numero quarto, libro quarto. Ma-
rant.in l.is potest, numero 91.vers.
item inducitur.de acqu.hæredit.

12 Secundo casu † cum adiuit cum
inuentario,petendo per titulum de
separationibus, non dicitur repu-
diare, & legitime facit per superius
allegatos. Addo Ruin. consilio 57.
in fine,volumine secundo. Ias.cons.
28.colum.secunda,volum.3. Parisi.
consil.69.columna penultim. in fi-
ne,volumine secundo.Castren. con
silio 211.Roland.de inuentar.par-
te quarta, versicu. decima vtilitas,
fol.131.

In hoc tam singulari, & notabili
casu vidi sequutam Bald. opinionẽ,
prout superius practicasse dixit Ale
xand. in citata, l.debitori, sed illud
13 vidi obseruatum,si hęres † tibi sol
uere velit de pecunijs hæreditarijs,
cum

cum in pecunia non cadat affectio, l.3.ff.de in lit. iurand. vel etiam de alijs rebus fungibilib. quod si sint aliæ res, & corpora, vidi obseruatū inspicere an cuipiam creditori, vel legatario specialiter esset obnoxia, nec vnquam fuisse denegata retentio hæredi loco pignoris, si hæreditas aliunde soluendo non sit, etiam ob chirographariam pecuniā, quasi alios præuenerit, sibiq; ipsi prius soluerit, Rom.consi.11.

14 Fideiussor † igitur hæres à debitore institutus nomine proprio cōuentus si soluat, & sibi non cedantur actiones per titulum de separationibus habet beneficium retentionis de bonis defuncti debitoris, ita vt possit petere separari talem rem pro suo credito, de quo ad sui libitum disponere possit mediante iudicis arbitrio implorato, nec p successionem actio dicitur extincta, vt per gl. in l.debitori, vbi omnes not. C.de pac. Bal. in l.si vxor. C.de bon. auctor. iudic. possidend. in l. irritum, C.ad l.falc. & licet multi contrarium teneant, tamen hæc est ma ** gis ** communis opinio teste Cur. sen. in d.l.debitori num.11. & si dicatur, actio & passio nō possunt stare in eodem subiecto l.vranius de

15 fideiuss. respōdetur quod hæres † cū inuentario repræsentat duplicem personam, suam, & defuncti, & respectu personæ defuncti non dicitur debere sibi ipsi, sed hæreditatē sibi d.§. in computatione, vbi hoc colligi videtur. præterea cum hæres confecto inuentario in nullo dāno fingatur. leg. fin. §. & si præfatā, C.de iur. deliberand. ergo actio non fingitur extincta, & sentit Ias. in d. §. in computatione, col.2. vers. redeo ad primam, Ang. consi.209. colum. secunda versic. illud tamen. Cassan. consil.22. numero 14. confunditur igitur actio scilicet, ipso iure, sed nō quoad effectum, & hāc dicit magis * communem * opinionem Monticu. ad legem final. §. & si præfatam, sub numero 140. C.de iur. deliberand.

16 Fideiussor † igitur siue conueniatur nomine proprio, siue vt hæres, & cum beneficio legis, & inuentarij, semper poterit in solidum conueniri, nec inuentarium debet esse damno creditoris, & quod ab hæreditate detrahi non poterit per creditorem, suppleatur per fideiussorē, vt per doctores alias superius citatos, & Monticulum ad l.fin §. & sic præfatam, num.73. C.de iur. delib.

QVÆSTIO LIX.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio legis & inuentarii, si vendiderit res hæreditarias pro satisfaciendo primis creditoribus uenientibus, emptores ab aliis creditoribus molestari non possunt: & assignatur ratio.*

Etiam si res uendita esset alii specialiter hypotheca. num.2.

3 *Creditoribus hæreditariis quomodo succurratur, quando hæreditas grauata legatis non est soluendo, quid quando hæreditas est soluendo nu.4.*

5 *Bona hæredis qui non confecit inuentarium ita sunt excutienda sicut bona defuncti.*

6 *Creditoribus hæreditariis datur condictio indebiti iuxta proportionabile diminutionem, quando plus est in legatis, quam in hæreditate.*

7 *Concursus datur in legatis, vt in exemplo ibi.*

8 Condictio indebiti competit pro concursu legatariorum.
9 Creditoribus quomodo succurratur, quando non sunt hypothecarii, sed priuiligiati in personali.

PROSEQVENDO materiam excussionis quatenus hæredem concernit, quæro ad materiam l.fin.C.de iur.deliberand.& præmittam aliquas vtiles, fructuosas, & practicabiles conclusiones pro introductione huius principalis quæstionis.

1 Prima sit conclusio, si hæres † cũ beneficio legis, & inuentarij vendiderit res hęreditarias pro satisfaciẽdo primis venientibus creditorib. emptores ab alijs creditoribus molestari non poterunt, l.fi.§.& si pręfatam, ibi, neque eos qui ab eis comparauerint res &c. C.de iur.deliberand. ratio est, quia alias emptores haberent regressum contra hæredem, & sic incommodum consequeretur hæres, quod esse non debet.d. §.& si præfatam.

Ampliatur conclusio, & dispositio, §.& si præfatam, etiam si esset ta-
2 lis res † vendita alteri specialiter obligata. ita sentit Iaś. ibidem in 5. vtilitate reputans hoc mirabile, vt specialis hypotheca excludatur, sed dicet aliquis, si creditor hypothecarius non potest molestare, nec hæredem, nec emptorem, ergo remanebit delusus, & consequenter fraudatus credito suo, credo non, sed vtetur condictione indebiti, vel ex lege aduersus creditores, vel legatarios, quibus pecuniã soluit emptor. Plures igitur in proposito sunt casus
5 ad materiam d.l.final.C.de iur.deliberand.

Primus est casus, quando legata non debebantur, quia hæreditas
3 non erat soluendo, † tunc creditoribus succurritur per hypothecariã, si habent bona hypothecata, si non habẽt bona hypothecata per condictionem indebiti, nam indebitũ est legatum, cum hæreditas non est soluendo. ita Bartol. in d.l.final. §. & si præfatam, colum. secunda versi. itẽ oppono, & versic. sequent. vbi Bald. col.2.q.2. quia æs alienum absorbet legata l. si vniuersæ. C. de legat. & clarius hoc explicat Castren. d. §. licentia. pariter datur hypothecaria, quæ extat penes legatariũ, quia actio in rem sequitur rem. l. si hæredes, §. in vendicatione, ff. de pignor. condictio indebiti, non competit legatarijs, sed precium l. nõ est nouũ ff. de actio. emp. ita Cin. & Barto. in citato iam loco, vbi idem dicit quãdo res soluta non extabat, sed erat conuersa in vtilitatem. sequitur ibi Alber. col.2. vers. 1.

Secundus est casus, si hæreditas
4 † est soluendo, & legatarijs solutũ est legatum, tunc creditores non possunt agere cõtra legatarios, sed debent excutere hæredem, qui non soluit de suo, præsupposito quod hęreditas sit soluendo. Cin. in l. secunda, colum. 2. versic. si concurrant. C. qui potior. in pignor. habeantur. sequitur Bar. in l. is cui, §. postquam, ff. vt in possess. leg. commendat Alexand. in l. final. § & si præfatam sub num. 7. ibi in ea glo. C. de iur. delibe rand. Coras. in l. filium in fine. C. famil. ercifcun. Pic. in l. quartam, numero 261. ff. ad l. falcid. Rol. de inuent. par. 4. versi. quid dicendum.

Ampliatur, vt sint excutienda nedum bona defuncti, sed hæredis, quan-

5 † quando nullum confecit inuentarium. Monticul. dicens hoc notabilissimum ad leg. final. §. & si præfatam. numero 106. fol. 140. motus ratione confusionis, l. sed si plures. §. filio de vulgar. l. 1. §. præterea, ff. de separation.

Tertius est casus, si non sint in concursu creditores, sed alij legatarij, dicentes primi legatarij sunt integraliter satisfacti, & nos nihil habuimus, nec habere possumus, puta sunt legata quatuorcentum, & in hæreditate non est nisi pro trecen-
6 tis, datur isto casu condictio † indebiti iuxta proportionabilem diminutionem, ita Castren. in d. §. licentiam, numero tertio, versi. sed quaro, & licet olim condictio indebiti non cōpeteret legatario nisi ab hærede cederetur per l. quod debetur, ff. de pecul. hodie tamen de iure Codicis competit in casu prædicto legatarijs cōdictio indebiti recta via sine cessione. Castrens. in l. 2. §. 1. in fine, ff. de condi. in debit. dicens hoc
7 singulariter notandum, † quod si in testamento sint facta multa legata, & etiam in codicillis, & bona non sufficiant ad soluendum omnibus: hæres autem ignorans codicillos, soluit integraliter legata testamentaria, si veniant postea legatarij codicillorum, cum in hæreditate nihil superfit, quod agi potest contra primos, vt concurrant cum secundis, quam ibi sequitur Alexand. & idem consuluit idem Castren. cons. 211. in fine secundum antiquam impressionem, & sic ex hoc discursu hucusque facto correlarie colli-
8 gitur, quòd condictio † indebiti cōpetit pro concursu legatariorum, & competit quando nulla legata debentur, prout primo proposito casu dictum fuit.

Quartus est casus, si creditores non sunt hypothecarij, tunc si sunt priuilegiati in personali iuxta titulum de priuileg. creditor. succurri-
9 tur eis † per condictionem ex l. fin. C. de iur. deliberand. si verò sint pares, tunc vno tantum instante esset locus gratificationi, alias omnibus instantibus est communicandum. Bald. in d. §. & si præfatam in fi. Castrens. in d. §. licentia, colum. prima, vers. item se non habent, & hæc est
** vera, & magis communis ** opinio. Alexand. in d. §. & si præfatam, col. 3. in fine. Roland. de inuentar. part. 4. versi. sed quid, fol. 128.

QVÆSTIO LIX.

SVMMARIVM.

1 *Pignus si fuerit vēditum à creditore, quomodo fiat discussio.*

2 *Processus, & sententia valet, etiam si excussio sit erronea.*

1 ET discussio † locum habet in casu l. 1. & 3. C. si vendito pignore agatur, si creditor vendidit pignus iusto precio: agitur enim primo contra creditorem, qui vendidit, & eo discusso contra emptorem, vnde ibi Bartol. dat formam conclusionis libelli, vt discussione facta agant contra emptorem, vt rem restituat, perinde ac si venditio facta non fuisset, & in hac materia excussionis ponit ibi Bald.
2 conclusionem, quod processus, † & sententia valet etiam si excussio appareat erronea, quod sæpe in facto occurrit.

QVÆ-

QVÆSTIO LX.

SVMMARIVM.

1 *Excussio non requiritur quando alienatio est facta in fraudem creditorum.*
2 *Reuocatoria alienatorum non datur nisi de fraude appareat. Limit. numero 4.*
3 *Res alienata quando à possessore recuperari poterit sine excussione.*

QVAERO an requiratur excussio quando alienatio est facta in fraudem creditorum, & glo. in l. 1. in verb. excussio. C. quæ in frau. creditor. tenet quod
1 non † limitando authenticam hoc ita, vt procedat in hypothecaria, non in reuocatoria, sed hæc glo. opinio communiter reprobatur, vt ibi Bal. attestatur, numero secundo, &
2 facit illa ratio, quia reuocatoria † nõ competit nisi de fraude appareat, de qua constare non potest nisi mediãte excussione, & hoc idem tenet Aret. in §. item si quis in fraudem, numero 11. vbi Ias. in vltimo nota. nu. 26. & latius super glos. in verb. possessis, nu. 65. Bartol. in l. nomen, numero octauo, in fine. C. quæ res pign. obligar. poss. Corn. consil. 46. colum. 1. volum. 2. Vincen. de anna. singul. 178. in fine.

Limita hanc conclusionem singulariter, vt procedat in debitore
3 † quantitatis alienante in fraudem, secus in debitore certæ speciei, qui in fraudẽ alienaret, nam tunc à possessore recuperari poterit sine alia excussione, quia sumus in specie certa, & præcisa, quæ reperitur, ita limitat Bal. in rub. C. de his, quæ in fraudem, n. 11. Aret. in §. item si quis in fraudem, insti. de actio. vbi Ias. in 2. limit. n. 76. extollens admodum, & dicens alibi in iure nõ reperiri. Gomes. sub numero 20. lim. 2. vbi valde commẽdat, & licet Clau. de Seisell. contrarium sentiat ad l. exitus, col. 1. in fin. ff. de acquir. possession. per §. sed neque, versi. sed si is. in authent. de fideiussor. quem sequitur Thess. Pedem. decis. 51. col. 3. versi. non obstat, tamen credo quod facilis sit responsio, cum non simus in hypothecaria, sed agamus de reuocatoria, & licet agi posset ad interesse, tamen in casu præsupponitur nõ agi ad interesse, sed ad rem principalem.

4 Limitatur secundo in † donatione omnium, vel maioris partis bonorum, iuxta l. omnes, §. Lucius, ff. si quid in fraud. creditor. de qua superius par. 1. q. 12.

QVAESTIO LXI.

SED nunquid patrono in reuocatoria requiratur excussio? vtique sic. Bal. in l. 1. num. 7. C. si quid in frau. patr. vbi limitat in facto notorio, de quo late superius diximus.

QVÆSTIO LXII.

NVMQVID cum agitur ex titulo de separationib. habeat locum excussio? vtiq; non. l. 1. §. 1. l. si creditores, ff. de separat. per quæ iura ita tenuit Bart. in l. 1. C. si quid in fraud. creditor. commendat Are. in §. itẽ si quis in fraudẽ. n. 11. insti. de actio. & est satis vtile remedium bene cũ suis circũstantijs intẽtatũ.

QVAE-

Menoch.de recuper.possess. remed. 12. in fin. Posset etiam responderi quod dicatur donare Imperator extendendo, & applicando actionem hypothecariam, & licet actio hypothecaria in se non sit nouum remedium, erit in tali applicatione, & si antiquitus competebat debitori cõtra creditorem iuxta l.is cui,§.quæri potest,ff.vt in possess.legator.hodie per extensionem Imperatoris competit creditori contra possessorem, & sic donare, & dare dicatur isto respectu.

In recuperatione igitur prætorij pignoris nõ requiritur excussio
5 & vltra Bal.in citato loco. ita tradit Aret.in §. item si quis in fraudem. sub numero 17. de actio. Gomes.in §.item seruiana. columna prima de actio. Francis. Marc.decis.delphin. 194.in fine Iacob.Menoch.de recuper.posses.remed.12.q.secunda, numero 4.& 5.

Addo bene loquentes Alex.in l. sæpe,colum.30.versi. secundario dicitur ff.de re iudicat. vbi dicit hoc perpetuo notandum. Negus.de pignor.par.8.membr.primo, limitat. quinta, num. 18. Distinguendum igitur videtur,aut pignus stat in meris terminis conuentionis, nulla cõcurrente actualitate,& tunc in hy-
6 pothecaria requiritur excussio † ex iam superius adductis, aut apparet aliqua consignatio rei pignoratæ, vel à debitore met in conuentionali, vel à iudice in prætorio,tunc agitur hypothecaria contra tertium possessorem nulla facta excussione, iuxta l.fin.C.de prætor.pigno.& licet Bal.ratio in l.prima, nu.4. C. de reuocan.his,quæ in fraud.creditor. sit vera, & bona,tamen alia mihi videtur melior, & verior, quæ est, quia dicet debitor. cur excutis me si actualiter tibi pignus cõsignaui? immo posset dicere debitor.redde mihi directa pignoratitia,quod tua culpa amisisti, prout præsupponit textus in d.l.final.C.de prætor.pig. Secundo etiam modo distingui pos-
7 set,† aut sumus in reali,vel personali, si in reali competit interdictum vnde vi, cum in reali sit possessio ciuilis, & naturalis, si in personali datur vtilis hypotecaria. Alexan.ita saluat in l.si finita,§.iulianus, n.98. ff.de dam.infect. dictum Innocẽtij in c.contingit de dolo volentis competere interdictũ vnde vi in pignore prætorio recuperãdo. Ias.ad l.creditor.la seconda.nu.4. ff.si cert.pet. erat in alia opinione,vt detur creditori actio in factũ ad recuperationem pignoris amissi.

Et vltra Menoch.plenè profitentem in 12.remed.recup.possess. addo vnum valde in practica vtile, & paucis notum secundum Castr. inferius allegandum, quod si ego ex
8 aliquo capite sum immissus † in possessionem ex primo decreto, si debitor meus, antequam deueniatur ad secundum, alienauit fundũ, in quem sum immissus, si ego non desiui saltem animo possidere, possum contra emptorem prosequi ad secũdum decretum, sine nouo processu, & sine aliqua excussione: secus si animo desijssem possidere, quia tunc esset agẽdum hypothecaria ex nouo processu, & consequenter habebit locum excussio, ita Angel.in l.si quis missum, §. iudex. ff. de dam.infect.& ibi Castr. numero secundo, dicentes esse casum mirabilem, & multis incognitum, sub-

dens Angel. aliud mirabile secundum eum, quod vendi potest fun-
9 dus † captus ex primo decreto, nec per primum decretum est effectus litigiosus, cum non sit translatum dominium, & dicit pluries in facto habuisse Florentiæ, sunt bona dicta lucrosa, & practicabilia.

QVÆSTIO LXV.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior habẽs hypothecam generalem & specialem, non poterit posteriores creditores impedire nisi in speciali.*
2 *Res specialiter obligata pro pignore, in dubio præsumitur sufficiens ad debiti satisfactionem.*
3 *Debitor dato pignore non potest iurari suspectus.*
4 *Dispositioni l. 2. C. de pignor. ut locus sit, quæ requirantur, & sufficiant. & num. 5. 7. 9. 12 14. 16.*
6 *Creditor quando possit ad sui libitum eligere unam de rebus sibi generaliter obligatis.*
8 *Clausula generalis quando referatur ad specificata, uel non.*
10 *Dominii causa non est minus potens in domino, quam causa pignoris in creditore, cum uterque habeat ius effectiuum in re.*
11 *Hypothecam habens per scripturam priuatam à partibus non subscriptam, nec trino teste munitam non præfertur creditori habenti publicũ instrumentum, nec ei qui habet titulo emptionis, immo nec habenti titulo lucratiuo.*
13 *Extensio est licita in exorbitantibus quando in lege exorbitanti ponitur limitatio ad aliquam legem.*
15 *Creditor habens generalem hypothecam potest vendere quam vult ex rebus pignoratis ad sui libitum.*
17 *Generi per speciem non derogatur in iure quęsito.*
18 *Mulier si pro dote habet generalem & specialem hypothecam, & potest sibi prouidere cum speciali, nõ debet aliis bonis manum apponere in prẹiudicium aliorũ creditorum.*
19 *Mulier administrans bona mariti absentis, si potest sibi soluere & nõ soluit, sibi prẹiudicat in sua hypotheca, & bonis iuribus. idem in aliis creditoribus administrantibus bona suorum debitorum.*
20 *Dispositio. l. 2. C. de pignor. quo casu non procedat.*
Et quo casu ei locus sit, num. 21.
22 *Creditori utilius est habere hypothecam generalem tantum, quam generalem, & specialem simul, & assignatur ratio.*

PRACTICABILIS, vtilis, & quotidie in foro versatur dispositio. l. secundę, C. de pignor. & excussionis materiam pertractat, vt
1 prior creditor, † & si plurib. vtroq; iure priuilegijs munitus sit aduersus posteriores creditores, si tamen habet specialem aliquam in re hypothecam, & item generalem in omnibus debitoris bonis, non poterit impedire posteriores creditores in hypotheca, quoad alias res debitoris, præter illam specialem, nec poterit aduersus posteriorem creditorẽ hypothecaria agere, nisi prius constet rem illam speciali hypotheca sibi obligatam non sufficere ad prioris debiti solutionẽ, prout sancitum est in l. 2. C. de pignor. quem textum dicit non esse alibi. Bald. in cap.

cap.2.col.vltima,versi.modo quæro.de offic.leg. Cremen. singul.54. obligaui, ob id aliqua vtilia in practica ponam ad huius constitutionis interpretationem.

Prima sit ad intellectum, d.l.2. conclusio, pignus est res specialiter
2 † obligata, quæ in dubio præsumitur idonea, & sufficiens ad debiti satisfactionem. glos.in d.l.2. in verb. redigere, vbi Salicet. in 1. opposit. valde commendat. Ias.in l.creditor. la seconda, numero 2.ff.si cer.petat. & instit.de action.in prin. n.94. inferens, quod dato pignore debitor
3 † non potest iurari suspectus. Paris. cons.50.num. 28.libro primo. Negus.de pign.par.5.memb.2. in fine. Pedemont.158.num.2. late Rolan. consi.36.lib.4.

Secunda sit conclusio, vt sit locus
4 † dispositioni dict.legis secundæ.C. de pign.non attenditur possessio, penes quem sit; semper enim ei locus est, siue possideat debitor, siue creditor, prior, vel posterior, siue tertius extraneus, ita glos.fin. in d.l.2. vbi Bart.Bald. Salicet. & alij omnes sequuntur sine difficultate aliqua, & ratio est, quia decisio illius constitutionis est fundata, ne secundo creditori, si possibile est præiudicetur, vnde non habetur respectus ad actum possessionis.

Tertia sit conclusio ad d.l.secun-
5 dam, eius dispositioni † semper locus est siue secundus habeat generalem tantum, siue generalem & specialem, siue specialem tãtum, in aliqua ex generaliter obligatis primo creditori in sua generali hypotheca. ita Bart.in d.l.secunda. Salic. in l.qui generaliter ff.qui potior.in pignorat.habeantur, licet, & ipse & Bald. contrarium tenuerint in d.l.secunda restringentium eam quando primus habet generalem, & specialem, & secundus specialem tantum de aliquibus generaliter obligatis primo, quod sequi videtur Socin. consil.198.colum.2. quod errore duplicatum est consi 75. volumine 4. quia cum Bart. est verior opinio. Parisi.consi.50.numero 34.libro 1. Negus.de pignor.parte 8. memb.1. numero 20.versic.temperando. Didac.var. resolution.libro 3.cap.18. versic.tertio eadem. Pedemon.158. num.6. vbi appellat hanc opinionem veriorem. aut igitur creditor
6 † est solus nullum habens creditorẽ concurrentem, & potest eligere quam vult ex comprehẽsis in generali sibi facta obligatione l.creditores, ff. de distract. pignor. aut sunt plures creditores, sed in pari statu, quia ambo habent generalem solã, vel specialem solam super eademmet re, & semper præfertur primus, & habet locum regula qui prior. l. qui generaliter in principio, ff.qui potior.in pignor.hab. aut primus habet specialem, & generalem, & secundus siue specialem tantum de alijs primo generaliter obligatis, siue generalem tantum, siue ambas simul, semper poterit excipere, primo excute prius specialem tuam, & vide si illa tibi supplet, ex supra citatis, & sic melius est habere simplicem generalem, quam specialem iuncta generali, quia primo casu semper præfertur, vt diximus, & in secundo non, & cogitur excutere principalem, & hoc verum esse ampliatur, siue generalis sit iuncta speciali, siue pure, siue conditionaliter, vt colligi-

tur ex notat.ex Bart.in d.l.secunda, nam si pure excutitur de æquitate, si sub conditione excluditur à rigore iuris, & verborum, ex quibus correlarie habetur intellectus ad l. creditoris, ff de distract. pignor. ad l.qui generaliter, tam in principio, quam in secundo responso, ff. qui potior.in pign.habeantur.

Quarta sit Conclusio, dispositio-
7 ni †d l.secundæ semper est locus siue primus creditor habeat primo loco specialem, post generalem, siue econtra: talis enim ordo scripturæ non attenditur ad tollendam executionem d.l.ita Fulgos. & Salicet. in d.l.secunda Paris.d.consil.50.numero 38.Negus.de pignor.parte 5. membr. secundo, numero 51. licet Albericus ibi post Petrum à Bellapertica contrarium tenuerit, solet in iure fieri non parua differentia, an præcedat speciale, vel generale,
8 nam primo casu clausula † generalis non refertur ad specificata, secundo casu sic iuxta not. in l.doli clausula,ff.de verb.oblig.in l.cum quęstio,§.fin.C.de leg.

Quinta sit conclusio ad intellectum d.l.secundæ. C.de pign.vt illa procedat, & locum habeat in concursu duorum creditorum, secus cótra tertium non creditorum, sed dominium prętendentem, vel quid simile, nam isti non competit exce-
9 ptio excussionis † de speciali hypotheca contra primum creditorem. Socin. consilio 198.in fine volumine primo duplicato consilio 75.volumine quarto.Negus.de pignorib. par.quinta,membr.secundo sub numero 51. Parisi. consil.50. numero 30.volumine primo.Couar.de communi, libro tertio, variar. resolut. cap.18.versiculo quinto, aduertendum est. Contrariam verò sententiam tenere videtur glos. vltima.in d.l.secunda, dicens esse locum dispositioni d.l.secundæ siue in creditore posteriore, siue in extraneo, & tertio possidente,& eam glos.ibi sequuntur Bartol.Bald. & Salicet.argumentantes ab idétitate rationis.

Et vltra doctores in supra citatis locis facit hæc ratio, quod non
10 minus potens esse debet causa † dominij in domino, quam causa pignoris in creditore, cum vterque habeat ius affectiuum in re: hinc in facti contingentia respódit Paulus Castren.consilio 134. in causa ser Ludouici, volumine primo, ampliationem legis scripturas. C. qui potior.in pignor. habeantur, quod
11 sicut qui habet hypothecam † per scripturam priuatam a partibus nó subscriptam, nec trino teste nótatam non præfertur creditori posteriori habenti publicum instrumentum, ita nó præfertur domino, qui habet titulo emptionis. sequitur Soc.consilio 41.columna final.volumine quarto, immo nec habenti titulum lucratiuum, prout donationis, vt per Castren.in citato loco,& si dicatur quod hęc opinio Castren. non est vera,& reprobatur per multos doctores, teste Socino, consilio 198.in fine,volum.secundo, asserendo habere penes se multos doctores contrarium tenentes, respondeo quod opinio Paul.Castrens. est hodie verior, æquior,& tutior.Rip.in l.priuilegia, sub numero 24. ff.de priuile.creditor. immo in practica, valde notanda, teste Tiraquel. de retract. conuent.§.1.glos.septima, numero 44.& si dicatur, quod ideo

est

est in casu Castren. quia militat eadem ratio suspicionis tam respectu creditoris in hypotheca, quam respectu emptoris, & donatarij, vterque enim decipi posset à priuata scriptura, respondetur quod hic quoque militat eadem ratio æquitatis, in qua fundata est d. l. 2. si enim creditor prior potest sibi commode satisfieri de sua speciali hypotheca, quæ suadet molestare emptorem habentem titulo oneroso, quasi subintret illa regula vulgaris, qđ tibi non nocet, & alteri prodest faciendum est, vnde adeo æqua, & rationabilis est illa l. 2. quod si prior
12 † habet specialem, & generalem sub conditione excluditur à rigore verborum, & natura conditionis appositæ, si habeat ambas pure excluditur ab æquitate, ita discurrit Bart. in d. l. 2. ad materiam, l. qui generaliter, ff. qui potior. in pign. habeantur; semper enim attenditur ne tertio præiudicetur, & si dicatur, l. 2. C. de pignor. est exorbitans a iure cõmuni, & correctoria, l. generaliter, ff. qui potior. in pignor. habeantur. respondetur, quod & in exorbitantibus est licita extensio,
13 † quando in l. exorbitanti ponatur limitatio ad aliquam legem, prout in casu nostro, vbi limitatur d. l. qui generaliter, vel extensio concernat æquitatem, vt per Ias. in l. si constante, numero 69. cum sequenti, ff. soluto matrimon. quare puto considerandum esse, aut enim emptor, vel tertius est simplex possessor, & non gaudebit beneficio d. l. licet, & hoc aliquantulum durũ sit ex prædictis, aut habet etiam hypothecam pro emptione per eum facta, prout vt plurimum occurrit, & tunc poterit appellari creditor, & intrabit in beneficio d. legis secundę, immo habet duplex, & fortius vinculum, cũ hypotheca concurrat titulus emptionis, & possessio, quando igitur in hac materia l. 2. C. de pigno. tra-
14 ctatur de extraneo, † & tertio distinguendum videtur ex superius iam dictis, aut concurrunt prior, & posterior creditor, & tunc possessio, si sit penes tertium, neutra eorũ præiudicat, aut prior creditor molestat tertium in possessione rei sibi prius pignoratæ, & tunc subdistinguendũ est, aut Tertius est simplex possessor, & tũc ĩ excussione nõ audit, aut est possessor titulatus cũ hypotheca bonorũ pro cõseruatione sui iuris, & tũc auditur, quia stante hypotheca potest dici creditor, & gaudebit priuilegio d. l. secundæ, & ita possent opiniones conciliari, licet de facili distincte attentari posset, vt tertius indifferenter gauderet beneficio d. l. 2. ex iam deductis.

Sexta sit conclusio, quæ infertur
15 ex prædictis, quod creditor † habẽs generalem hypothecam potest vendere, quam vult ex rebus pignoratis ad sui libitum, iuxta l creditoris, ff. de distract. pignor. de qua late superius dixi.

Septima sit conclusio ad dicta le
16 ge secunda, si ambo creditores † habent generalem hypothecam, sed hypotheca prioris sit generalior, & plures res, & bona contineat, quam secunda, quia fortasse eo tempore defecerunt, tunc secundus creditor non poterit excipere priori excutias res in mea non comprehensas more cuiusdam specialis hypothecæ, sed liberum erit eligere quam velit, ita consulendo tenuit Corn.

consi.247.colum.penult.volumine primo, sequitur Neguf. de pignora. par. 5.membr.2.numero 51. & certe iste casus a Corn. præsuppositus mihi videtur satis clarus tam de iure digestorum, quam Codicis, quippe loquuntur in fortioribus terminis scilicet, cum præcedit obligatio generalis, deinde secũdo obligatur aliqua de iam generaliter obligatis, & sic erat ius quæsitum primo,
17 & in iure quæsito generi † per speciem non derogatur, vt not. Bald. in l. si generaliter. C. qui potior. in pignor. habeantur, sed in casu Cornei nec in specie, nec in genere habebat ius secundus creditor, cum eo tempore nõ essent ĩ dominio debitoris.

Octaua sit conclusio ampliatiua l. secundæ. C. de pig. quod ea proce-
18 dat etiam in dote. vnde si † mulier in dotis repetitione habeat speciale, & generalem hypothecam, si potest sibi satisfieri de specialiter obligatis, non debet manus ponere ad alia in generali cõprehensa in præiudicium posteriorum creditorum. Didac. var. resolut. lib. 3. vers. 8. & c.

Vltra eum addo Rom. consi. 177. versic. tertio quia, Crauet. consilio 67. numero 16. qui in terminis loquuntur, & facit ratio, quod in dote habet locum excussio, vt dixi superius. Sed pone hic vnum, quod de fa-
19 cili euenire potest, qđ maritus ferat absens, puta bannitus, vel similis, mulier administrauit bona sua, & poterat sibi soluere, & non soluit, an sibi præiudicet in eius hypotheca, & bonis iuribus. casus est vnicus, & singularis in l. debitor, & ibi Bald. num. 3. ff. de neg. gest. quem dixit ad hoc propositum vnicum, & singulare in iure. Rom. consi. 187. num. 5. & id ex eo contextu non solum habet locum in muliere creditrice dotis administrante, sed in quolibet creditore, qui ex bonis sui debitoris potuit sibi satisfacere, & non curauit. nam id omne est eius periculo, maxime si debitor efficiatur nõ soluendo, vel pecunia pereat, vel quid simile.

Nona sit conclusio ad intellectũ d. l. 2. vltra Couarru. plene profitentem in citato loco, quod eius dispositio non procedit stante in instrumẽ-
20 to clausula, † vt specialitas generalitati non deroget, nec ecõtra, quia isto casu non poterit cogi prior creditor agere prius ex speciali, sed erit in mero eius, & libero arbitrio in præiudicium posteriorum creditorum, ita limitat notabiliter Cass. in catalogo gloriæ mundi, par. 12. considerat. 99. commendat Paris. consil. 103. num. 3. & sequent. libro primo. Pedemon. 158. in fine, & ferè in omnibus instrumentis opponi solet. vnde ponderanda est huiusmodi clausula.

Decima sit Conclusio pariter vltra Couarru. in iam citato loco, di-
21 spositioni † d. l. secundæ locus est, siue posterior habeat generalẽ, siue specialẽ tantũ, de aliquibus rebus primo generaliter obligatis, semp enim militat æquitas d. l. 2. ita Rip. in l. priuilegia, n. 19. de priuil. cred.

Ex quibus correlarie infertur in practica vltra Couarr. in citato loco, quod melius, & vtilius est credi-
22 tori † habere generalem tantum, quam generalem, & specialẽ simul, quia primo casu non est locus dispositioni l. secundę, vt ibi Bart. discurrit, secundo casu sic ex iam dictis. & ita infert Crem. singu. 54. obligaui.

QVAE-

QVÆSTIO LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Creditor habens pignus, an poterit conuenire fideiussorem, non venditis prius, nec excussis pignoribus.*

2 *Principalis si est condemnatus, & sunt capta pignora in causam iudicati, si creditor non reperiret emptorẽ, uel cogeretur expectare longum tempus, poterit conuenire fideiussorem.*

QVAERO, habet pignus
1 creditor, † poterit ne conuenire fideiussorem non vẽditis prius, nec excussis pignorib. vtique si pignora commodi vendi possunt, habet locũ excussio, alias fideiussor indistincte conueniri poterit. l. inter eos, §. creditor, vbi Castrens. dicit hoc singulariter notandum ad limitationem authen. præsente, ff. de fideiussor. vbi pariter Io. de Imol. hoc in practica valde commendat. inferens ad casum frequentem in practica scilicet, quod si est
2 condemnatus † principalis, & sunt capta pignora in causam iudicati, si creditor nõ requiret emptorem in subhastatione pignorum, vel etiam cogeretur expectare longum tempus, quod poterit conuenire fideiussorem, idem vno verbo sentit Bald. in lege omissis, vbi etiam Ange. C. de fideiussor. Cin. in dict. auth. præsente quæstio. nona, casus frequens, vtilis, & quotidianus, Marsil. de fideiussor. numero 18. dicens in practica quotidie occurrere.

QVAESTIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Excussio locum habet, si conueniatur tertius possessor non habens titulum vel non validum.*

1 QVAERO an habeat locum excussio † si conueniatur tertius possessor non habens titulum, vel habens, sed non validum? & vtique sic glo. notabi & ab omnibus in practica commendatã in l. rei creditor. C. de distract. pign. eam summopere commẽdat ad ampliationem authent. hoc si debitor. C. de pignorib. Alexan. ad Bar. in l. persecutione littera A. C. de pigno. Ias. in §. item si quis in fraudem. column. 13. circa medium sub numero 67. inst. de actio. Corn. consi. 185. circa princip. volum. 4. est casus quod quilibet contrarium diceret, stante carentia, vel nullitate tituli.

QVAESTIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Excussio locum non habet, quando debitor alienauit lite pendente.*

1 NVNQVID excussio † locũ habebit quando debitor alienauit lite pendente? & vtiq; non gl. in d. authent. hoc si debitor. Azo. in summa in titu de pignor. Alexand. in disput. Sigismundus. Salicet. in l. distractio. C. de pignor. Bald. in lege prima, versicu. quid si debitor. C. de his, quæ in fraud. creditor. Parisi. consilio 80. columna octaua, volu-

mine primo. Socinus in regul. excussio limitat. prima, & est communis * opinio. Barto. in dict. lege persecutione. C. de pignor. Negus. par. 8. memb. primo, numero 7. limi. 3.

QVÆSTIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor negans se fideiussisse non habet beneficium excussionis.*
Limit. 19. 25. 31 32 33. 35.

2 *Emphyteota negãs rem esse emphyteoticam non cadit à iure suo contra numero 4.*

3 *Negatio prælati non præiudicat ecclesiæ.*

5 *Vasallus negans feudum, priuatur iure suo.*

6 *Negans immixtionem non habet beneficium abstinendi.*

7 *Negans uerum ualorem & pretium debet priuari iure suo.*

8 *Debitore negante debitum, conuicto de mendacio, debito iustificato in sui substantia, super quantitate statur iuramento creditoris, & hoc uerum concurrentibus aliis coniecturis aliàs non: num. 9 ubi coniecturæ ponuntur, & alia adhoc necessaria, numero 10. 11.*

12 *Socius bonorum habet beneficium ne conueniatur nisi inquantum facere potest, idem in marito, num. 13.*

13 *Negans id quod est causa sui priuilegii perdit illud.*

14 *Negans debitum quo casu perdat beneficium cessionis. & num. 15.*

16 *Solemnitas extrinseca, quæ non præsumitur, quando interuenisse præsumatur.*

17 *Appellatus negans appellationem aduersarii nõ potest se ex ea iuuare.*

18 *Negans scripturam manu propria scriptam, conuictus de mendacio punitur in duplum.*

20 *Clausula (negat narrata prout narrãtur) tollit substantiam facti, non autem circunstantias suas.*

21 *Negatio generalis non cõprehẽdit id quod uerisimiliter in specie non fuisset quis negaturus.*

22 *Verba ambigua libelli recipiunt interpretationem pro libellante.*

23 *Accusatus quod carnaliter cognouit. B uxorem T. si confitetur cognouisse, B. non per hoc fatetur eam uxorem, & nisi probetur matrimonium, non est probatũ maleficiũ intentatũ.*

24 *Iniuria non dicitur sub uerborum generalitate, nisi descendatur ad aliquam speciem.*

26 *Negans, & postea confitens ante litem contestatam consequitur beneficium à statuto confitenti datum, & datur ratio.*

27 *Veniam facilius quis consequitur quam præmium.*

28 *Negans & postea confitens consequitur beneficium, siue neget factum, siue locum, siue qualitatem. declaratur numero 30.*

29 *Reus confitens mediante iuramento litis decisiuo sibi delato ab actore, nõ punitur, nec perdit beneficium sibi à iure indultum.*

34 *Ignorãtia excusat à pœna negationis.*

36 *Absolutione per sententiam diffinitiuam tollitur confessio maleficii, & omnis macula, & infamia quæ ex tali confessione orta esset.*

37 *Confessio non accepta, non nocet.*

38 *Minor mendax an incurrat pœnam. l. fin. ff. de rei uendic. & considerantur duo casus.*

39 *Factum procuratoris non præiudicat domino.*

Fide-

40 *Fideiußor conuentus ad plus debito potest absolute negare se fideiussorē, quia licet negare totum propter partem plus debito petitam.*

41 *Reus non est condemnandus in expensis, si actor, qui petiit plus debito, in parte obtineat, quia iustam causam habuit litigandi. idem in petente plus tempore, num. 42. & in alio casu num. 43.*

44 *Positio ratione partis indebitæ uel falsæ non potest negari sine incursu periurii. Etiam si unus tantum positionis articulus uerus sit, reliqui omnes falsi. num. 45.*

46 *Negatio & retentio totius datur ratione partis incertæ, datur exēplū.*

47 *Hæres si petenti fideicōmissum opponat detractionem expensarum & meliorationum sibi debitarum à testato e, & retineat, an dicatur in mora, & num. 48 49.*

50 *Error in facto implicito, & intricato excusat.*

51 *Positio in parte vera & in parte falsa potest in totum negari, si ponens protestetur quod non vult partem. Et idem in materia indiuidua. nu. 52. idē si positio cōtineret quid plus in qualitate, nu. 53. idem in positione implicita culpa agentis num. 54*

55 *Veritatem nemo negare debet, etiam si confessio sibi futura sit nociua, & damnosa.*

56 *Reo vel aduocato iustam causam fouenti licitum est cauillationibus aduersariū repellere. Dummodo falsū vel periuriū non comittatur, nu. 57*

58 *Fideiussor negans calculum non perdit beneficium excussionis, nec alia sibi competentia.*

ANTONIVS Cucchus libellum composuit in materia mentientis rem aliquam ad l. fin. ff. de rei vendica. nec tractauit, si rectè vidi de fideiussore negāte fideiussionem, & cum sit materia vtilis, & practicabilis ponam addendo multa in practica vtilia, quæro igitur, an
1 fideiussor † negans se fideiussisse habeat beneficium excussionis. Pro parte negatiua facere videtur opinio multorum tenētium, quod em-
2 phyteota † negans rem esse emphyteoticam non cadit a iure suo. Ioan. Andr. ad Specul. in titu. de locato, §. nunc aliqua, numero 65. Bald. in capitul. primo, §. vasallus, si de feud. controuersia fuerit inter dominū, & vasallum. Iasi. in l. 2. quæst. 32. numero 86. C. de iur. emphyt. Marsil. singular. 242. qui ab illis, qui aliena scripta superficialiter transcribunt allegatur 462. Purpurat. in l. prima, columna 9. C. de transacta. Rip. in l. qui cum se, numero quinto, ff. de re iudicat. Iacob. de Sancto Georg. in sua inuestitur. feudal. in verb. dictique vasalli promiserunt, num. decimosexto, versicu. item aduerte Fanucc. de inuen. par. 6. num. 130. Dec. consil. 28. num. 5.

Secūdo pro hac parte facit, quia
3 negatio † prælati non præiudicat ecclesiæ, glos. consuetud. Turonens. fol. 2. columna tertia, glos. in cap. ecclesia, il primo, in verb. laborent, vt lite pendente. Bart. de different. iur. ciuil. & canonic. num. 38. gloss. magn. in capit pro possessore, circa medium, de regul. iur. lib. 6. Rip. in ca. sæpe, num. 95. de restitut. spoliat. in l. fina. num. 174. C. de reuocandis donationibus.

Pro contraria parte facit opinio aliorū in materia emphyteotica, de
4 qua supra, qđ emphyteota † negans rem

rem esse emphytheoticam cadit a iure suo. Alberic. in l. 2. colum. 10. C. de iur. emphyteot. Ang. in l. fina. colum. 3. versicu. item habet locum. ff. de rei vendicat. Innocen. in cap. cæterum circa finem de iudic. Ias. in §. omnium, num. 87. de actio. Rip. in l. priuilegia, num. 25. de priuileg. creditor. Grat. consi. 28. num. 30 consilio 115. num. 30. volum. primo. Roland. cons. 88. num. quarto, volum. quarto. Marsil. de fide iussor. num. 325. in fine, & hæc * opinio verior videtur saltem respectu pensionis, in qua nullus discrepat, & tenet Redoan. de rebus eccles. non alienand. rubric. de caduci. ob negat. num. 11.

Secũdo pro hac parte facit, quia
5 vasallus negãs † feudum priuatur iure suo cap. 1 §. vasallus si de feudo controuersia fuerit inter dominum, & vassallum, per quem ita tenet Hostiens. in cap. cæterum, numero primo, vbi Abb. num. 21. Felyn. numero decimonono, de iudic. Curt. iun. in tract. de feud. par. quarta, num. 41. Ias. in l. quod te, nu. 31. si cert. petat. Iacob. de Sancto Georgio, in citato loco. Paris. de feud. tit. 1. §. 30. num. 5. Pedemont. 28. numero 2.

Tertio qui negat immistionem
6 non habet beneficium † abstinendi. Cassan. consilio vigesimoprimo, num. 27. versic. etiam.

7 Quarto negans † verum valorem, & precium debet priuare iure suo. Cassan. in consuetud. Burgun. §. 1. 6. num. 5.

8 Quinto si debitor † negat debitum, conuictus de mendacio, & sic iustificato debito in sui substantia, super quantitate statur iuramento creditoris. Rayner. de Forliuio, in l. 1. ff. de in lit. iuran. sentit Bart. in l. admonendi, num. 40. de iureiurãdo. Dec. in l. in actionibus, num. 13. versic. & vlterius de in lit. iurand. in l. certi condictio, §. quoniam, colum. 3. ff. si cert. petat. in l. fina. in fine. C. de edend. in cap. primo, de probat. Marsil. singular. 322. Crauett. consilio 198. num. 9.

Et hæc * opinio vera est, & proce-
9 dit concurrentibus † alijs coniecturis, alias non. Dec. consi. 146. col. 5. in fine, consil. 536. num. 12. Caccialup. in lege admonendi, num. 78. vbi Ias. num. 262. de iureiurand. Boer. decis. 339. in fine, & est communis * opinio. Seraphin. de iurament. priuileg. 36. sentit Pedemon. decis. 96 in fine, vbi exprimit duas, scilicet, negationem rei, & legalitatem creditoris.

Secũdo procedit conclusio, quã-
10 do debitor † negauerit substantiã ipsam facti, tunc super quantitate, & circunstantijs statur iuramento: secus si non substantiam, & factũ, sed quantitatem, vel qualitatem, quia tunc non est locus iuraméto. Plot. de in lit. iurand. §. 37. num. 6. Crauett. videndus de antiquit. tempor. par. 1. vers. vidimus, nu. 12.

Tertio procedit in iuramento in
11 litem † tantum. Ripa. in d. l. admonendi, num. 188. dicens in alio iuramento non procedere: casus iste vtilis est, & valde practicabilis, & multi vtuntur absolute sine coniecturis, & adaptant ad suppletoriũ, quod mihi semper durum visum fuit, ideo pro vtilitate practicæ apposui.

12 Sexto, socius † habet beneficiũ, ne conueniatur nisi inquantum facere

cere potest, & hoc si est socius omnium bonorum in omnibus habet, si vnius negociationis, in illa gaudebit, non in alijs. gloss. communiter approbata in l. sunt qui, in verbo accipiendus, vbi Iason, num. 6. dicit esse communem * opinionem, ff. de re iudic. tamen negando se sociũ perdit tale beneficium, & potest insolidum conueniri. Felyn. in cap. exceptionem, sub num. 44. in fine, de except. per textum, qui hoc dicit in l. sed hoc ita, §. 1. ff. de re iu-
13 dicata, & ratio est, quia negans † id, quod est causa sui priuilegij perdit priuilegium ipsum, & hoc verum est nedum in socio, sed in marito, qui non potest conueniri nisi in quantum facere potest, tamen negãdo perdit tale priuilegium, quod verum est si negat matrimonium, secus si dotis contractum, vel dotis quantitatem. ita notabiliter limitat Barto. in l. etiam, §. primo, num. 3. & 4. ff. soluto matrimonio, sequitur Iason in l. prima, sub num. vndecimo, versic. idem in marito, C. de transact. in l. quod te, columna decima, circa medium, sub numero trigesimo, ff. si certum petatur. Marsi. de fideiussor. num. 327. Rolan. consilio octuagesimooctauo, numero septimo, volumine quarto. Brun. de cession. bonor. quæstio. vigesima quarta, quartæ quæstion. principa. numero tertio, quæstio. vigesima, numero duodecimo. Aret. in §. itẽ si socius, numero secundo, vbi Iaſ. qui legit, cum §. item si quis, num. 6. in 3. notab. de action.

14 Septimo, cedens † bonis debet fateri debitum, alias si negat, vel non negat, nec fatetur, perdit beneficium cessionis, vnde tres sunt casus, aut expresse fatetur, aut expresse negat, aut nec negat, nec fatetur: primo casu gaudet beneficio cessionis: secundo, & tertio casu non gaudet. Bart. in l. pen. ff. de cessio. bonorum, & ibi Bal. & Salic. C. qui bon. ced. poss. Aret. in §. final. num. 8 de action. Brun. de cess. bon. quæst. secunda. principal. num. 6. vnde cauti erunt creditores impugnantes cessionem, vt inspiciant an debitor clarè, & expresse debitum confessus fuerit; nam si negasset, vel expresse confessus non fuisset, tali beneficio non gauderet. ita Bald. in l. prima, in gloss. liberati C. qui bon. ceder. poss. dicens hoc in practica valde notabile, & vtile. Addo Paris. cõsilio centesimodecimo, columna 1.
15 volumine 3. Contrarium † sentit Salicet. dicta l. prima, & Dec. in l nemo ex his, num. 7. de regulis iuris: conciliari possunt si habuit iustam causam, tunc confitendo quandocunque auditur: si verò non habuit iustam causam, tunc pœnitendo ante sententiam auditur. ita Bald. in d. l. 1. colum. 1.

16 Octauo, licet solemnitas † extrinseca non præsumatur, l. quæcunque, §. fin. de publican. nor. in l. sciẽdum, de verb. obligat. tamen si quis negat contractum proprium, conuictus de mendacio præsumitur in contractu interuenisse solemnitas extrinseca, nec defectum solemnitatis allegare poterit. Bald. valde sing. in c. 1. circa finem, qui testes sint necessarij ad probationem nouæ inuestituræ, per Authen. contra qui propriam. C. de nõ numerata pecunia. idem Bald. in cap. primo, §. item si vassallus, columna secunda, de controuers. inuestitur. in l. fina. numero

ro secundo, C.de fideicommiss. Aluarott.in dicto capit. primo, qui testes, &c. reputat valde singulare in practica. Aretin.in l. sciendum.col. decimasexta, vbi Ias.& Crot.numero vigesimo, de verborum obliga. Brun. de probat. & solennit. form. columna duodecima, limitat.5.Menoch.de præsumpt.libro tertio,præsumpt. 132. num. trigesimonono. Addo reputans hoc valde notabile. Trigon. singular. 124. Anton.Gabriel.de acquirend. possession. conclus.quinta,num.nono. Cephal.cõsilio centesimoseptuagesimoprimo num.decimoseptimo, in fin.volum. primo.Mascard.conclus.1315.limitat.3. num.20. volum.3.casus admodum frequens in practica, quoniam multi conueniuntur, negant absolutè contractum,& conuicti recurrunt ad palliaméta,dicendo iste contractus caret solénitatibus suis & est magna præsumptio, quod id, quod extrinsecus non apparet præsumatur, & priuatio cõuertatur in habitum, & dici posset quærendo, nonne reus conuentus licitè a principio, & sine mendacio negauit? videndo contractum carere suis solénitatibus apparentibus, & extrinsecis,non ne iustè negauit,cum paria sint non esse,& inutiliter esse,l.quotiens, ff. qui satisdare cogantur.cur ergo mendax, vel saltem nõn excusatur si postea appareat carentia solemnitatis?

17 Nono facit, quod appellatus† negans appellationem aduersarij non potest ex ea se iuuare. Speculat. dicens in facti contingentia obtinuisse in titu. de appellat. §. nunc breuiter, versicu. sed pone appellatus. sequuntur Imol. Cardin. & Felyn. in cap.ex parte,il secondo, de rescript.vbi Felyn. columna 3. circa medium,versicu.aliud est,dat pro cautela, vt appellatus approbet quatenus pro se facit, nec simpliciter neget, & hoc verum est si appellatus non prosequatur,secus si prosequatur:secundo hoc verum, nisi appellans spoliauerit, vel quid simile attentauerit appellatione pendente, vt per Fely.in citato loco.Guid.Papa singu.386.

18 Decimo,negans† scripturá manu propria scriptam, conuictus de mendacio punitur in duplum, Authen.contra qui propriam. C.de nõ numerata pecunia, vbi Castrens.dicit,quod plus est manu propria scriptum negare, quam publicum instrumétum, vel actum iudicialem, quia primo casu punitur in duplũ, alijs duobus casibus condemnatur in expensis,& hæc opinio verissima est.Bal. in dicta Authen.contra qui propriam, circa mediũ, vbi ex professo tractat. mendacij, & negationis pœnas.Bartol. Castrens.& Imo. in l.si dubitetur.§.primo,de fideius. vbi perdit etiam beneficium excussionis.Ias.in l.1.num.11.C.de transact.in l.quod te, num. 30.ff.si cert. petat. Alex.in l.etiam, §.licet in dotalibus,numero nono, ff. solut.matrimon. vbi perdit etiam beneficiũ cedendarum. Seisell.in l.exitus,columna prima,circa medium,ff. de acquiren. possession. Barbat.in cap. peruenit, numero septimo, de fideiusso. in l. quinta, §. satis acceptio, columna quarta, versic.item est verum.de verborum obligat. Ias.in §. item si quis in fraudem limitat. sexta, numero septuagesimonono,de action. vbi eam in practica valde

com-

commendat Marsil. de fideiuss. quæstio. 46. numero 322. cum sequent. Speculat. de renunciat. & conclusionibus in principio, columna nona, versic. item cessat. Aufr. ad Tolos. 80. & 169. Grat. consilio 63. columna fina. volumine secundo, Rip. in l. qui cum te, ff. de re iudicat. Anto. Gabr. de acquirend. possess. conclu. 5. in lat. 11. nu. decimotertio, Grat. consilio 139. num. 21. vol. secundo, Ozer. in §. si plures, num. 12. de fideiussor. Duen. regul. 335. limita. 14. num. 14. Roland. consilio 88. numero secundo, libro quarto. Ias. in l. sicut autem, §. 1. de re iudicat. Corbol. de iur. emphyt. in princip. num. sexto. Matthe. Coler. de processu executiuo, part. prima, capit. decimo, num. 349. Natteman. practicab. obseruat. forens. libro secundo, obseruat. 5. titu. de fideiussor. & ** est magis ** communis hodie opinio. Thes. Pedemont. 50. Amplian- tes omnes supra nominati auctores in quolibet tertio possessore negante possidere talia bona.

Limitatur autem ista conclusio multis notabilibus modis, & in practica vtilibus, quæ declarationes deseruire possunt nedum in fideiussore, vel tertio possessore negantibus, sed in emphyteota, vassallo, marito, & similibus negantibus, quorum negatio saluari potest modis infrascriptis.

Limitatur igitur primo loco si
19 fideiussor † vel tertius possessor non negasset simpliciter, & absolutè, sed narrata prout narrantur, & exposita, prout exponuntur, &c. Bald. in l. electio, §. neque, ff. de noxal. action. Alexand. in l. etiam, §. licet, columna tertia, solut. matrimo. Marsil. singul. 242. & de fideiussor. quæst. 46. num. 336. Fely. capit. primo, columna penultim. de lit. contestat. Ias. in §. omnium, num. 98. de action. dicens esse vtilissimum in practica, & quod nũquam exeat memoriam, & rationẽ reddit, quia
20 talis clausula † negatiua tollit substantiam facti, non autem circunstãtias suas, & declarat Bartol. hoc pariter valde commendans in l. si dubitetur. §. 1. de fideiuss. vbi Imol. de hoc dicto valde exclamat, & fuisse lucratum multos ducatos, vnde secundum hanc rationem, si petes in libello a me centum ex causa fideiussionis præstitæ, si nego narrata, prout narrantur, vtique censeor negare debitum in se, sed non fideiussionem, & potest esse, quod alias fideiusserim, sed hodie non sim debitor, vel quia fuit factum pactum de non petendo, vel quid simile, idem tenuit Bald. in capitu. primo, numero sexto, de litis contestat. Salicet in l. precum, numero tertio, in fine. C. de liberal. caus. vbi rationem reddit, quia per hanc generalitatem videtur negare ea tantum, quæ sunt contra se, sed non quę pro se faciunt. Et nota antequam vlterius procedamus, quod nec Bart. in citato loco, nec Salicet. in aliquo fundant eorũ intentionem, & tamen creditur, & reputatur dictum notabile, idem tamen tenet Cuman. in l. necessarijs, ff. de acquirend. hæreditat. Alexan. in l. sicut autem, §. 1. ff. de re iudica. vbi reddit duas rationes, prima est,
21 quia generalis negatio † non debet intelligi cõprehendere id, quod verisimiliter in specie non fuisset negaturus, argumento legis obligatione generali, ff. de pignor. & l. 1.

C. quę

C. quę res pignor. secunda, quia in generali sermone non venit illud, per quod quis incideret in pœnam l. procurator in principio, ff. de condict. indebit. l. tertia, §. si procurator, ff. quod quisque iur. not. Bart. in l. codicillis, §. instituto de legat. secundo, dixi in repetit. capitu. cum quid prohibetur part. prima, limitat. secunda, de regul. iur. in 6. idem tenet Iason in dicto §. primo, alia ratione, quia exceptio est libellus rei, l. pri-
22 ma, ff. de except. sed verba † ambigua libelli recipiunt interpretationem pro libellante, l. si quis intentione ambigua, ff. de iudic. Anton. Trigo. singul. 75. num. tertio. Ioan. Lup. in cap. per vestras notab. 6. §. duodecimo, numero decimoquinto, vbi appellat hoc valde notabile, & singulare. Paris. consi. 100. columna prima, volumine 3. Alexan. consilio 37. colum. 3. versicu. & licet, volum. 2. Aretin. in §. æquè, columna quarta, versicu. addas singulariter. instit. de action. in §. final. de fideicommissar. libert. in §. item socius de act. Cucch. de mentiente, numero ducentesimooctuagesimo octauo, & est communis * opinio. Mich. Crass. libro secundo, commun. opi. cap. decimoquinto, quæstio. 3. Bursat. consilio 49. num. 18. est communis, & vulgaris regula, quam sciunt etiam pedagogi. Papiens. in forma responsionis rei conuenti in verbo, narrata. Redoan. de reb. eccles. de caducit. ob negationem, numero tertio, fol. 526. Iacob. de feud. in verb. dictique vassalli, numero 35. Corbol. de iur. emphyteot. in princip. num. decimoquinto. Fely. in capitu. primo, columna prima, de lit. contestat. Ias. in l. eum qui columna penultima, de iureiurand. Brun. de cession. bonor. quæst. 204. quæst. principal. num. decimoquinto, dixi in tract. de iuramen. decisor. questi. prima, numero decimo, vbi videre placeat, & hæc est hodie magis communis opinio. Trigo. singular. 75. in fine, quæ vtiliter addi possent ad ea, quæ in proposito congerit Ant. Gabr. de acquiren. possess. conclus. 5. num. 16.

Et ex prædictis postea infertur,
23 quod si aliquis fuerit accusatus † quod carnaliter cognouerit Bertam vxorem Titij, si confiteatur cognouisse Bertam, non per hoc fatetur eam vxorem, & nisi probetur matrimonium, non est probatum maleficium intentatum, vt latè ex communi dixi in repetit. regul. cum quid prohibetur part. secunda limitat. prima, numero nono, vbi videre placeat, & sentit Iul. Clar. §. fi. quæstione 66. versiculo sed quid si pro parte.

Secundo infertur, quod non di-
24 citur iniuria † sub verborum generalitate, nisi descendatur ad aliquam speciem, puta dicendo simpliciter, tu es malus homo. ita Bar. in l. turpia de legat. 1. vbi Ias. num. 6. in 4. notab. dicit hanc esse communem * opinionem Bald. in l. diffamati. C. de ingen. & manumiss.

Limitatur secundo loco principaliter nisi negâtem pœnituisset ante litem contestatam, & confessus
25 † fuisset, nam tunc excusatur, & auditur, nec perdit beneficium iuris. l. electio, §. 1. ff. de noxal. action. vbi Bal. dicit notabiliter, aut reus negauit in iudicio factum principale, & ex hoc inducta est litis contestatio ipso facto, & sic non erit locus pœnitentię,

nitentiæ, aut negauit extra iudicium, vel negatio non fuit circa factum principale, sed circa accidentia, vel opponit exceptionem simpliciter, non addendo alia verba ex quibus inducitur litis contestatio, puta negat narrata, vel dicit nõ teneri. Franc. in cap. 2. colum. 2. de lit. contestat. in 6. Bald. in cap. durum, num. 8. de electión. in l. quidam æstimauerunt, colum. 2. ff. si cert. petat. & tunc erit locus pœnitentiæ, dicens hoc perpetuo notandum in practica. idem tenet gloss. in l. inde Neratius, §. hęc actio in verbo in duplum circa medium, ff. ad l. Aquil. Ang. in l. si dubitetur in fine principij, & in §. 1. de fideiussor. Bald. in l. 1. num. 24. versic. quintus casus, C.
26 de furt. vbi extendit quod talis † negans, & postea confitendo ante litem contestatam consequitur lucrum delatum ex forma statuti ipsi confitenti, & rationem reddit, quia negatio ante litem contestatam nõ inducit onus probandi ipsi actori: idem etiam tenet Ias. in §. ex maleficis, num. 27. de actión. in l. cum qui in princip. num. nono, de iureiurando, vbi cum Bald. tenet quod nedũ ad fugiendam pœnam, sed ad consequendum beneficium aliquod a statuto indultum pœnitere licet ante litem contestatam nondum liquidato negocio, & fuit etiam de mente Bald. in cap. vassallus il primo, col. secunda, si de feud. controuers. fuerit inter domin. & agnat. melius in cap. 1. §. porrò in 4. colum. in verb. non generaliter in tit. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. Fely. in cap. cæterum, sub num. 18. versi. ista limitatio de iudic. immo Bald. in l. contra negantem, C. ad l. Falci. videtur distinguendo tenere quod ad præmium consequendum licita est pœnitentia vsque ad litis contestationem tantum, sed ad pœnam euitandam, nedum ante litem contestatã, sed etiam post vsque ad sententiam nõ liquidato tamen adhuc negocio, & sic primo casu terminus sit litis contestatio, secundo casu terminus sit liquidatio negocij. nec displicet ista differentia, quia primo casu tractatur de priuilegio, quod facilius tollitur l. eius militis, §. militia minus de militar. testam. sed in casu tractatur de liberando a pœna, meritò iustum est longius tempus indulgeri: idem Bal. in cap. dudum, il secondo, num. 8. de electio. rationẽ reddens, quia pœna remittitur pœnitenti, præmium datur merenti, & facilius consequitur veniam,
27 † quam præmium. commẽdat Ias. in l. diuortio, §. quod in anno, num. 19. ff. solut. matrimon. communis tamen opinio est, vt tam ad pœnæ remissionem, quam ad beneficij cõsecutionem idem sit iudicium, & tempus. Afin. in pract. §. 19. cap. 10. num. 6. Vnde licet quis suam turpitudinem allegare non possit, hoc verum ad persistendum in ea, secus ad desistendum, quia ad desistendum licet esse contrarius, & turpitudinem allegare, vt pulchrè deducit Bald. in l. prima. nume. 24. versicu. quintus casus in fine. C. de furt. per textum in l. si seruus plurium, §. 1. ff. de legat. 1.

Ampliatur autem id, quod dictum est de pœnitentia ad præ-
28 mium consequendum † vt habeat locum siue quis neget factum, siue locum facti, puta rem esse de territorio, siue alleget qualitatem inclu

dentem

dentem negatiuam, puta coram iudice laico se esse clericum, vt latè deducit Bald. in l. ea quæ, quæst. 11. sub num. duodecimo, C. de condict. indebit. eandem sententiam sentit Roman. consi. 59. num. decimotertio, melius, consil. 70. num. 6. versic. secundo principaliter. Alexan. in l. hęreditatem, §. 1. ff. ad l. Falcidiam. Marsil. de fideiussor. num. 337. limitat. 20. Barbat. consil. 36. colum. 1. libro tertio Marian. in cap. quoniam frequenter, §. quod si super, vt lit. non contest. Gozad. consilio 66. in fine. vnde vera est conclusio, quod siue simus ante litem contestatam, siue post, liquidato nondum negocio, nec actori in onere probandi grauato licet pœnitere, & negationem reuocare l. de ætate, §. final. vbi Bal. ff. de interrogator. actio. vbi est textus admodū delectabilis in hoc, & videre, & considerare placeat. addo. Grat. consi. 37. columna secunda libro 2. & hæc est communis * opinio. Roland. consilio 88. num. 11. volum. 4.

Addo Rip. in l. priuilegia, num. 25. de priuileg. creditor. Gozad. consilio 66. in fine. Tiraquell. de retractu conuent. §. primo glos. quinta, numero 20.

Quæ addi possent ad ea, quæ ponit latè Anton. Gabr. de acquir. possess. conclus. 5. num. 31. limit. 6. vbi in hoc sicco pede pertransit, prout videri potest.

Quid si actor detulerit reo iuramentum litis decisorium, & medio iuramento reus fateatur, punietur
29 ne de mendacio, & perdet reus † beneficium sibi a iure indultum? vtique non, quia actor in hoc non grauatur onere probandi. glos. in l. fin. vbi Bar. nu. 11. ff. de rei vendic. dixi in tractatu de iuramen. litis decisorio, q. 24. vbi videre placeat.

Quid in iuramento in supplementum? vtique in hoc contrarium est verius, cum actor non fuerit absolutè releuatus ab onere probandi, & quantum in ipso reo fuit in nullo releuauit actorem, & si in aliquo apparet releuatus, id fuit per beneficium iuris, & hæc opinio verior videtur, contraria tamen est magis * communis, vt per Alex. in d. l. cū qui post Bart. & Fulgos. vnde in hac materia mendacij, & pœnę, ipsius actor dicitur releuatus ab onere probandi tam per meram, & puram cōfessionem, quam per iuramentum decisorium, vel in supplementum, cum hęc sit priuilegiata probatio.

Declara prædictam principalem limitationem, multis modis, & primo, vt non procedat econtra; nam si
30 primo confessus est, & postea † negauit, negatio vti posterior pręualet. l. pacta nouiss. C. de pact. glos. in §. ex maleficijs in verb. distulerint de actio.

Declara secundo, vt licet reuocatio negationis prosit quoad euitationem pœnę, condemnabitur tamen in expensis. Declaratur tertio, vt possit actor si vult nolle vti dicta confessione, de his duobus dixi in tract. de iuramento litis decisorio, q. 24. principal. Circa præmiū consequendum posui superius limit. 2.

Limitatur tertio loco principa-
31 liter, vt negans † puniat de suo mēdacio, si concurrat iudicis comminatio, vt respondeat verum sub pœnis iuris. Bart. in d. l. fi. in l. si prius, vbi Alciat. de nou. oper. nunciat.

Limitatur quarto loco principaliter,

32 liter, si † libellus sit bene conceptus, & formatus, secus si sit ineptus & male formatus, ita singulariter tenet Bal. in l. edita in repetit. Pata nina, num. 115. C. de edendo. reputat valde singulare Alex. ad Barto. in l. fin. ff. de rei vendicat. litera D. in l. etiam, §. licet limitat. 4. num. 9. in fine, ff. solu. matrimon. Felyn. in cap. ex tenore colum. 3. num. 3. de rescript. hoc valde commendãs pro limitatione, ff. de rei vendicat. in capit. ceterum sub num. 19. limita. 4. de iudic. Alexand. reputans hoc pariter valde singulare in l. 1. C. de his qui potent. nomi. Cassan. consilio 38. colum. 2. Gomes. in §. ex malefic. columna septima, de action. Ias. in § omnium, num. 97. eodem titu. Marsil. de fideiussor. nume. 38. Cott. in memorab. in verb. mendax, dicens hoc valde notabile in practica in materia positionum. Cucch. de mētien. possess. nu. 289.

Limitatur quinto loco quando dolosè, vel cum culpa, & scienter fuisset facta negatio, cessante autē dolo, vel culpa, non procedit dispo-
33 sitio, & pœna † dictę l. fina. nec mētientis, vt per gloss. in dicta l. final. Bald. in capi. primo, §. vassallus per illum textum in verb. ex certa sciētia, si de feud. controuers. fuer. inter domi. & agnat. commendat pro notabili Ias. in citato loco in l. eum qui in princip. de iureiurando. Alexand. consilio 35. libro quinto. Alciat. in l. si prius, ff. de nou. oper. nunciat. Felyn. in cap. cęterum, numero decimooctauo, limit. prima, de iudic. Grat. consil. 37. numero 3. libro 2. Roland. consilio 78. columna tertia, libro secundo. Thesaur. Pedemont. 50. sub numero quarto. Brun. de cession. bonor. quæst. 20. 4. quęst principal. num. 16. Cotta. in verb. mendacium in fine, vnde
34 de ignorantia † excusat a pœna negationis, & l. fi. de rei vendicat. Bal. in l. ea quæ, columna 1. ff. de condictio. indebit. allegat capitu. primũ, de elect. in 6. pulchrè Roman. consilio 70. numero quinto, exemplificari autem rectè meo iudicio potest in viro, qui deditus sit mercaturæ, militiæ, vel literis, quia adeo in eis versatus, & deditus est, vt rei rusticę curam alijs relinquat, & vix singulorum prædiorum, quæ possideat fines, loca, & nomina sciat. & ego expertus loquor, qui meorum bonorum fines ignoro, & ob id omnes vicini diripiunt, ecce fructus studiorum, vnde cautus erit actor articulare possessionem, & scientiam, alias succumberet. Bart. in d. l. fi. num. 9.

Limitatur sexto loco principaliter, & notabiliter, nisi responsio
35 † fuisset per iudicis decretum annullata. dictum est singulare, & menti tenendum Innocent. in capi. mulieri de iureiurando, vbi Bal. numero tertio, dicit esse hoc dictum perpetuæ memoriæ dignũ, quod si aliquis est confessus male-
36 ficium, † si tamen fuerit per diffinitiuam absolutus, est sublata confessio, & omnis macula, & infamia, quæ ex tali confessione orta esset. vbi Abb. num. decimo, dicit pariter hoc singulariter notandum, quod licet venire contra confessionem, & rationem reddit, quia non est nec per iudicem, nec per
37 partem acceptata, ergo † in ea non potest fieri fundamentum. regul. ex eo libro 6. idem Bal. in Authen.

contra qui propriam, colum. pen. num. nono, in fine, C. de non numerata pecunia, dicens hoc dictum Innocentij esse valde celebre, & memoriæ dignum.

Ampliatur notabiliter etiam si talis confitens de facto fuisset absolutus. ita Bal. in l. si quis in hoc genus sub num. 4. versic. quæro vnũ. C. de episcop. & cleric.

Ampliatur secundo, vt nulla macula inferatur ex tali confessione. Bald. dicens hoc perpetuo notandum in l. 1. sub num. 95. C. de confessis.

Ampliatur tertio etiam in confessione iurata, vt per Bald. & clarius per Abb. in d. cap. mulieri sub num. 10. relinquitur tamen conscientiæ suæ si vult, vel non vult. examinet igitur seipsum, vt prudenter ibi discurrit Imol. num. 3. Hinc postea in facti contingentia. Roman. consi. 59. num. 10. versi. secundo principaliter, quod si articuli, vel interrogationes sunt admissi per iudicem saluo iure impertinẽtium, & non admittendorum, si respondeatur negando, si apparebit ex processu, vel interrogatione ex aliquo capite de iure, non esse admittendã, hæc pronuncia sufficiet, vt talis responsio habeatur pro reiecta a iudice. casus frequens, & quotidianus in materia articulorum, positionum, & interrogatoriorum.

38 Quid in minore † an incurrat pœnam l. final. ff. de rei vendicat. non video a Doctoribus tactum in locis ordinarijs, quare crederẽ considerari posse duos casus. primus est in minore quatuordecim, & hic propter mendacium suo iure non priuatur. vnde negans feudum illud non amittit. Guid. Pap. q. 454. Bursat. consi. 49. nu. 19. pariter nec negando rem esse emphiteoticam. Cabol. de iur. emphiteo. in princip. numero 18.

Secundus casus est in minore annorum vigintiquinque, & iste incurrit, sed competit restitutio in integrum ex l. si ex causa, §. nunc videndum versic. sed si cum, ff. de minor. quem textum interpretando Carol. Ruin. ad l. 1. §. nunciatio, nu. 210. de nou. oper. nunciat. dicit in duobus casibus succurri minori aduersus dolum verum, & mendaciũ verum, primo si tractat de damno vitando, non autem de lucro captãdo & hic casus applicari potest in præsenti materia, quia ob mendacium, quis priuatur iure suo, meritò tractatur de damno vitando: secũdo casu restituitur minor aduersus pœnam accidẽtalem, seu pœnæ augmentum, quod in multis casibus contingit, non autem restituitur aduersus pœnam primordialẽ primo loco incursam, & iste secundus casus potius obstat, quia sumus in pœna primordiali. sequit Sfort. de restitu. in integrum q. 83. artic. secundo. crederem tamen iudicis arbitrio restitui habita ratione qualitatis minoris sagacitatis ipsius, & qualitate facti, & negocij.

Limitatur septimo, vt procedat, & habeat locũ in negatione facta ab ipsomet principali, secus si fiat

39 ab eius procuratore, † nam tunc domino non præiudicat, vt latè dixi in repetitio. regu. cum quid. par. 1. limit. 2. de regu. iur. in 6. Ronchegall. in proprijs terminis de duob. reis l. 3. §. vbi duo, num. 131.

Limita-

Limitatur octauo in fideiussore 40 conuento ad plus debito† quo casu potest absolutè negare se fideiussorem, quia licet negare totum propter partem plus debito petitam, Speculat. in titu. de position. §. 5. versi. secundo verò exemplo. gl. in cap. final. in verb. rationabili causa circa finem de confessis in 6. Bald. in cap. dudum il secondo, num. 29. de election. ea ratione, quia non tenetur positionem diuidere, & negans totum non dicitur negare partem. in addit. ad Specul. in titu. de positionibus, colum. 3. versi. sed pone quod. in l. ea quæ, quæst. 9. C. de condict. indebiti. Salicet. in l. 1. q. vltima. C de plus petit. in l. secunda. §. quod obseruari in vlt. colum. C. de iurament. calumn. in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. Deci. in l. non potest videri improbus, colum. 3. versi. & pari ratione, vbi Cagno. num. 5 dicit in secreto iuris veriorem. ff de reg. iur. Papiens. in forma positionum. in verb. ponens, & hanc dicit * communem Imo. in cap. dilecti, colum. 2. num. decimo, de maiorit. & obedient. vbi etiam appellat hanc quæstionem notabilem, & veriorem dicit Alciat. in dicto §. si stipulanti, nu. quadragesimooctauo, vbi Ias. numero decimo, pariter communem * attestatur. Grauat. ad vestr. libro 5. cap. decimoquatto, numero vigesimoquarto, Eman. in suo Thesaur. litera P. numero 102. periurij Didac. appellans veriorem var. resolut. libro primo, cap. 2. sub num. 5. versicu. in oppositum, & ita in practica seruatur. Abb. in capit. 1. num. decimoquintò, de plus petition. Marsil. de fideiussor, num.

41 39. Vnde si actor† qui petit plus debito in parte obtineat, reus non est in aliquo condemnandus in expensis, vti qui habuit iustam causam litigandi. Barto. in l. qui solidũ in fine principij, numero secundo de legat. secundo, & ibi etiam Castren. numero primo, clarius Imo. dicẽs illum textum esse ad hoc val de singularem, & notabilem. Ias. in l. properandum. §. sin autem alteru tra num. decimosexto, C. de iudic. dicẽs pariter illum textum ad hoc singularem Neuizan. consi. 94. numero 12. & 13. Curt. iun. in l. age. cum Geminiano numero 8. C. de transact. practic. Corrad. libro primo, cap. nono, de prætore, §. 3. de offic. prętor. in caus. criminal. in titu. de sentent. diffinitiua criminali limitat. 16. & hęc est * communis, & inueterata opinio, a qua in iudicijs non est recedendum. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 177. num. 15. Sebast. Medic. de regul. iur. in fine regul. septima, num. vigesimoquinto, limitat. octaua.

42 Ampliatur hæc conclusio † in petente etiam plus tempore. Guid. Pap. consilio 90. in fine, sentit bene Alexand. consilio 183. in fine volum. quinto, in quotidiana facti quæstione de eo, qui fecit positiones, quod Ioannes possedit toto tẽpore eius vitæ, & vsq; ad eius mortem; nam si possessio vera sit, sed falsa de tempore mortis, poterit tota negari ratione partis falsæ, Addo Paris. consilio 104. numero 13. libro tertio.

Ampliatur secundo loco vltra alios in locis ordinarijs, quod imò 43 actor† & si in parte victor debet in expensis totius causæ condemnari

ad fauorem reorũ victorum. Guid. Pap. consi. 8. num 4. consi. 90. in fine per cap. vnic. de plus petition. Declara nisi actor in libello obtulerit recipere partem debitam; ita Bar. in d. l. qui solidum in fine principij. Aret. in §. is qui, colum. fina. instit. mandat. Purpurat. ad l edita, nu. 298. C. de edend. Afin. in pract. §. 32. cap. secundo limitat. 10. in fine. Addo Cagnol. in l. non potest videri improbus, num 6. de regul iur. Roland. consilio 71. in fine, numero primo, consil. 62. num. 17. libro 4. Masuer. ad Papiens. in tit. de position. in verb. ponunt in fine. vnde bonum est offerre. Contrariam opinionem, scilicet quod ratione partis indebitæ vel falsæ non
44 possit positio † negari sine incursu periurij, tenet Barto. in l. 1. §. si stipulanti de verb. obligat. cum quo est magis communis opinio, vt ibi Alexand. attestatur, num. 7. Aret. num. 29. Vincent. num. 17. Ias. num. 19. Seisell. num. 8 Franc. in capit. præsentium. colum. 6. super gloss. in verb. singillatim de testibus in 6. dicens post Hostiens. hanc opinionem esse tenendam cõtra cauillosam aduocatorum subtilitatem. Bart in l. is qui ducenta, §. vtrum in final. verb. ff. de rebus dubijs in l. qui cum totum de excẽpt. Abb. in cap. vnic. nu. 15. de plus petition. & hanc opinionem dicit veriorem, & christiano viro dignã, & in camera Imperiali sępius obseruatam. Misinger. libro secundo obseruat. capit. 55. Masuer. ad Papiens. in titu. de position. in verbo ponunt, vbi pulchrè loquitur, dicens vidisse pluries iudicatum.

Ampliatur hæc conclusio, vt vera sit etiam si vnus tantum posi-
45 tionis † articulus verus sit, reliqui verò omnes falsi. Misinger. centu. secunda, obseruat. 55. dicens in camera Imperiali iudicatum ea ratione, vt omne periurij periculum euitetur, & periculosa quorundam aduocatorum versutia excludatur.

Declaratur hæc cõclusio ex mẽte multorum quando portio indebiti esset incerta, & tenderet in plus, & in minus ratione negocij, de quo agitur, & de facili absorberet pro maiori parte, & sumus in casu, in quo permittitur ius retinẽdi, quibus concurrentibus licet negare totum, nec reus constituitur in mora ratione partis debitæ, nec in aliquo condemnari poterit in expensis. ita Bart. in l. non potest videri de regul. iur. clarius Alciat. in l. 1. § si stipulanti, sub num. 54. versicu. sed considerando de verborum obligat. Didac. var. resolut. lib. primo, cap. secundo, columna 9. versicu. ad textum in l. qui solidum, qui non ita clarè loquitur, prout Alcia. sed subobscure more suo a paucis intellectus per leg. in fideicommissi in princip. ff. de vsur. vbi secundum Ang. ibi est textus notabilissimus, licet difficilis, & ibi not. Bart. numero quinto, quod ratione
46 partis incertæ datur negatio, † & successiuè retentio totius, & reddit rationem ibi Bart. quod pars incerta, quæ ibi erat Falcidia, poterat absorbere quandoque totum debitum, & illum textum dicit vltra supra nominatos valde singularem. Ancar. consilio 235. columna prima, circa medium, quod interpellatio extraiudicialis non cõstituit in mora quãdo pars, quæ petitur, prætenditur

tenditur indebita; & est incertum quanta sit. Sed vnum dubitare me facit in materia d. l. quia videtur in nui quod hæres, qui prætendit hanc retentionem ratione incertitudinis, instare debet eligi calculatores super Falcidia detrahenda, vt ibi not. Ang. in emendentialibus. Vnde crederem in implicitis non esse absolutè negandum, sed potius addendum calculum fieri, & ita vidi secutius practicari.

Iuxta quam l. in fideicommissi. in facti contingētia respōdit Guid. Pap. q. 466. quod si fideicommissa-
47 rius † petit fideicommissum, & hæres opponat detractionem quarundam expensarum; & melioramentorum per testatorem debitorum quod per talem retētionis exceptionem hæres non dicitur esse in mora per d. l. in fideicommissi. dicens ita decisum in curia parlamenti, de qua resolutione sic absolutè facta puto dubitandum, vnde crederem duos casus considerādos: primus est casus cum hæres opponit detractionem Falcidiæ, iuxta terminos d. l. in fideicommissi. & tunc non dicitur in aliqua mora eam opponendo, & totum interim retinendo ratione partis incertæ modo, quo supra dictum fuit.

Secundus casus est extra terminos l. Falcid. si opponitur exceptio melioramentorum, vel alicuius æris alieni, cum testatore contra-
48 cti, & tunc non auditur hæres, † sed primo debet restituere hæreditatem, saltem verbo, & postea retinere res iure pignoris, iuxta l. debitor cum materia. ff. ad Trebell. aut enim hæres habet pignus in manibus, & facta restitutione datur retentio, aut non habet in manibus, & pro credito competit hypothecaria, nam pignoris obligatio retinendo, nec agendo est sublata per creditorem hæredem institutum a debitore, vt ibi notant Doctores; & est vera & communis opinio l. Coras. in l. frater a fratre, num. 25. de condict. indebit. Rolandus consilio 65. num. 16. vol. secundo, qui bene loquitur ad materiam l. debitor. ff. ad Trebellian. Mich. Crass. in §. fideicommissum quæst. 47. num. 3. & ita crederem materiam intelligendam, & sic habetur intellectus ad l. in fideicommissi. intelligendo semper l. debitor. in hærede coacto, secus in hærede sponte adeunte, quia sibi præiudicat, & omnis actio confunditur, & magis communiter ibi tenent Doctores, licet Paul. Castr. in eius distinctione aliter teneat, si vero pars, quæ potest retineri, est liquida; & tunc actore offerente se paratum recepturum partem,
49 reus † constituitur in mora stante tali oblatione actoris, si autem pars est liquida, & reus nullum habet ius retinendi; tunc si nō offert partem liquidam, constituitur in mora, ita Bart. in d. l. non potest videri, & ita sentit Alciat. in l. prima, §. si stipulanti sub num. 54. vel si aduerte quia, ff. de verbo. oblig. Didac. hoc quasi ex proprio capite comentans variar. resolut. libro 1. cap. 2. columna septima, & ita in Regno Franciæ practicari testatur addit. ad Dec. in l. non potest litera B. de regul. iur. & est bonus textus in l. seruus, §. bone in verb. contra, ff. de condictione indebiti. Resolutio igitur ea videtur esse, aut

pars debita est liquida, & conferri debet, alias non, & non dicitur in mora ratione totius: in facto igitur implicito licet negare totum, & excusatur negans ab expensis, & a mora, & ad prædicta facit, quia er-
50 ror † in facto implicito, & inextricabili excusat, vt dixi in tracta. locat. & cond. ac par. 5. grad. 7. in verb. impe ritia limita. num. 140
Limitatur secundo loco, quod
51 positio † in parte vera, in parte falsa pōtest in totum negari, si ponens protestetur quod non vult partem, Felyn. in cap. nam concupiscentiam col. 1. fina. limitat. de constitut. ita intelligendo gl. in cap. 2. de con fess. lib. 6. gl. magna circa mediū, quæ apud me vix dicit.
Limitatur tertio in materia indi
52 uidua, † quia tota positio negari poterit secundum Felyn. in cit. lo co. Addo bonum text. in l. 1. §. item quæritur. ff. de aqu. quotidiana, & æstiua, vbi si aquæ cursui promisso aqua superaddatur tota negari poterit, quia sumus in indiuiduis, & hoc idem tenuit glo. in l. si seruus, § bouē. ff. de condict. furtiua, & pro tenendo est bonus, & vtilis ille cō textus in d. §. item quæritur. nodū in aquæ receptione; de qua loquitur, sed in fumo, in subgrundijs, in immunditijs, nam excedens in aqua, fumo, & similibus potest in totum prohiberi.
Limitatur quarto quando positio continet, quid plus non in quantitate, sed in qualitate, puta debitum conditionale, vel in diem ante diei, vel conditionis euentum,
53 quia absolutè † negari poterit. Alexan. in d. §. si stipulanti sub num. 7. Abb. in c. qui. nu. 5. de plus peti tionibus. Io. de Arno. dialog. 93. debi tum igitur in conditionem, vel in diem ante purificationem absolutè negari potest etiam medio iuramento, etiam si adsit instrumentū guarentigiatum. Roder. ad legem post rem iudicatam limita. 7.
Limitatur quinto in positione implicita culpa agentis, quia tota
54 positio † negari poterit. Bal. in l. cū quæ, num. 1. ff. de condic. indebiti declarando, vt ibi per eum, & in materia pro salute animæ respondentis considera plures casus, primus est circa peccatum, secundus circa mendacium, tertius circa periurium, circa peccatum peccat vtique qui positionem simpliciter negat, nec explicitè, licet non interrogatus non dicit quantum verè debeat, non tamen est mendax, vel periurus, quia talia crimina committuntur in explicitis, non in implicitis, vnde si negat positionem simpliciter debitor in parte non est periurus, nec mendax, sed si vtitur alijs verbis præcisis, puta dico nihil debere, tunc est mendax, & periurus. ita discurrit Didac. var. resolut. lib. 1. cap. 2. col. 4. in l. si in l. pupillus, §. si. ff. de verb. signifi. dicat ex veriori esse periurium qui positionem in parte veram simpliciter negat.
Addo vltra Didaci gl. notabile, & ab omnibus, pro singulari commendatam in c. cupientes, in verb. malignantium. de elect. lib. 6. quod pro salute animæ suæ nemo debet
55 negare † veritatem etiam si confessio sibi futura sit nociua, & damnosa, quam valde commendat Iaf. in l. Iulianus verum debitorem, col. 6. in fin. num. 14. ff. de condict. indebit,

bitur, unde dat ibi cautelam reo ut respondeat sub conditione, sic, si aliquid tibi debeo, solui, colligitur tamen ex eadem glossa, quod licitum est
56 reo, † vel aduocato iustam causam fouenti cauillationibus aduersarium repellere, & dicit ibi Franc. singularem, & procedere in foro conscientiae, & est alia glossa notabilis in Canon. dominus in verb. insidijs in fin. 23. quaest. 2. quam singularem dixit Marsil. singular. 177. propè finem. Misinger. centur. tertia, obseruat. sexta.

Cui addo Dec. consil. 508. col. 2. & 690. col. 1. Bologni. in Authent. habita, col. 144. C. ne filius pro patre. Anchar. consi. 145. Alcia. regu. 3. praesumpt. 27.

57 Declara dummodo falsum, † vel periurium non committatur, ut per gloss. in d. verb. malignantium, & in Cano. nullus 4. quaest. 4. Ang. in verb. interrogationes num. 63. unde contra falsum instrumentum non licet aliud falsum producere. Bald. in rub. C. de fid. instrument. num. 36. Fel. in l. manifestè de iureiuran. in §. in bonae fidei, num. 85. de act. Felyn. in cap. exceptionem in fine de except. Cagnol. in l. ea est natura nu. 12. & 13. de regul. iuris. Corn. consil. 186. col. penult. lib. 3. Barbat. in l. 2. §. stipulante de verbor. oblig. Tiber. Decian. in tract. criminal. Tom. 2. cap. 11. sub num. 57. Tom. 1. cap. 37. nu. 7. & fideiussor
58 † negans cyrographum non perdit beneficium excussionis, nec alia sibi competentia. Iason in l. qui dimittit. [illegible] §. 1. [illegible] de re iudicat. unde petere [illegible] ex [illegible] hoc illi negari potest.

QVAESTIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Excussio opponi non potest contra creditorem habentem specialem hypothecam in re, contra quam mouetur tertius.*
2 *Excussio non requiritur in actione reali, & numero 7.*
3 *Species operatur in sua specie, quod operatur genus in suo genere.*
4 *Consilium Craue. 771. declaratur.*
5 *Hypotheca resoluitur solutione pecuniae debitae.*
6 *Text. in §. ad hoc in Auth. de litig. perpenditur, & declaratur multipliciter.*
8 *Excussio requiritur in generali hypotheca, & tacita, secus in speciali & expressa.*
9 *Lite pendente cum debitore si sit facta alienatio, & ex tali alienatione tertius conuenitur, non habebit beneficium excussionis stante litis pendentia.*

PRAECIPVA est inter Doctores disputatio, an excussio opponi possit contra creditorem habentem specialem hypothecam in re, pro qua agitur. Et pro parte negatiua † facit dictum Bald. in rub. C. de his, qui in fraud. creditor. col. 1. versic. et nota, de quo superius vidimus, & licet Bal. non loquatur specificè de re hypothecata, tamen verba sua hoc importare, eum dicat, quod si debetur species alienata, non requiritur excussio: potest enim largo modo dici, quod res hypothecata debetur creditori, cui est hypothecata, & hanc opinionem magis in specie firmare videtur Craue.

1

uet. consil. 77. num. 18. faciunt notata per Negusant. de pignor. part. 8. membr. 1. num. 20. Iason in §. item si quis in fraudem, limit. 2. nu. 76. dicens non requiri excussionē quādo quis est debitor illiusmet speciei, quæ a tertio possidetur per dictum Bald. superius allegatum.

Secundo facit, quod in actione
2 reali non requiritur excussio, † vt per Bal. in citato loco, sed actio hypothecaria est in rem, vt not. in §. item seruiana de actionibus, vbi Iason nu. 95. & 119. facit l. pignoris. ff. de pignor. & hanc opinionem tenere videtur Socin. consi. 8. col. 3. vers. vel etiam vol. 3. Rot. Genuen. 13. num. 18.

3 Pro contraria † parte facit quod operatur genus in suo genere, operatur species in sua specie, sed in generali hypotheca non requiritur excussio, vt pluries dictum fuit, ergo nec in speciali.

Secundo facit id, quod not Bald. in l. 1. col. 1. C. de his, quæ in fraud. creditor. nempè speciale esse in pignore prætorio, vt vagi possit sine excussione, vt superius suo loco vidimus, ergo in alio pignore excussio requiritur, & tamē pignus propriè sumptum semper est certum, cum corporalis ipsius possessio adipisci debeat per illius creditorem, §. item seruiana, in fin. de action. & hæc opinio verior est, siue hypotheca sit generalis omnium bonorum, siue specialis excussio requiratur, ex Authē. hodie C. de fideiussor. & §. sed neque Auth. eodem, Neguss. de pignor. part. 8. memb. 1. num. 9. & 10. & hæc est communis opinio, Natt. cons. 521. num. 7. lib. 3. Bero. consi. 86. num. 1. lib. 3. Neuiz. consi. 3. num. 17. Roland. consi. 89. num. 5. lib. 1. Decis. Pedem. 145. num. 1. vbi de communi, & passim in iudiciis obseruatur. Coras. in d. §. item si quis, num. 7. Andr. Gail. practicab. obseruat. lib. 2. obseruat. 22. Thesaur. decis. Pedem. 5. n. 7. vbi in speciali hypotheca in specie loquitur.

4 Nec obstant rationes † in contrarium adductæ; & primo ad consil. Grauet. 77. quia ibi non prouenit ratione specialis hypothecæ, sed propter scientiam tertij possessoris arg. l. fi. §. fi. de leg. 2. quam allegat.

Ad Negusant. dictum respondetur, quod loquitur quando agitur aduersus tertium possessorem, qui non habet ius hypothecæ in re possessa, quo casu etiam si prior creditor habeat non solum speciale, sed generalem tantum, tamen non requiritur excussio, & ibidem tradit Negusant. post Socin. consi. 198. ad idē vide Cassan in catalogo gloriæ mūdi part. 12. considera 99. limita. 2. Roland. consi. 76. lib. 4. Didac. var. resolut. lib. 3. cap. 18.

Non obstat limitatio Ias. & de Bald. quia respondetur, quod pinguius ius habet in ea re, cuius est creditor, quā si in ea solum habeat
5 hypothecam, † quæ solutione pecuniæ debita resoluitur, & dictum Bald. loquitur quando agebatur ad consequendum rem per actionē in rem, non per hypothecariam, & Iasi limitationem reprehendit Seisell. ad l. exitus, ff. de acqui. possess. limitat. 3. vbi pariter loquitur in speciali hypotheca.

Ad aliud de actione reali, cōtra quā nō requiritur excussio, rñdes, q̄ hęc actio nō est propriè realis, cū agat pro euocatione possessionis.

Sed

Sed aliqualis restat difficultas cir
6 ca textum † in §. ab hoc authen. de litigiosis, vbi Imperator electionē dat creditori, vel contra debitorem agere, vel hypothecaria in rem contra possessorē, iuxta l. distractis. C. de pignor. quare ad illum textum pro conciliatione dantur variç solutiones, prima est Bulgari, & Ioannis, quod § ab hoc corrigat. §. sed neque. authen. de fideiussor. vbi ponitur axioma principale excussionis, & secundum calculum temporum concedi potest per viam discursus; nam authen. de litigiosis est cōstitutio edita per Iustinianum anno eius Imperij 15. & mense Septembris, & sic anno salutis 540. authen. verò de fideiussoribus, vbi est, §. sed neque fuit constitutio edita prius quinto anno Imperij nono, & sic anno salutis 535. vt ex data constitutionum colligitur.

Secunda fuit conciliatio Irnerij, vt electio quidē detur creditori ad formam illius §. ab hoc, & iuxta l. distractis, & l. persecutione. C. de pign. si debitor ipse possideat, nō autem si res apud tertium possessorē reperiatur & in alienas manus pignus peruenerit, & huic cōciliationi deseruiens quasi pro limitatione posuit authen. hoc si debitor post d. l. persecutione, sed hæc solutio subsistere non potest, cum in d. §. sed neque, vnde sumpta est authētica hoc si debitor, nulla reperiatur distinctio, prout Irner. præsupponit, & in d. §. ab hoc aperte de re vendita nominatim hypothecata Imperator loquatur, prout in ipsa l. distractis de distract. pign. immo idem Irner. hoc sentit, dum posuit authen. hoc si debitor post l. distractis.

Tertia est conciliatio, vt d. §. ab hoc procedat, & locum habeat facta excussione quod non satisfacit, nā ad quid daretur electio ex eo contextu si esset facienda excussio.

Quarta est igitur conciliatio Accursij mei, aut sumus in hypotheca generali, & etiam tacita, & tunc requiritur excussio, & ita procedat textus in d. §. sed neque. aut sumus in speciali, & expressa, & tunc non requiritur excussio ex d. §. ab hoc dante electionem, & ita concludit Thessaur. decis. Pedemon. 5. ii concludens quod siue adsit clausula constituti tantum, siue dominij reseruatio, siue specialis hypotheca, cessat excussio, ad maiorem talem cautelam, & ad tollendas omnes difficultates, & Doctorum disputationes, melius erit simul cumulare ista omnia.

Correlarie igitur ex discursu huius quæstionis infertur, primo, ex-
7 cussionem † non requiri cum agitur actione in rem, vt dixi superius. Secundo non requiritur excussio, vbi adest cōstitutum, vt diximus etiam superius.

Tertio non requiritur excussio in speciali hypotheca.

Et sic regula generalis, quod in hypotheca requiritur excussio † de-
8 claratur, vt locū habeat in generali, & tacita, secus in speciali, & expressa, vt etiam vidimus superius, & ad maiorē cautelam diligentes notarij apponunt simul constitutum, præcarium, specialem hypothecam cū reseruatione dominij, & licet prædicta sint vera, pulchra, & notabilia, tamen ad d. §. ab hoc, credo accommodari posse alium intellectū, qui fortasse non displicebit, videlicet,

cet, quod si lite pendente cum debi-
9 tore sit facta alienatio, † tunc si ex tali alienatione tertius côueniatur, non habebit beneficium excussionis, stante litis pendentia: cogita, quia conuenit titulo de litigiosis, & sentit Aretin. & valde commendat in §. item si quis in fraudem, nu. 19. inst. de action. & est casus notabilis. Negus. de pign. par. 8. memb. 1. nu. 17. vbi valde in practica commendat. Socin. in reg. excussio, limita. 2. Alexan. in disputatione Sigismundus, limit. 5.

QVÆSTIO LXX.

SVMMARIVM.

1 *Excussio non habet locum in intercedente pro obligato naturaliter tantum.*

Nec pro eo, qui de iure ita tutus est, vt conueniri non possit, numero 2.

3 *Excussio non habet locum in speciali hypotheca apposita ad fauorem obligationis naturalis, secus in generali hypotheca.*

4 *Dispositio l. idemque, §. generaliter, ff. mand. declaratur.*

5 *Minor licet regulariter non sit necessarius defensor, sed voluntarius, potest tamen dari casus, in quo fideiussor minoris habet regressum contra eum.*

6 *Fideiussor non gaudet beneficio inhibitoriæ obtentæ per principalem debitorem à iudice ecclesiastico, coram quo pendet querela de contractu vsurario; nec econtra.*

7 *Exceptio excussionis non potest opponi per fideiussorem, quando sibi non prodest.*

SED nunquid habet locum excussio, si quis intercedat pro naturaliter tantum obligato; vt si fideiussit pro pupillo furioso, prodi-
1 go, & similibus, & vtiq; non † Bar. ad l. Marcellus, numero 7. vbi Ang. num. 1. Castren. colum. 2. in fi. ff. de fideiussor. Bal. in l. 1. colum. 4. C. de conuenien. fisci debitor. lib. 10. Ias. in l. si, colum. fin. sub num. 13. si cer. pet. in l. si seruum, §. nûc videamus, col. 2. in princ. sub num. 2. de verb. obligat. Bald. in authent. sed hodie, num. 4. C. de act. & oblig. vbi rationem reddit, quia excussio est impossibilis de iure. Cin. in authent. præsente, num. 3. C. de fideiussor. Barb. in cap. peruenit de fideiussor. Montelco in glo. l. 9. tit. 12. par. 5. Aufrer. ad Tolosa. 196. Duenn. regul. 335. num. 10.

Ampliatur hæc conclusio etiam generaliter, vt quocûq; modo prin-
2 cipalis † sit tutus de iure, vel exceptione præscriptionis, vel quauis ita, vt conueniri non possit, fideiussor, vel tertius possessor, non habebit excussionis beneficium. Bartol. in l. cum quis, §. si quis pro reo, n. 9. & ibi Ang. & Castr. num. 2. ff. de solution. idem Bar. generaliter loquendo ponit in l. 3. §. si is, pro quo in fine ff. quod quisque iur. clarius Bal.
8 in authent. sed hodie in fi. C. de act. & oblig. quomodocunque igitur sit tutus principalis, excussionis beneficium cessat.

Limita, vt procedat in speciali hypotheca apposita ad fauorem obligationis naturalis, nam tunc excus-
3 sio non habet locum, secus in generali hypotheca, quia tunc excussio apposita in debito generali habebit locû excussio, ita restringit Salicet. in authen.

then hoc si debitor, quæst. 10. n. 13. C. de pign. cogita si videatur nimia restrictio; si enim præsupponimus principalem debitorem legitima exceptione tutũ, quid vlterius quęrere debemus an hipotheca sit generalis, vel specialis: creditori enim consulendum est, ne sit in totali damno, sed discurrendo quæri posset, cur minor conuento ipsius fideiussore comparet. & iudicium suscipit, vt saltem per indirectũ ex persona sua fideiussorem defendat iuxta l. idem quæ, §. generaliter, ff. mandat. respondetur quod dispositio † l.
4 idem quæ, §. generaliter, ff. mandat. procedit multis cõcurrentibus, primo in necessario defensore, prout maior, sicut non sunt minor, prodigus, & furiosus, & similes, contra quos non habent regressum fideiussores, cum defendere nõ teneantur. secundum requisitum est scientia, quod fideiussor sciret reo, & debitori principali competere aliquã exceptionem. Tertium quod talis exceptio non competat, nec ea vti possit fideiussor, prout illa de non conueniendo nisi in quãtum facere potest, quæ personalis est, nec ad fideiussorem trãsit. Quartum quod denunciauerit si potuerit ipsi debitori, & si potuit, & non fecit sibi imputet, & ita procedat textus notabilis, & practicabilis i materia regressus ipsius fideiussoris in d. §. generaliter. Bartol. & Bald. in l. verum in principio, ff. pro soc. vbi textum in d. §. generaliter, reputans valde singularem in leg. procurator. §. 1. in 3. opposit. ff. rem ratam haber. vbi distinguit inter defensorem voluntarium, & necessarium, & voluntariũ appellat minorem naturaliter tantum obligatum. idem in l. Marcellus in fine de fideiussor. vbi Ang. num. 1. Castrens. col. 2. in fine dicũt illum textum esse valde singularẽ, & restringi ad necessarium defensorem tantum. Castr. pariter hoc valde commẽdans in l. maritum, num. 11. ff. solut. matrim. Bald. in l. precibus, num. 9. C. de precibus Impera. offerend. late Ias. in l. si cum procuratore, nu. 4. ff. de re iudic. addo etiã aliud requisitum scilicet, quod ex proprio respiciat obligationem. Aret. consi. 33. colum. 1. & licet regulariter minor † nõ sit necessarius defensor, sed voluntarius, potest tamẽ dari casus, in quo fideiussor minoris habet regressum cõtra eum, vt post alios cumulat Sfort. de restit. in integrum quæst. 48. articu. 4. quando igitur principalis debitor non potest excuti de iure, vel de facto, tunc fideiussor, vel tertius possessor non habet beneficium excussionis. 5

Quod limitatur nisi principalis debitor non posset excuti facto creditoris, nam tunc istud factum fideiussori nocere non debet. ita sentit Barto. in l. nisi, ff. de pact. & est communis * opinio, vt testatur Alexan. ad Bart. in l. Marcellus in fine littera D. ff. de fideiussor. Pendente igitur lite contra vnum ex correis, qui molestatur compareat, & adhæreat liti pendenti cum correo, & petat non molestari iuxta notata in l. si per lusorio. §. quotiens, ff. de appellat. in l. si suspecta, vbi glo. & Ange. ff. de inoff. test. tostam in cap. Cœlum super de re iudicat. similiter fideiussor † non gaudet beneficio ipsi debitori obtento per principalem debitorem à iudice ecclesiastico; coram quo pendet querela de contractu vsurario, 6

vt per Bal. in l. 1. in fine, C. de diuer. rescript. nec econtra, vt per Aretin. consi. 33. præmissa consultatio late Marsi. de fideiussoribus nu. 274.

Et per modum correlarij infertur ex prædictis quod exceptio ex-
7 cussionis † non potest opponi per fideiussorem, quando sibi non prodest, quia debitor est notorie non soluendo, vel renunciauit tali exceptioni, vel quid simile, vt per glo. notabilem in l. nisi, & ibi Bar. ff. de pact. vbi Ias. in §. in his, legis præcedentis, num. 10. dicit valde singularem. eam etiam valde commendat Imol. & Angel. in l. exitus de acquir. poss. vnde practicando vis cõsistit in modo procedendi, nam si in talibus casibus fideiussor opponat de excussione, replicabitur frustra excipis, quia tua non interest, & ibi practicandum docet Ange. in citato loco.

QVÆSTIO LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor in casu quo principalis non soluat, an mortuo principali statim possit conueniri, non interpellato, nec excusso hærede, & quod sic.*

2 *Facultas implẽdi conditionem transit ad hæredem.*

3 *Hæres potest implere factum defuncti, ut pro se pœnam euitet, sibi prosit, secus ad fauorem tertii.*

QVÆRO ad materiam legis fideiussor obligari §. final. ff. de fideiuss. si quis promittat centum, & eo non soluente ego fideiubeo, si promittens moriatur, & non soluerit, an statim possit conueniri
1 fideiussor † hærede non interpellato, neque excusso? & vtique sic ex dict. §. fin. in fin. verbis.

Et si dicatur, facultas implendi
2 conditionẽ transit ad hæredẽ †, iuxta l. cui fundus, ff. de conditio. & demonstr. vbi Bart. dicit se pluries consuluisse, & iuxta l. si decem cum petiero, ff. de verbo. oblig. respondetur vltra scribentes in locis ordinarijs,
3 quod hæres † potest implere factũ defuncti, vt pro se pœnam euitet, & sibi prosit, secus ad fauorem tertij, prout fideiussoris in casu d. §. final. vbi Angel. dicit hoc valde notabile ad limitationem regulæ quod hæres potest implere factũ defuncti, quam limitationem non posuit Ias. materiam ex professo tractans per regulas, & limitationes in l. si decẽ cum petiero, ff. de verb. oblig. Bald. autem in l. penul. num. 24. C. de cõdict. infert, videtur tenere quod hæres interpellandus sit, & quod non est proprie excussio, sed quædã obligatio subordinate, & licet distinguere videatur si dicatur, si soluere non poterit, vel dicatur, si non soluerit, tamẽ in omnem casum interpellationem requirit si recte consideres, & sic mora defuncti requiritur. Aufre. ad Tolosan. 130.

QVÆSTIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Intercedens pro alio animo donandi non habet beneficium excussionis, cum nec habeat mandati actionem.*

AN fideiussor, q intercedit animo donandi habeat beneficiũ excus-

1 excussionis,† & crederem quod nõ, cum nec h abeat mandati actionẽ, l. si remunerandi, §. si passus, ff. mandat. cum enim donauerit, ad quid vult excuti principalem, à quo nec soluẽdo repetere posset, vide supra quæst. 23. limit. 7.

QVÆSTIO LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor in rem suam non habet beneficium excussionis.*

2 *Minori fideiubenti in rem suam non competit beneficium restitutionis in integrum.*

QVID in fideiussore in rem suam? vtique crederem quod
1 non † ex l. de die, §. qui mulierem, ff. qui satisd. cogãtur, vbi miles, mulier, & minor non iuuantur beneficijs a iure concessis, fideiubẽtes in rem suam, vbi Alexan. & Ias. numero secundo, & Iacob. a Sancto Georg. Cuman. in l. pupillus, num. tertio, ff. de auctor. tutor. Bellamer. in capit. auditis, numero tertio, de restitut. in integrum, articu. secundo, glo. quarta, numero 26. Sfort. de restitut. in integrum, quæstio. 54. articul. septimo, qui ex communi
2 tradit non competere † beneficium restitutionis in integrum, licet Marant. aliter sentiat capitulo 235. addo Lamberten. de contract. mulier. glos. prima, numero quinquagesimo, vide supra quæstione vigesimatertia, limit. septima, pulchre Veronens. cautel. 31.

QVÆSTIO LXXIIII.

AN in criminalibus habeat locum excussio, & opponi possit, diximus, quæst. 19. limitat. 3. vbi videre placeat.

QVÆSTIO LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod ciuis si fideiubeat pro forensi, excutiatur primo principalis, non obstan. quibuscunque renunciatio. intelligitur data scientia creditoris, non aliter.*

EXTAT statutũ in loco, quod si ciuis fideiubeat pro forensi excutiatur primo principalis non obstantibus quibuscunq; renun-
1 ciationibus, quomodo hoc erit† intelligendum? vtique data scientia creditoris, & non aliter. Bart. & ibi Alexand. reputat notabile in l. sed si ego. ff. ad Velleian. nec sufficit simplex scientia, nisi concurrat color quæsitus, & ibi per Castr. quod notabile est in practica.

QVÆSTIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Notarius tenetur facienti excussionẽ bonorum edere instrumenta ex quibus iustificatur debitum.*

QVAERO, facienda est excussio bonorum, an Notarius
1 teneatur † facienti excussionem bonorum edere instrumenta, ex quibus iustificatur debitum? vtique

sic.

sic, Bartol. & ibi Castrens. in l. fin. §. fin. ff. ad l. falcid. in l. Aristo. in fine, ff. de iur. deliberand. in l. controuersia, num. 13. de transact. in l. final. C. de bon. auctorit. iudic. possidend. in l. si quis ex argentarijs, §. pertinere, de edendo. Ias. in l. prętor ait, in fine, in vltima limitat. ff. eodem. Felin. in capit. 1. num. 16. vbi Dec. nu. 139. de probat. Alexand. in l. prætor, nume. 9. ff. eod.

QVAESTIO LXXVII.

AN debitor dicatur excussus, si pro debito est excommunicatus, prout Romæ passim fieri dicitur & vtique non, sed debet realiter excuti: ita dixit Io. Faber. in authen. hoc si debitor. C. de pignorat. quem commendat Guid. Pap. singul. 322.

QVAESTIO LXXVIII.

NVNQVID Depositario, vel commodatario, competit exceptio excussionis dixi in tractat. deposit. quæst. 26.

QVAESTIO LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Excussio facta per vnum ex creditoribus prodest alteri, contra nu. 3.*
2 *Sententia facit notorium.*
4 *Setētia an requiratur in excussione, vel non.*
5 *Sententia quando faciat notorium.*
6 *Notorium dicitur quod constat ex actis contentiosis, inter partes actitantes, non quo ad alium.*
7 *Excussio facta contra vnum ex possessoribus nō nocet cęteris nō citatis.*

1 QVAERO, est facta excussio † per vnum ex creditorib. an prosit, vel noceat alteri, & vtique sic, quia cum ad instantiam vnius sit facta excussio, sententia lata in
2 excussione † facit notorium, l. emptorem, & ibi Bar. ff. de act. emptio. idem Bart. in l. ictus fustium in principio, ff. de infamibus. Bald. in l. ea quidem num. 18. C. de accusat. Bar. & Imol. in l. 1. ff. de nou. oper. nunciat. Paris. consi. 23. num. 218. libro 1. late Cæphal. consi. 57. num. 34. libro 1. Nicol. de beneficior. incompatibilitate par. 1. cap. 13. n. 78. Men. de recup. remed. 1. n. 205 si ergo sententia facit notorium, ergo alia excussio non requiritur per ea, quæ superius diximus, & ita tenet Angel. in authen. hoc si debitor. C. de pign. Aret. in §. item si quis in fraudem', n. 20. de actio. Soc. in reg. excussio li
3 mit. 11. cōtrarium † tenet Papiens. in actione hypothecaria ī verb. exceptionem, nu. 24. dicens in practica ita seruari, q̄a actus ciuiles a lijs non prosunt, vt ibi per eū. Crederē tamen ēt sine sententia cōclusionē esse veram cum ex relatione nuncij pariter sine excussionis sētētia hoc apparere possit, iuxta ea, quæ superius diximus, bene verum est quod Ias. in d. §. item si quis in fraudem, nu. 82. dicit quod hoc pendet ab illo articulo, an in excussione requi-
4 ratur sententia, † vel non; nam si requiritur inducit notorium, alias non, vnde vide posita in q. de notorio. Illud addam vtiliter, sententiā
5 † facere notorium, si sit lata cū plenaria, & bene discussa causæ cognitione, alias non. Capra. in tract. de notor. membr. 1. n. 22. Milis. in verb. notorius appellationis, & fidei. Ma scard.

ſcard.concluſ.112.n.31. addit Bald. in l.eã quidem nu.18.C.de accuſat. quod ſi ſit lata præſentibus, & ſic non reclamantibus, tranſitum fecetit in iudicatum, vt per Maſcar.in ci

6 tato loco, & licet notoriũ † dicatur etiam quod conſtat ex actis, c. cum olim.n.3.de verb.ſignifi. l.diuus de offic.præſid. Menoc.de arbit.iudic.

* caſ.166.n.6. & eſt communis * opinio.Maſc.concl.1102.n.13.maxime ſi acta ſint contentioſa iuriſdictionis.Aret.conſi.41.nu.5. tamen Bal. in citato loco reſtringit, vt procedat inter partes actitantes, & ſic nõ debent extendi ad alium creditorẽ, tamen in relatione nuncij in excuſſione à iudice approbata, crederem ſine aliqua ſententia ſufficere concurrentibus requiſitis poſitis ſuperius in electione nũcij, & † excuſſio

7 facta contra vnum ex poſſeſſoribus rei obligatæ non nocet alijs non citatis generaliter, vel ſpecialiter. Papienſ.in hypothecar. in verbo exceptionem, nu. 24.

QVÆSTIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Excuſſio non requiritur, vbi cadit compenſatio.*

ALTER notabilis eſt caſus, in quo non requiritur excuſſio, quando creditor eſſet alias debitor fideiuſſoris, & vellet vti com-

1 penſatione, tunc non requirit † excuſſio. Bal.notabiliter in l.exceptiones.C.de euiction.apoſtil.ad Abba. in cap.2.de fideiuſſor. Marſil. de fideiuſſor. nume.11. vbi valde commendat.

QVAESTIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet imputare.*

FIDEIVSSOR, vel tertius poſſeſſor, qui impediuit excuſſionem fieri de principali debitore non gaudet beneficio excuſſionis:

1 damnum † enim, quod quis ſua culpa ſentit ſibi debet imputare iuribus vulgaribus. Marſi.de fideiuſſor. num.14. glorians eſſe eius nouam opinionem. Seraphin.de iurament. priuileg.4.nu.111.

QVAESTIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Pignus non poteſt euinci ab eo qui prætendit ius in eo, ſub prætextu, quod poſſit debitorem principalem excutere.*

CESSAT excuſſio vbi credi-

1 tor poſſidet pignus, † quia nõ poteſt euinci ab eo, qui prætendit ius in eo ſub prætextu quod poſſit debitorem principalem excutere. Bal.in l.exceptiones.C.de euiction. Seiſell.ad l.exitus in fine de acquir. poſſeſſione.

QVAESTIO LXXXIII.

EXCVSSIONI locus non eſt, quando in perſona principalis debitoris ceſſauit ciuilis, & naturalis obligatio, vnde abſolute tertius poſſeſſor, vel fideiuſſor conueniri

niri poterit. Roman. cons. 93. col. 1. exemplificans in debitore bannito, vel condemnato, cum confiscatione bonorũ iuxta l. fi. de duob. reis, &c.

QVAEST. LXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Excussionis beneficiũ cessat vbi quis promisit se soluturum quod alius debet.*

2 *Fideiubens pro carcerato relaxando non habet excussionem.*

BENEFICIVM excussionis
1 cessat † vbi quis promisit se soluturum quod alius debet, pro quo debito erat facta principali debitori executio, & pignora capta, & vt creditor consentiret relaxationi bonorum, alter promisit soluturum. Io. Andr. ad specul. in tit. de renunciat. in verb. sponsoribus. casus frequens, vtilis, & quotidianus si bene cõsideres, & ex eo inferri posset,
2 vt non habeat locum excussio † si quis fideiubeat pro carcerato relaxando.

QVAEST. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium excussionis non datur in fideiussore præparante se ad fugam.*

NVNQVID in fideiussore facti locum habeat excussio? vtique non. Bald. in l. 1. col. 3. C. de non conueniend. fisci debitor. libro 10. inferens quod non datur benefi
1 cium † excussionis in fideiussore, præparante se ad fugam.

QVAEST. LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non habet beneficium excussionis si apud eum sunt bona debitoris.*

2 *Fideiussor conuentus potest soluere de bonis debitoris.*

3 *Dispositio. §. si ignorantes. l. si procuratorem. ff. mand. declaratur.*

4 *Procurator debitoris potest soluere de eius bonis, dum agitur de interesse ciuili & damnis, non autem de pœna.*

5 *Procurator iudicii non potest soluere de bonis domini. secus in defensore sine mandato.*

6 *Fideiussor qui non sit soluendo potest de bonis principalis soluere. idem in fideiussore indemnitatis. nu. 7.*

8 *Vendere quis potest bona amici carcerati etiam inuiti, & contradicentis, ne in carceribus marcescat, & carceratus cogitur ratam habere venditionem.*

AN fideiussor habeat beneficiũ
1 † excussionis si apud eum sint bona debitoris? vtique non, cum habeat in manibus. Barbat. in capitu. peruenit, n. 6. de fideiuss. Aufret. ad Tolos. nu. 196. immo, & fideiussor
2 † conuentus potest soluere de bonis ipsius debitoris, l. si procuratorem, §. si ignorantes, vbi not. Bar. ff. mandat. Et est communis * opinio. Marsil. de fideiussor. quæst. 54. nu. 364. Io. Lup. in rubr. de dona. §. 22. n. 9. Gom. de contract. Tom 2. c. 13. in fine. Roderi. ad l. 2. fori tit. de los emplazamentos, n. 25. vbi valde cõmendat. Viu. de cõi. lib. 2. opin. 114. Am-

3 Ampliatur, vt dispositio † d. §. si ignorantes procedat, & locum habeat in eo, cui si mota sit lis in re vẽdita, satisfit sibi de bonis vẽditoris. gl. final. in l. venditor, ff. de iudic. vbi Cast. declarando dicit quod recuperat a venditore denunciato damna, & sumptus litis, ego crederem posse retineri precium, & sic de re propria venditoris ad terminos glosæ, dum dicit de re propria venditoris, unde Ang. in l. 3. C. de euiction. istũ emptorem, si est pauper, vt excipiat de retentione precij, cum res apparet alij obligata. Fabian. de emptione q. 6. nu. 79. Caballi, de euict. §. 3. sub num. 153.

Ampliatur secundo etiã in pro-
4 curatore, † dum agitur de interesse ciuili, & damnis, non autem de pœna. ita Bart. in authen. qua in prouincia in fine, ubi de crimine agi oportet, vbi Castr. nu. 2. dicit quod sententia lata cõtra Castallionem mittitur executioni in bonis domini alienantis.

5 Limitatur in procuratore † iudicij, qui non potest soluere de bonis domini, ut per Bal. in d. auth. nu. 17. contrarium in defensore sine mandato tenet Ange. in l. plautius, ff. de procurator. reputans hoc ualde notabile.

Limitatur secũdo in fideiussore
6 † non soluendo alias secus. Bal. in authen. si captiui, n. 5. ubi Castr. nu. 6. C. de episc. & cler. per textum in authen. ut omnes obediant iudici, ubi Ang. nu. 14. reputat hoc ualde notabile. Marsil. de fideiussor. q. 54. nu. 364. Fabian. de empt. & uendit. q. 3. princ. quæst. 15.

Limitatur tertio in fideiussore
7 † indemnitatis, ut in addit. ad Bart. in d. §. ignorantes, licet Bart. allegatus apud me non dicat, & iuxta prædicta inferebat Cast. in d. authen. si captiui, num. 4. reputans hoc ualde notabile, quod ego possum vendere
8 † bona amici carcerati, etiam inuiti, & contradicentis, si contingeret eum in carceribus marcescere, & cogitur uẽditionem ratam habere, & est casus frequens, utilis, & pius.

QVAEST. LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommissi à quo et cui alienari possint, & non.*

2 *Conductori scienti non fit remissio.*

3 *Remedium l. 2. C. de rescin. vend. non habet locum data scientia.*

4 *Venditione facta duobus ille præfertur, cui primo res est tradita, nisi tradita fuerit secundo emptori, qui esset in dolo, sciendo esse prius alteri venditam.*

5 *Emptor primus, cui res non fuit tradita non debet posse conuenire secundum emptorem fraude participantem, nisi facta excussione.*

6 *Emens scienter rem alienam non potest agere de euictione, nec preciũ recuperare.*

7 *Locator operarum primus præfertur secundo scienti locationem factam primo.*

8 *Testamentum secundum quo casu nõ præualeat primo.*

9 *Donatio prima quo casu non reuocetur per secundam.*

10 *Beneficii collatio facta vni non tollitur per collationem factam secundo scienti de prima, quia videtur fraudulenter facta.*

PVLCHRA est quæstio, an gaudeat beneficio excussionis, qui sciens rem alteri obligatã emit, vel simili titulo accepit.

1 Pro parte negatiua † quod non gaudeat sciens beneficio excussionis facit, qd bona fideicõmisso suppositа possunt alienari ab ignorãte ignoranti. l. fi. §. fi. de leg. 2. quẽ dixit singularem, & alibi in iure non reperiri. Bart. in l. 3. §. penult. nu. 2. C. commun. de leg. & glosat omnes leges circa alienationem bonorum fideicommisso suppositorum, vt dicit Bal. in c. quoniam frequenter, §. in alijs, n. 7. vt lit. non contestat. singularem quoq; dixit Ang. in l. 3. §. sed quia, vers. attende tamẽ. C. cõm. de leg. vbi instruit Aduocatum, vt deducat sciẽtiam vtriusq;, alias succũbet, singularẽ quoq; & valde notabilẽ dixit Alex. consi. 3. n. 21. vol. 2. consi. 184. col. fi. vol. 2. consil. 186. col. fi. vol. 5. Castr. consi. 10. in prin. consi. 16. col. 6. versi. illud constat. secundum antiquam, consi. 268. in 4. quæsito vol. 2. consil. 301. in princ. eod. vol. Ias. in authen. res quæ, col. 1. limit. 2. C. commu. de legat. in l. filiusfamilias. § diui, lect. 2. versi. amplia. 1. de leg. 1. vbi Rip. n. 110. inquit doctrinam d. §. fin. in actu practico notandam, & probandam sciẽtiam alienantis & acquirentis, aliàs succumbes post Angel. & Alex. post eum citatos Soc. reg. 36. versi. fallit in l. Marcellus, §. res quæ, col. 3. ad trebel. Alex. in l. quidam testamento, §. si quis filium, ff. ad trebellian. Corn. consi. 194. vol. 3. Corset. sing. 23. Paris. consi. 87. n. 54. vol. 2. Cur. iun. consi. 88. nu. 5. Marsi. singu. 31. Socin. iun. consil. 129. nu. 19. vol. 1. Barbat. in Ioannina, n. 130. vers. ego limito. Ruin. consi. 66. col. 2. in fine, & nu. 15. vol. 2. consi. 109. n. 24. cõsi. 115. n. 16. consi. 118. col. 1. consi. 123. nu. 12. eod. vol. consi. 39. in fi. vol. 5. Neuiz. consi. 32. n. 9. & hæc est vera, & magis communis ** opinio. Alex. consi. 9. n. 2. vol. 3. Rol. consi. 85. nu. 18. vol. 1. latius consi. 81. vol. 2. Decis. Pedemont. 73. Mich. Crass. in §. fideicommissum q. 56. nu. 4. Grauę consi. 77. nu. 18.

2 Secundo principaliter facit quod † conductori non fit remissio mercedis data scientia, vt dixi in tract. loca. & conduct. tit. de remiss. merced. n. 3. vbi videre placeat.

3 Tertio remedium † l. secundę. C. de rescin. vend. non habet locum data scientia, vt dixi in eodem tractat. locati, & conducti tit. de rescis. loc. num. 6.

4 Quarto facit quod in dispositione l. quotiens. C. de rei vendicat. in venditione facta † duobus ille præfertur, cui primo res tradita est, qd sublimitatur, nisi tradita fuisset sciẽdo emptori, qui esset in dolo, sciẽdo prius alteri venditam, ita Doctores in d. l. quotiens, vbi Alberic. in fin. verb. circa glo. vbi Salic. opposi. 10. Ias. in 9. limit. & fuit dictũ Bald. quod singulare commendatur in rubric. C. de reuoc. his, quæ in fraud. credit. in primis verbis. Soci. regul. emptorum lim. 4. Ias. reputans hoc valde singulare ad limitationem l. quotiens. in l. fin. n. 28. C. de sacros. eccles. Alex. ad Bart. in l. siue autem, §. si duobus, ff. de public. Ias. dicens hoc singularissimum ad limitationem l. quotiens in §. item si quis in fraudem n. 116. inst. de actio. vbi de hoc valde exclamat Marsil. in l. qui duobus, nu. 10. de fals. Ferrat. caute.

48. In fine appellans elegantem decisionem. Anto. Trigo. sing. 15. vbi valde commendat. Paris. consil. 11. col. antepen. vol. 1. consi. 69. col. 13. vol. 3. late Ant. Gabr. de empt. & vẽdit. concl. 2. limit. 4. nu. 30.

Addo vltra eum, quod hæc est vera, & communis opinio, a qua in iudicando, & consulendo non est recedendum. Gomes. de contr. Tom. 2. cap. secundo. in quæst. posita nu. 20. Mozz. in tract. de contract. in titul. de empt. & vend. col. de substantia contractus sub n. 33. versi. tertiũ remedium. Sed in hoc oriri posset difficultas non aliena a materia excussionis, quæ est, quod primus em-
5 ptor, † cui res non fuit tradita, non debet posse conuenire secundũ emptorem fraude participantem, nisi facta excussione, iuxta l. 1. in verb. excussis. C. de reu. his quæ in fraud. credito. de qua latius dixi superius. Vnde primo mediante excussione debet conuenire venditorẽ, qui cũ non possit rem venditam tradere, cum iam sit tradita secundo emptori, succedet obligatio ad interesse, cum teneatur ad tradendum, & sic ad factum iuxta l. stipulationes, §. celsus, vbi Bar. n. 39. de verb. oblig. ergo venditor soluendo interesse liberabit omnes, & sic cessabit reuocatoria, sed respõderi potest, qd excussio requiritur quando debitum est in quantitate, secus si in specie, prout in casu nostro, vt dixi superius, & prædicta vera sunt, & habẽt locum si a non dominis emptio fiat per plures in materia publicianæ, & inter se. iuxta textũ in l. si ea res §. fin. ff. de act. empt. & clarius in l. siue autẽ, §. si duobus, vbi bona glosa. ff. de publician. vbi etiam Barto. præfert bonam fidem.

6 Quinto facit, quod emens † sciet ter rem alienam non potest agere de euictione, nec preciũ recuperare. l. si fundum sciens, C. de euictio. glo. fi. & ibi Abb. in c. ad audientiã de rebus eccles. non alienand. glo. & Salic. in l. non dubitabatur. C. de euictionib. gl. Bal. & Sal. in l. iubemus, §. sanè. C. de sacros. eccl. Abb. consil. 30. n. 3. lib. 2. Castr. in l. emptorem. §. qui autẽ, n. 3. ff de act. empt. Goz. consi. 24. n. 7. Natt. cons. 181. nu. 8. Cuman. cons. 33. & 170. col. fi. Dec. consi. 411. n. 4. Caball. de euict. §. 5. num. 31.

Addo Soc. regula venditor in 3. casu. Crau. cons. 77. nu. 18. nisi in casu l. fi. §. fi. C. commu. de leg. de quo per Corn. cons. 2. libro 3. Curt. sen. consi. 63. in 4. difficult. col. penult.

Sexto facit, quod si quis locauit
7 † operas suas duobus, & secundus sciat locationem factã primo, præfertur primus, l. operis, ff locat. dixi in tract. loc. & conduct. de locatione duobus.

Septimo facit, quod notabile reputat Ang. dicens in facto habuisse in l. fin. C. si quis aliquẽ testari pro-
8 hibuerit, quod licet † testatorem blandis verbis inducere ad se instituendum, tamen hoc limitatur, vt non procedat quando testator iam alium instituisset vel in mente iam deliberasset instituere, nam si quis persuasionibus, & blandis verbis amoueat à tali facto, vel deliberato proposito, tenebitur actione de dolo, & si relinquat blandientibus, reuocabitur per actionem de dolo, ita Ang. in citato loco dicens esse casũ quotidianum, & in facto habuisse, & est casus omissus à Bossi. in titul.

X 2 de

de his, qui aliquem testari prohibent, ac etiam a Menoch.de arbitr. casu 395.vbi multos casus considerando hunc non ponit, licet quotidianus sit.

9 Octauo facit, qđ si maritus † per prius alicui donauit, si postea blandis verbis vxoris, & ad persuasionẽ ipsius re donat ipsi vxori, præsumitur fraus, & reuocari poterit, & ita limitatur l.fi.ff. & C.si quis aliquẽ testari prohibuerit, vt per Io. Lup. qui reputat hoc valde notabile, & valde commendat in rubrica de donat.inter vir.& vxorem, §.82. n.10.

Nono facit dictum solenne in c. si tibi absenti de præbendis, quod si aliquis sciebat collationem factam alicui de beneficio, & acceptauit secundo eiusdem beneficij collatio-
10 nem, ista secunda collatio † non tenet, quia videtur fraudolẽter facta per l.sticho. ff.de vsufructu cap. inter cætera. de præben. cap. pastoralis.de iure patron.cap.quia cunctis. de concessione præben.lib.6.& hãc opinionem tenuit Crauet.consf.77. n.18.Rolan.consil.9.n.23.lib.1.& sic videmus, & habemus multos casus,in quibus scientia præiudicat, ad quos pro occurrentijs recurrere placebit.

QVAESTIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Excussio non habet locum sed retentio, quando creditor posſidet pignus.*

2 *Donatarius,cuius donatio non valet, potest bona iure pignoris retinere, donec suum interesse soluatur.*

NVNQVID habebit locũ excussio quando creditor pos-
1 sidet pignus? & certe non,† sed habet locum retentio, vt late deducit Ruin.consi.180.nu.18.vol.1. dicẽs non reperiri iure cautum,vt hoc casu habeat locum excussio, sed vtendum est beneficio fauorabili ipsius retentionis, & est notabile in facti contingentia consilium illud,si res
2 † donatur pluribus,ille,cuius donatio non valet potest retinere bona iure pignoris, donec suum interesse soluatur, & ita protestari debet, quod retinet non iure dominij, sed mero iure pignoris,& sæpius in facto occurrit.

QVAESTIO LXXXIX.

AN ille, qui cessit bonis gaudeat beneficio excussionis posui superius, prout etiam de eo, qui est tutus aliqua notoria exceptione, quæst.63.

QVÆSTIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Obligans se principaliter vna cum vsurario non habet beneficium de fideiussoribus; & aſsignatur ratio. Contrarium,nu.2.cum sua ratione.*

1 AN obligans † se principaliter vna cum vsurario habeat beneficium de fideiussoribus, videbatur quod nõ, quia tunc sunt rei debendi, quando qualitas obligationis potest vtiqu e pariter inesse, sed causa vsurarij non inest nisi ipsi feneratori argumento l.si id,quod ff. de duobus reis,ergo &c.Contrariũ

est

2 est verius, †quia iste est nouus contractus, in quo pariter obligant se, & non deficit obligationis substantia, meritò. &c. l. si ex precio l. si non singuli. C. si cer. petat. & ita concludit Bal. in l. executorem, n. 16. C. de execut. rei iudicat.

QVÆSTIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommissi non possunt excuti nisi prius cõueniantur bona grauati. Detracta legitima & Trebellianica.*

2 *Emens scienter bona fideicommissi non habet beneficium excussionis.*

AN habet locum excussio cum conueniuntur possessores bonorum fideicommisso suppositorũ,
1 † vt prius conueniantur bona grauati? vtiq; sic. Firm. reputans hoc singulare in verb. discussio. versi. 5. allegat Angel. qui apud me non dicit. Declara hoc verum detracta legitima, & trebellianica, quæ alienari potuit. Hier. Gabr. cons. 46. n. 44. uol. 1. Declara secundo, vt procedat in emente ignoranter, secus si scien
2 ter tunc emens † non gaudebit beneficio excussionis. Bursat. cons. 48. nu. 8. vol. 1.

Declara tertio in notorie nõ soluendo iuxta ea, quæ dixi superius.

QVÆSTIO XCII.

AN exceptio excussionis competat possessori fraudulento? vtiq; sic. Gale. cons. 29. col 6. circa medium. sequitur Crauet. consilio 263. sub nu. 1 ea ratione, quia fundata est in æquitate.

QVÆSTIO XCIII.

AN exceptio excussionis competat habenti precium redactum ex bonis debitoris ex causa lucratiua? vtique sic Neguf. de pig. par. 8. memb. 1. num. 11. Brun. de cession. bonor. q. 16. q. 4. princ. nu. 2.

QVAESTIO XCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Poßessor fundi censuarii conuentus hypothecaria non habet beneficium excussionis, de speciali priuilegio contractus.*

NVNQVID possessor fundi censuarij † conuentus hy- 1
pothecaria habebit beneficium excussionis? vtique nõ de speciali priuilegio contractus. Guid. Pap quæstio. 42. & 576. Cassan. consuetud. Burgund. rubr. 11. §. 6. nu 6. Couar. var. resolut. capitu. 7. num. 6. Ioann. Lup. in tra. de vsur. ad l. 2. C. de pac. inter empt. & vendit. num. 67.

Vidimus Dei gratia de Excussione, quæ bona comprehendat, tam in ciuilibus, quam in Criminalibus causis, & hoc in prima parte. Vidimus in quibus casibus habeat, vel non habeat locum excussio, & hoc in secunda parte. restat videre de practica ipsius, & hoc in tertia sequenti.

DE EXCVSSIONE BONORVM

Pars Tertia.

QVAESTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Excussio bonorum quo ordine fieri debeat.*



QVAERO de modo excutiendi, responde
1 tur † quod primo excutiendus est principalis debitor, deinde eius fideiussor, tertio loco possessor, ita vt excussio facta de principali non liberet fideiussorem, prout superius in discursu tetigimus, & tradit Bald. in l. tam mandatori. C. de non numer. pecun. Grammat. consilio ciuil. trigesimoquarto, vnde tertius possessor, licet principalis sit excussus, si postea molestetur dicere poterit excutiatur fideiussor, & ita practicatur. Alex. consil. 83. nu. 2. lib. 6.

QVÆSTIO II.

NVNQVID in excussione facienda debet porrigi libellus? vtique non, cum sit actus executiuus, & summarius. Bald. in lege 2. numero decimo. C. quand. fisc. inter priuatos.

QVAESTIO III.

AN in excussione requiratur citatio, & de forma excussionis, vidimus superius.

QVÆSTIO IIII.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excussionis vti dilatoria proponi debet ante litem contestatam. Contrarium, quod immo possit opponi nedum post litem contestatam, sed etiam post sententiam, num. 2.*

Conciliantur opiniones cum distinctione. num. 3.

QVAERO, quo tépore exceptio excussionis opponi debeat.

1 Et primo † videbatur ante litem contestatam, cum sit dilatoria, & non perimat, sed suspendat differendo, vt non conueniatur fideiussor, vel tertius possessor non excusso principali debitore. Bart. in lege tertia, numero sexto, ff. de except. Bald. in lege exceptionem, numero decimo, in fine. C. de probation. Castr. in lege final. numero septimo, ff. si cert. petat. Cin. in authentic. præsente quæstio. octaua, vbi Bald. numero secundo. Salicet. numero quarto. C. de fideiussor. Felin. in capit. exceptio-

ptionem sub numero 41. de excep. Bal. & Castren. in l. 2. ff. commu. diuidund. idem Bald. in l. 1. in fine. C. de conuenien. fisci debitor. libro 10. Ancar. consi. 294. & 317. Marsil. ad l. si quis nec quæstio, colum. 11. de q. Ias. in §. item si quis in fraudem, numero 81. de act. Guid. Pap. quæs. 94. & 570. Aufrer. ad Tolos. 81. & 166. Guid. Pap. consil. 103. Cassan. in consuetud. fol. 382. Boer. in singular. in verb. exceptio. 6. Ruin. consilio 19. colum. 9. volumine quarto, Boer. Decis. 221. numero 16. Bald. in l. 1. quæst. 2. C. si quid in frau. patron. pulchre Socin. consil. 24. col. 7. volumine primo. Corn. consilio 85. volumine 3. Purpur. in l. ex conuentione, colum. 8. C. de pact. Paris. consil. 50. columna quinta, volum. primo, consil. 103. volum. 3. consil. 107. colum. penul. in fine. volumine 3. Gozzad. consilio 42. numero 16. Anton. Gabr. de fideiussor. conclus. 1. num. 13.

Addo vltra eum Bartol. in l. prolatam. C. de senten. & interlocutor. omn. iudicum in authen. hoc si debitor. C. de pignor. Bald. in l. si mancipium, §. 1. ff. de euiction. in l. conuenticulam, colum. 3. C. de episcop. & cleric. Negusan. de pignorat. par. 8. memb. primo, sub numero 34. Alexand. ad Bartol. in l. vir bonus, ff. iudicat. solui. Aret. in §. æque except. 38. de exception. Franc. in capitu. 1. fallen. 13. de lit. contest. libro sexto, Blanc. de compromiss. quæstio. 4. principal. in verb. excussionis. numero 111. Vital. in tractat. clausul. cap. vlt. & hæc est vera, & communis * opin. Alexand. consil. 31. numero tertio, consilio 33. numero tertio, volumine quarto, consilio 78. in fine, volumine 1. consil. 220. numero 10. volumine 6. & veriorem dicit decisio Genuens. 78. numero quarto, vbi bene loquitur, pulchre Rebuff. de except. nu. 366.

2 Contrarium † tenet Corn. consi. 35. columna prima, volum. quarto, dicens hanc exceptionem esse anomalam, & posse opponi nedum post litem contestatam, sed immo, & post sententiam, Ias. in §. item si quis, numero 80. de action. Ioann. de Anan. consilio 60. Guid. Pa. quæstione 332. colum. tertia. Crauett. consilio 263. numero quinto, & communem * dixit Calcan. consil. 29. colum. 6. numero 12. Cassan. in consuetud. fol. 384. columna 3. late Crauett. consi. 263.

Conciliari possunt opiniones, 3 quod exceptio † excussionis est duplex, quædam est ex dispositione legis, quæ competit fideiussori, vel tertio possessori, & similibus, & ista est dilatoria, & opponi debet, & sic procedat prima opinio, quædam est excussio, quæ venit ex conuentione, vt in fideiussore indemnitatis de iudicio sisti, & similibus conditionaliter obligatis, & isti possunt opponere etiam post sententiam, quo tempore est purificata cōditio. quædam est excussio, & sic tertio loco, quæ fit principaliter contra debitorem, & hoc est iudicium de per se. Baldus in capitu. ex rescripto, columna 2. in principio de iureiurando. Castr. in l. fin. numero quinto, ff. si cert. petat. Ias. in l. decem, numero 10. de verbor. oblig. Rencheg. in l. 3. §. vbi duo sub num. 122. de duob. reis. pulchre Roder. Soarezz. videndus ad l. 2. fori titu. de los emplazamentos sub numero duodecimo,

vbi valde commendat. Papiens. in hypothecar. in verb. exceptionem, num.21. Alex. consil.33. lib.4. Pute. decis.188. par.1.

QVÆSTIO V.

SVMMARIVM.

1 *Exceptione excussionis non opposita, valet processus, & executio erit legitime facta.*
2 *Processus executiuus quando teneat, & non, exceptione excussionis non opposita, cum declaratione, num.3.*
4 *Exceptio excussionis à parte omissa potest per iudicem suppleri.*

QVID si opponatur exceptio
1 † excussionis valebit ne processus, & executio erit ne legitime facta? vtique sic. glos. Bartol. & Cuman. in l. si mancipium. ff. de euict. Castren. in l. fin. si cert. petat. Barto. in authen. hoc si debitor in fine. C. de pign. Angel. in §. sed neque auth. de fideiussor. Bald. in l. cum testamento. C. de manumiss. testament. Ias. in l. patre furioso, numero 38. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Alexand. consi.29. colum. antepen. uol.7. consil.21. col.1. consil.85. col. final. vol.4. Socin. in regu. excussio, num.16. Bald. in authen. contra rogatus in fine. C. ad trebell. Ancar. consi.294. consi.317. Guid. Pap. q.94. Tolosa. 81. Paris. cons.108. col. penul. & seq. vol.3. Bertrand. consi.3. vol.1. Blanc. de comprom. q.1. in verb. equius, & melius, n.47. & 48. Seraphin. de iuramen. priu.58. n.18.

Practicando igitur tres sunt con
2 siderandi † casus, aut nō opponitur, aut non admittitur simpliciter, aut non admittitur, quia fuit replicatum. primo casu iudicium tenet, secundo casu non, quia iudex videtur fecisse in contemptum legis, cum excussio sit à lege introducta, tertio casu processus tenet, quia censetur reiecta mediante replicatione, si de ea appareat causæ cognitio, aliàs non. ita Castrens. Socin. & alij superius citati. Corn. consi.85. col. pen. volum.4. quare semper erit bonum replicare, & quod iudex adhibeat in reijciendo causæ cognitionem.

Declaratur tamen, vt licet non
3 opposita exceptione † excussionis iudicium teneat, tamen non potest deueniri ad capturam personæ, nisi prius facta excussione, prout superius diximus. illud etiam in practica singularissime notandum est, quia si actum fuit hypothecaria, vel alio simili remedio, in quo de iure admittitur excussio, licet iudicium teneat nō opposita excussione, hoc verum ante litem cōtestatam, facta tamen litis contestatione actor vnū de duobus facere debet, vel excussionem, vel docere de inopia debitoris, alias succumbere debet, quia ligatum est exercitium actionis. ita mirabiliter dixit Bal. in l.2. numero 3. C. commun. diuidund. vbi Castrens. num.2. dicit perpetuo notandum. commendat pro mirabili Soc. consi.24. col.7. versicu. quinimmo. Ias. exclamans in §. item si quis in fraudem, numero 81. de actio. Neg. de pign. par.8. memb.1. nu.37.

4 Et exceptio excussionis † à parte omissa potest per iudicem suppleri. Barz. de excussion. q.20. nu.2.

QVAE-

QVÆSTIO VI.

NVNQVID ista exceptio debet opponi in genere, & in confuso, prout generaliter excipiẽdo fit, vel specificè, & clarè, & quod specificè, & clarè, alias non releuat. Alex. consi. 29. num. 28. vol. 7. consil. 32. num. 9. lib. 4. Neguſ. de pign. part. 8. memb. 1. num. 35. Corn. cõsilio 57. num. 27. lib. 3. Ronchegal. de duob. reis, l. 3. §. vbi duo, numero 112. Rolan. consi. 79. num. 5. volumine 1. & reus censetur opponere eo meliori modo, quo potest, & vtilius est. Crauet. consilio 263. numero secundo.

QVAESTIO VII.

NVNQVID exceptio excussionis sapiat petitorium, vel possessorium, & vtique petitorium, & proprietatem. Rip. in rubric. de pignor. colum. penultim. Balb. decis. 101. & 84. Rol. consilio 14. num. 14. vol. 1.

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Pronuncia super exceptione excussionis est interloquutoria, & sufficit, quod in consequentiam fuerit petita, num. 2. cum declaratione, numero 3.*

AN in excussione requiratur pronuncia, siue sententia, dixi superius quod sic, & est interlo-
1 cutoria † iuxta not. in l. vnde quæritur, ff. commodat. immo quædam iuris executio. Roman. consil. 324. num. 4. vbi Mandos. Bursat. consilio 48. num. 11. volumine 1. & sufficit. quod virtualiter, & in conse-
2 quentiam talis pronunciatio † fuerit petita, licet non clarè, & expressè in terminis. Alexand. consil. 58. num. 6. vol. 5.

Declaratur, quod sit interlocuto-
3 ria † si feratur pendente iudicio cõtra tertium, alias est diffinitiua, & datur appellatio. Papiens. in hypothecar. in verb. exceptionem, numero vigesimoprimo.

QVÆSTIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excussionis opponi non potest in causa appellationis.*

2 *Exceptio excussionis est dilatoria, & debet opponi ante litem contestatam.*

AN in causa appellationis exceptio excussionis opponi
1 possit? vtique non. † Dec. in l. fina. num. vigesimonono, ff. si cert. peta. allegat Alexan. consil. 83. lib. 6. qui apud me non dicit, sequitur Duen. regul. 335. num. 21. per dictum cõsilium Alexand. idem Anton. Gabriel. de fideiussor. conclus. prima, num. decimoquarto, per consilium Alexan. 32. alias 33. lib. 4. qui pariter clarè non dicit. & facit ratio,
2 quod est dilatoria, † & debet opponi ante litem contestatam, vt dixi supra quæst. 6. pulchrè Cald. ad l. si curatorem, in verbo per quos, numero quadragesimosecundo, cum sequen. C. de restitut. in integrum. Rebuff. de except. num. 564.

QVÆ-

QVAESTIO X.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor est idoneus testis pro confideiussore ad consequendum beneficium excussionis, cum declaratione.*
Quid pro principali debitore, nu. 2. cum distinctione, num. 3.
Contra num. 4. indistincte, cum limit. num. 5.

AN fideiussor sit idoneus testis pro alio † confideiussore ad consequendum beneficium excussionis? Bald. tenuit, quod sic in l. dictantibus, num. 2. C. de testamen. etiam si principales se obligauerint. dubia mihi aliquantulum videtur hęc decisio, quia versatur idē interesse in hoc fideiussore volente testificari, quod in fideiussore conuento. Alberic. de Malet. de testib. sub num. 50. cum Bald. tenet Mascard. conclus. 784. in fine. Addo Alexand. consil. 78. num. 4 volum. 1. & hæc est communis * opinio, vt per Ias. in d. l. dictantibus, quam limita nisi in instrumento expresse, vt principales se obligauerint. ita limitat Bald. in l. fin. §. 1. num. 4. C. de execut. rei iudicat.

Quid pro principali debitore,
2 † & Bald. ad propositum excussionis, in l. si cui, §. fina. num. 1. tenuit, quod si principalis est soluendo, & fideiussor non renunciauit beneficio excussionis, quod est idoneus testis, secus si renunciasset, & sequitur ibi Alexan. num. 3. Ias. numero 17. Fely. in cap. insuper, de testibus. Aufrer. de testibus, numero 45. Ruin. consil. 189 num. 21. volum. primo. Viui. in verb. testis idoneus in fine.

3 Secunda est opinio, † quæ non considerat, an sit renunciatum beneficio excussionis, sed solum si est soluendo principalis debitor, vel non, nam primo casu est testis idoneus, secundo casu non. Speculat. de teste, §. 1. versic. quid in fideiussore, & hæc est communis opinio. * Marsil. de fideiussor. quæstio. vlt. num. 381.

4 Tertia est opinio † quod indistinctè non sit idoneus testis, siue sit soluendo, siue non, siue renūciauerit, siue non, Ioan. Andr. ad Specul. tit. de teste versic. quid in fideiussore, in titu. de iudice delegato, versicu. superest. in verb. nunquid fideiussor. Ang. in l. ab executore, §. alio, ff. de appella. in l. a sententia, ff. eod. Butr. in cap. insuper de testibus. Alberic. de testa. num. 51. Lanfranc. num. 88. Crot. num. 187. & hæc est communis * opinio Ias. in l. si cui legetur, §. fi. num. 17. de legat. 1. Viui. in verb. testis idoneus. Aret. in §. legatarijs in fine de testam. Alberi. in l. fin. C. de procurator. Mascard. conclus. 384.

Limita notabiliter per Ang. consil. 296. in debitore homine † valde
5 legali a quo nullus timor vexationis timeri possit propter eius integritatem, & sit solitus debita ad vnguem soluere, vel alias depositū fecisset, vt ibi pulchrè per eum, quē commendat Rebuff. de reprobat. testium, num. 217. Faciunt dicta per me in tract. de iuramento litis decisorio. q. 1. 12. q. principalis. dū tractaui de integritate personæ iurare debentis. Addo Marsil. in l. 1. §. ad qōnem, nu. 5. de qōnibus.

Sed

Sed bone Deus quando habebit locum præsens limitatio? vbi repe rietur ista legalitas, & integritas de quo hodie confidere possimus si fideiubeamus? certè totus mundus diffidentia,& perfidia est,& si reperies hominem integrum dicas inuenisse coruum album.

QVAESTIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Excussio bonorum habet locum contra Principem, vt hæredem alicuius.*

AN excussio locum habebit contra principem hęredem sui prædecessoris, non vti dominũ bursę fiscalis, Crauet.consuluit,qđ
1 sic, † consi. 263.num.7.in hoc parum me fundo ad eum me remitto quis enim Principem excutiet, si cessat excussio cum habente fortilitia tantum? si cum procuratore tantum vti litigioso, quid cum Principe?

QVAESTIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio non currit impedito impedimento iuris, nisi sit in culpa nõ amouendo impedimentum quod amouere poterat, nu. 2.*

3 *Terminus si cui datus est ad probandum,& probatum habẽdum, quid facere debeat vt sit excusatus.*

4 *Præscriptio non currit in debitis conditionalibus, vel in diem, nisi purificata conditione, nisi sit conditio potestatiua, num. 5.*

6 *Prouidere qui potuit,& non prouidit non excusatur.*

7 *Præscriptio currit contra excommunicatum, si potuit petere absolutionem,& non petijt.*

8 *Vxori quando currat præscriptio ad repetendam dotem.*

9 *Annus pręscriptionis in reuocatoria quando currere incipiat.*

10 *Lex 1.C.de an. excep. non habet locum in conditione potestatiua,& in valente remouere impedimentum.*

11 *Lex cum notissimi. §.1. non habet locum in conditione potestatiua.*

PVLCHRA, & notabilis est
1 quæstio,an actioni † hypothecariæ pręscribatur ante factam excussionem, & videbatur dicendum quod non, quia impedito impedimento iuris non currit præscriptio Bar.in l.1.§.si quis autem de itiner. actuque priuatò ex l.1.C.de annal. exceptio. sed excussio est iustũ impedimentum, ergo ante eam non currit præscriptio. Afflict.decisio. 139.num.7.& ita in practica seruatur.Crot.in l.si is,qui pro emptore num.57.de vsucapion.

2 Pro contraria parte facit † quia impedito currit præscriptio, si potuit impedimentum amouere, & non amouit,& sic data culpa.cap.fi. de elect.bonus textus in l.quib.diebus ibi nec per te stetit,ff.de condi. & demonstra.vbi Bald.& post eum Castren.inferunt,quod si alicui est datus terminus ad probandum,& probatum habendum,non excusa-
3 tur † si produxit testes verbaliter, ac etiam citari fecit, quia debebat fortius procedere faciendo eos grauari,& hęc est bona practica Tudertina,licet prudenter sit procedẽdũ,

ne

ne irritétut testes, prout sępius occurrit. pariter non excusaris si non fuisti prosecutus appellationem propter allegatas inimicitias, quia prouideri poterat adeundo superiorem.ad idem Rom. consi. 352.numero 16. vers. cæterum.

Secundo pro hac parte facit, qđ in debitis conditionalibus, vel in
4 diem non currit præscriptio † nisi purificata conditione l.cum notissimi,§.illud autem plus quam. C. de præscript.30.vel 40.annorum in l. fina.§.sed quia auaritiæ.C.commu. de legat.tamen hoc notabiliter fal-
5 lit in conditione † potestatiua,quia per eum stat.Roman.cons.84.vers. secundo quia per l.1.§.si sub conditione. ff. si quis omissa causa testamenti. & sic habetur limitatio ad dicta iura.

Tertio hanc partem confirmat id,quod consuluit Roma. consilio
6 9. vbi non petens † reductionem non excusatur,si potuit prouidere, & non prouidit.

Quarto facit quod not. Bald. in cap.1.in fine de præscript.vbi contra excommunicatum currit præ-
7 scriptio† si potuit petere absolutionem,& non petijt.

Quinto facit,quod vxori ad repetendum dotem currit præscriptio
8 † non solum a die soluti matrimonij.sed etiam eo constante, quando notorium est maritum non esse soluendo l.in rebus.§.omnis,ff de iur. dot.Aret.in §.item Seruiana,col.7. vers. nota ergo in §. fuerat. col.12. versi.in ea gloss.de action.

Sexto facit, quod annus præscri-
9 ptionis† in reuocatoria incipit currere ab eo tempore, quo notorium est debitorem non esse soluendo, quia ab eo tempore per creditores potest agi reuocatoria. Aret. in §. item si quis in fraudem,col.6. vers. quęro a quo de action.& hanc opinionem maturius cogitãdo tenuit Alex.consi.220.num.10.lib.6.Cuman.consi.92.col.1. Crot. sibi contrarius in l.si constante in 1. lectur, num.100.ff.solut.matrim. Paris.in cap. ex transmissa in fi.de præscription.Crauet. consi.148. col.fina.in principio.clarius consil.263.nu.7. Dec.in cap.cum inter,col.7.versi. & pro ista de exception.Socin.iun. consi.17.volum.2.Negus.de pign. part. 6. membr. 2. num.4. cum sequent.latè Balb.de præscription.in 4.par.4.part.principalis quęst.3.dicens in iudicando, & consulendo ita tenendum,& in 5.part.5.partis principal.num.2.Paris. consilio 50.num.3.volum:1.Crot.cons.79. num. 17.volum. 1. Rip.in rubric. de pignor.num. 14.& respons.24. num.12.in titu.de obligat.latè Roland.consil.79 num. 17. volum.1. & hæc opinio est verior,& æquior. Boui.de statutar.vrbis præscriptio. gloss.9.ampliat.10.num.49.limit. 25.num. 260. vbi tandem in hoc residet. Pinell.in Authent. nisi tricennale,num.48.C. de bon.quæ liber.vbi dicit quod Alexan.consilio 58. volum.5. consuluit pro amico, & ex nimia affectione.

Et sic ex prædictis habetur limi-
10 tatio † ad l. 1. C. de annal. except. quod non valenti agere non currit præscriptio,non procedit in conditione potestatiua, & in valente remouere impedimentum.

11 Infertur etiam limitatio † ad l. cũ notissimi,§.illud.C.de præscrip. 30.vel 40.annor.quod iura cõditionalia

nalia

nalia non præscribuntur ante conditionis euentum. fallit in cōditione potestatiua, vt superius dixi. Quæ omnia tu, qui versaris in consilijs Alexan. addere poteris in locis suis, considerare etiam, quod ipse quoque mutauit opinionem, & variauit ex diametro, &c.

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Actio hypothecaria non nascitur ante diem tacitum, vel expreßum.*

FREQVENS est casus ad socerum peruenit dos nurus, prout quotidie occurrit. socer dissipat, & quotidie alienat, nunquid agi possit hypothecaria contra tertios possessores durante vsufructu soceri, & patris mariti, & eo non discusso, vtique non, cum ante extinctum vsumfructum non sit nata actio hypothecaria, vt pulchrè per Bald. in l. secunda, num. 11. C. commun. de legat. sequitur Bello. consi. 24. num. 8.

1 Actio igitur hypothecaria † nō nascitur ante diem tacitum, vel expressum, vnde tertius possessor molestari non poterit.

QVÆSTIO XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Appellari non potest a sententia, siue pronuncia excußionis.*

2 *Appellatio datur a sententia peruersionis ordinis.*

3 *Appellatio datur a sententia reiectiua exceptionis dilatoriæ, dum iudex ea reiecta mandat ad vlteriora procedi.*

4 *Sententia excußionis, qua pronunciatur bona extare vel non, nunquam transit in rem iudicatam.*

SED nunquid a sententia, siue pronuncia excussionis possit appellari Bald. in l. secunda, num. decimo, in fine tenuit quod non † cum
1 detur remedium probandi contrarium. idem tenet contrarium in l. prima, columna fina. versicu. modo ego quæro. C. de appellat. dum sentit quod datur appellatio a reiectione talis exceptionis, & hanc dicit veriorem. Neguſ. de pigno. par. 8. memb. 1. num. 39. quæ opinio cōfirmatur ex duobus: primo, quia a sententia peruersionis ordinis da-
2 tur † appellatio. Bart. in l. 1. C. de appellat. secundò, quia a sententia super exceptione dilatoria reiecta
3 datur appellatio † solum dum iudex ea opposita mandat procedi ad vlteriora, Bar. in l. 2. quęst. 5. de appellat. recipiendis. Corn. consil. 55. volum. 3. Alex. consil. 83. volum. 6.
4 adde quod sententia † excussionis, in qua pronunciatur bona extare, vel non extare nunquam transit in iudicatum. Marant. part. 6. principal. actu. 1. de sentent. num. 137. Aut igitur iudex respicit factum, dicendo de ineptitudine exceptionis præpositæ, cum verè esset apta, & tunc sententia est nulla; nec aliqua requiritur appellatio, aut iudex respicit ius non admittendo exceptionem, sed mandando procedi ad vlteriora, & tunc datur appel. ex Bald. in l. prima, columna finali versiculo modo ego. C. de appellation.

QVÆ-

QVÆSTIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excussionis impedit clamorem curiæ, si fuit prius inchoata, alias secus.*

2 *Iudicium vniuersale trahit ad se particulare.*

AN exceptio excussionis bonorum impediat clamorem curiæ? & vtique sic, † si fuit prius inchoata, alias secus: Guid. Pap. quæstione 428. commendat Francis. Marc. decis. Delphinal. 549. numero duodecimo, part. prima, quia iudicium † vniuersale trahit ad se particulare. l. per minorem. l. solemnis. ff. de iud. l. 5. ff. de pet. her. &c. 1 2

FINIS.

III.

TRACTATVS DIVERSI, 2.

NOVI, ET PRACTICABILES,

De Minore in delictis excusando.
De Re furtiua penes tertium reperta.
De Reuelatione Confessionis.
De Patre dotante filiam ex quibus bonis præsumatur, ad l fin. C. de dot. promiss.
Singularia ferè octingenta a nullo alio congesta; notatuq; digna.

VINCENTIO CAROCIO TVDERTINO
Iurisconſ. Clariſſimo Auctore.

AD ILLVSTRISS. BENEDICTVM IVSTINIANVM
S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalem ampliſſimum.

Cum Summarijs, & Indice copioſo.

Cum Superiorum licentia, & Priuilegijs.



VENETIIS, M DC III.

Apud Seſſas.

BENEDICTO IVSTINIANO
S. ROMANÆ ECCLESIÆ
Cardinali amplissimo,

VINCENTIVS CAROCIVS TVDERTINVS per huius operis dedicationem suæ seruitutis principium humiliter implorat.

INDEX NOTABILIVM OMNIVM, QVAE

in quinque Tractatibus continentur.

An

P

I N D E X.

Q

R

S

Relictum

perdit

F I N I S.

ERRATA.

Pag.	Colum.		
18	4	probatione.	prolatione.
21	2	Rano.	Panor.
40	3	vocalibus	iocalibus.
48	3	ſcribit,	ſubit.

ibidem. deferuntur. negatiue. In medio earum vocum hæc verba deſunt, Ponitur etiam dictio niſi, quæ ponit quando procedit.

64	2	ſed meliori.	ſed mitiori.

GLI Eccellentissimi Signori Capi dell'Illustriss. Conseglio di X. infrascritti, hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoua per relation delli tre à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquisitor, & del Lettor publico Paulini, & del Circ. Secretario del Senato Lorenzo Massa, che ne i cinque Trattati di D. Vicenzo Carocio Tudertino, cioè De Minore in delict. excus. De re furtiua. De Reuelat. Confess. De Patre dotante filiam. Singularia fere 800. non si troua cosa contra le leggi, & son degni di Stampa, concedono licentia che possano essere stampati in questa Città.

Dat. die 23. Ianuarij. 1602.

Capi dell'Illustr. Consi. di X.  D. Francesco Malipiero. D. Marc'Antonio Loredan. D. Marc'Antonio Erizzo.

Illustr. Consi. X. Secr. Leonard. Othob.

1603. a' 11. April. *Reg. in libro.*
Anton. Laured. Officij.
Con. Blasp. Coad. & sec. mand.



VINCENTII CAROCII I. C.

TRACTATVS DE RE FVRTIVA PENES TERTIVM REPERTA,

Ad l. Inciuilem. C. de Furtis.



SEVERVS ET ANTONINVS. A. A. NEGOCIATORIBVS.

Inciuilem rem desideratis, vt agnitas res furtiuas nam prius reddatis, quàm precium fuit solutum à Dominis, Curate igitur cautius negotiari, ne, non tantum in damna huiusmodi, sed etiam in Criminis suspitionem incidatis PP. Cal. Decemb. Chilone, & Libonæ. Coss.

SVMMARIVM.

1 *Inuentio rei furtiuæ, est leue Indicium.*

QVEÆSTIO I.

1 QVAERO, primo loco, an ista Inuentio rei furtiuæ penes tertium sit indicium, suspitio, præsumptio, vel quid simile? Vtiq; est satis leue indicium quod frequenter contingit abesse Ioan. Andr. ad specul. tit. de præsumptio. §. species num. 5. versic. in præditis Bal. in l. non hoc in fine C. vnde legitim. Tiber. Decian. consl. 93. num. 87. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Requisita ad l. Inciuilem C. de furt.*

QVÆSTIO II.

QVAESTIO quæ requirantur vt sit locus dispositioni l. inciuilem C. de furt. vtiq; procedit in so
1 lito emere rem furtiuam, & hanc opinionem dicit veriorem Acursi. in d. l. in verbo incidatis. secũdo qđ res sit empta paruo precio vt ibi Bartol. declarat: tertio, si quis clam vel furtiue emerit vt ibidẽ per Bart. Guid. de Lazar. in tract. de Indit. nu. 37. Brun. de Indit. q 3. num. 2. Carr. in pract. in princip. n. 128. Vulpell. respon. 149. nu. 10. Veronens. cons. 26. num. 16. Bald. cons. 472. lib. 4. & 347. eod. lib. Castr. consil. 285. col. 1. Alex. cons. 31. in fin. lib. 7. Foller. in fragment. de crimi. lęsæ Maiest. nu. 67. Ioan. Lup. ad cap. per vestras §. 18. num. 34.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptiones l. Inciuilem an sufficiant ad condemnandum.*

2 *An ad inquirendum.*

QVÆSTIO III.

1 QVAERO an coniecturæ l. Inciuilem C. de furt. sint sufficientes ad condemnandum? Vtique non nisi delictũ, aliàs legitimè probetur ut ibi per Alber. sed solum ad inquirendum, vt per Vulpell. in al-
2 legato responso, vnde ad inquirendũ sufficit simplex inuentio rei furtiuæ ad torquendum nisi obseruari concurrente solito, vel actu occulto, vel alijs adminiculis ex processu deductis arbitrio iudicis vt mendacio, variatione, paruitate precij, Clãdestina retentione, quare sequitur, quòd si res furtiua reperiatur penes aliquem, qui emerit paruo precio sit solitus emere, & clàm hoc fecerit: tamen ista non sunt sufficientia ad condemnandum, ita Alber. bene intellectus in d. l. inciuilẽ q. 3. Aug. de Angel. in verbo vestem cęlestem, nu. 28. licet Iacob. Menoch. de præsumptio. lib. 5. præsumptio. 29. nu. 7. aliter sentire videatur de verbis Alberi. sed verba eius demonstrant Alex. consil. 5. num. 2. vol. 1. vbi bene loquitur consil. 205. num. 5. vol. 6. vbi est inditium ad procedendum. Anfrer. ad Tolosan. 151.

SVMMARIVM.

1 *Inuentio rei furtiuæ, facit inditium ad torturam.*
2 *Hæreticus præsumitur, penes quem reperiuntur libri prohibiti.*
3 *Limita nisi retineat animo confutandi.*
4 *Limit. nisi ante inuentionem combusisset.*
5 *Limit in retinenti causa curiositatis.*
6 *Falsarius dicitur, si penes aliquem reperiuntur falsa instrumenta, vel stampæ falsæ monetæ.*
7 *Carceratus præsumitur mortuus culpa custodis.*
8 *Falsarius præsumitur, qui vtitur falso instrumento vel testibus.*
9 *Declara si scienter.*
10 *Ignorantia in facto proprio, non pręsumitur.*
11 *Vsus procuratoris non nocet Domino adhuc non ratificanti.*
12 *Conuentus ex falso instrumento non potest*

potest respondere per aliud falsum Instrumentum.

13 *Cauillationibus vti possumus ad defendendum causam iustè motam.*

14 *Procurator præsumitur si penes aliquem reperiantur instrumenta ad causam facientia.*

QVÆSTIO IIII.

QVAERO si penes aliquem reperiatur res furtiua, sit indi-
1 cium ad torturam? Vtiq; sic dixit Bart.in l.fin.col.2.in fi.vers. item quod res furtiua.ff.de quæst.sequitur Angel. in fil.n.sub nu.4. C. de quæst. Aret. in tract. maleficiorũ in verbo fama publica nu.15. Mars. consi.52.num.33. Gomes.in epito. delict.to.3.cap.13. de tortura reorũ num.12.Iul.Clar.21. versic. item si res furata.

Facit quod si penes aliquem reperiantur libri prohibiti, præsumi-
2 tur hæreticus, dixi in repetit. capit. cum quid de regul.iur.lib.6. par.2. quæsito 3.num.20.

Addo Io.de Anami in cap. si quis episcopus col.vlt.versic. in glos.fin. de hæret. Marsil.in l.qui falsam nu. 115. ff.de fals. in pract.§.diligenter nu.92. Afflict. in constitutione inconsutilem notabil.16.q.10.nu.26.

Declaratur primo nisi quis retineret animo confutandi vt per Io.
3 de Arno.Problemat.10.vbi isti potius commendandi quam reprehendendi.

Hinc Ambr.super lucem in Canon. legimus distintiò.37. legimus aliqua nè negligamus, legimus, ne ignoremus, legimus, non vt teneamus sed vt repudiemus vbi glo. fin. hoc exẽplificat in libris hæreticorũ.

Declaratur secundo nisi antequã
4 reperirentur libri penes eum, combureret illos, nam tunc excusatur, licèt probetur eos quandoq; tenuisse, vt habetur in Cano.1.versic.q.1. Archidiacon. in Cano. quiscunque num.2. in vltimis verbis de hæreti. lib.6.Carrer.de hęre.num.125. vbi loquitur de Poemata Dantis,quam allegat de hær.damnatum.

5 Declaratur tertio nisi quis teneret causa curiositatis, vt in d. Cano. legimus,considerabit tñ iudex qualitatem facti, & personarum, quia hac via, simpliciter quilibet pœnã euadere posset Menoch. de Arbitr. iudic.caus.casu.374.num.12. Tibe. Habemus autem in hoc cõstitutionem Pij IIII.& Sacri Cõcilij Tridentini quibus me remitto,& Prac. Simanch.cap.39.

6 Facit secundo si penes aliquem reperiuntur falsa instrumenta, vel stampæ falsæ monetæ, præsumitur falsarius, nisi doceat à quo habuerit prout dixi in repetit.c.cum quid de regu.iur.lib 6.part.2.quæsito 3. num.21.& est inditium ad torturã prout in dictis locis habetur.

7 Facit tertio, quod si reperitᷣ carceratus mortuus penes custodẽ carceris, debet probare ipsum non esse mortuum dolo, vel culpa, alias præsumitur contra eum glos. repetita singularis in l.cum ita §.species. ff.de leg.2.quam comendat pro singulari Io.de Anan.in capit. ad falsariorem col.1.in fine de crimin. falso Alex.cons.157.col.2.vol.2. Aretin. in tract.malefi. in verbo fama publica vers.2.quæro.Marsil.eam ubique comendat in suis operibus in pract. §.diligenter nu. 92. in l.qui falsam. num.117.de fals.consil.52.num.36.

& de ea latius dixi in tract. locat. & conduct. part. 4. q. 3. versic. imperitia caprarij nume. 3. vbi videre placeat, & est bonus textus. in l. final. versicu. sed si custodia ff. de custod. reorum.

8 Facit quarto, quòd vtens falso instrumento, vel testibus præsumitur falsarius l. falsi §. ordine ff. ad l. conclu. de fals. l. maiorem l. si falsos. C. eodem Barbat. consil. 54. numero 16. libro 3. Iul. Clar. in §. falsum in verb. vtens. Menoch. de arbitrar. casu. 315.

9 Declaratur hoc verum si scienter fecerit, secus si ignoranter, quæ quidem ignorantia in facto proprio
10 non præsumitur, secus in facto alieno, gl. notabilis in l. fin. C. si minor. maior factus vbi Bal. n. 3. dicit vnũ quod reputat valde notabile, quod non valet consequentia, vsus est falsis testibus, ergo falsum commisit, quia potest esse, quod in se testis dicat falsum, tamen vtens, hoc ignoret, cũ sit in facto alieno, vnde alio modo proceditur in testibus deponentibus, alio modo in vtenti, & in practica est multum vtile.

11 Et vsus procuratoris Dño non nocet, nisi Interrogatus ratificauerit, vel præsens in iudicio fuerit, & ita vbiq; practicatur Castr. in l. 3. §. si procurator nu 5. ff. quod quisq; iur. iur. in l. si procurator num. 8. & iterum limit. 5. ff. de condit indebit. vbi refert, quod Paul. Castren. reuocauit sententiam cuiusdam magni iudicis, qui ex facto procuratoris Dominum condemnauerat Capic. decis. 67. qui refert, nec figit pedem Bors. in titu. de fals. numero 116. cum sequen.

12 Vnum dixit mirabiliter Bald. in rub. C. de fid. instr. num. 39. versi. sed hic incidenter, quod si tu producis, & vteris contra me falso instrumẽto mutui, non possum vti contra te falso instrũo solutionis, & vterq; punitur, quia facit contra bonos mores, & Rempublicam, & licet, fas sit
13 vti cauillationibus contra causam iniustè motã vt dixi in trac. de excussio. bonorum par. 2. q. 71. in fi. tamen hoc intelligitur, dummodo falsum non committatur, vt latius ibi dixi vbi videre placeat, subdit ẽt Bal. in citato iam loco vnum aliud mirabile, quod si ex forma statuti, committẽs falsum, causam perdit, quod in casu p̃dicto perdet causam actor, non reus, quia in pari causa turpitudinis reus præfertur, comendat pro mirabili, & perpetuo notando las. in §. in bonæ fidei nu. 82. de action.

14 Quarto facit in argumentum, quod si penes aliquem reperiantur instrumenta ad causam fauẽtia præsumitur procurator Bar. in l. Carbonianũ. §. caute nu. 2. ff. de carbonia. edic. in l. vulgo in fine ff. de admi. tutorũ. Feli. in c. causam, quæ in verbo interpretatio priuilegij nu. 17. col. 4. de rescript. & hæc est vera & magis communis opinio, quæ de consuetudine seruatur si ius credimus in l. 1. n. 12 C. de Procur.

Etiam sine cautione Rati ita Io. Andr. Bald. & Abb. in cap. coram de offi. deleg. vbi Barb. n. 2. in fine Fel. nu. 9. limit. 1.

Et hæc est plena probatio, pulchrè Rom. cons. 446. n. 10. vers. mihi autem, & singul. 637. mihi sing. 643. nũquid Rom. secutus est Rip. in Rubri. de requirend. possession. num. 3. versi. 1. sic Menoch. de præsumption. lib. secundo, præsum. 34. nu. 3.

nu.3.verſi. tertius caſus concurrente, qđ iſte talis ſit ſolitus eſſe procurator & cauſas pertractare.

Quicquid aliter ſenſiſſe videatur Alc.regul. 1. præſump.33.

Vltra Menoch. plene profitentē in citato iam loco addo Marſil.in l. ſi quis falſam nu. 119. ff.de fal.conſi. 52.num.18.in practica §.diligenter nu.45. in l.ſi quis,nec quæſt.n.149. ff.de quæſt. Guid.Pap.q.13. in fine, & 176.pulchre Boer. deciſi. 154. in fine.

Vnde in practica ſi nō habes inſtrumentum procurę & porrexiſti petitionē procuratorio nomine & fuit oppoſitum de mandato,& principalis ſit abſens,doceas te procuratorē ſcribendo inſtrumenta ad cauſam faciētia, & licet fortaſſe ſit extra vel ante terminum, & ſileas ad hunc finem tantum animo reproducēdi in termino probatorio præuia legitimatione mediante productione ipſorum.

Intelligēda ſano modo prædicta, dummodo probetur cōſignatio ſcripturarū, vel ſimus in homine bonæ conditionis,& famæ,& de hoc clare conſtat:alias requiritur cautio rati, vt per Menoc.in alleg.præſump.

Si igitur penes aliquem reperiatᷣ res furtiua, eſt inditium ad torturā regulariter cōtra ipſum declarādo tamen, & intelligendo prout in ſequentibus quęſtionibus, & hæc eſt * cōis opinio Rol. conſi.45.num.39. volu.1.in ſolito delinquere. Plot.§. 54 n.7.Proſp.Farin.q.37.num.48. addo Iaſ.cōſ.2.col. 2. poſt n.8.vol.2. Grat.cōſ.94.n.18.& poſt.n.25.vol. 2.Blanc.de indic. poſt n.417. Brun. part.1.quæſt.3.n.5.Guid.de Suzar. n.37.Maſ.& cōi cōcl.833.n.2.& 3.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rei furtiuæ excuſatur nominando, à quo habuit.*
2 *Si ſit bonæ conditionis, & famæ, creditur ſine iuſtificatione.*
3 *Creditur ei, ſi iurat non cognoniſſe.*
4 *Etiam ſi nominatus ſit mortuus.*

QVÆSTIO X.

QVAERO ad vlteriorē intelligētiā practicabilis materię l.ciuilem C.de furt. an excuſetur ille penes quē reperitur res furtiua nominando eū, a quo habuit, & vtiq; ſic Bald.poſt Iacob. Butrig.in l.maiorē C.de falſ.qui nunc ſicco pede hoc affirmat Butr. & Pan. in c.quanto de iur.iur. Io.de Anan. in c.ad falſariorū col.5.de crimi.fal.Marſi.ad l.qui falſam n.118.ff.de fal. vbi dicit hoc eſſe notabile verbum,& cōſ.52. ſub nu.39.Boer.dec.165.ſub n.4.Tibe. Dec.tract.crim.to.2.cap.25.nu.11.

Addo Rebuff. in tract. nominat. q.1.num.16.in cap.poſtulaſti num. 39.& 89.Maſcard.concl.745.num. 9.Iacob.nouel.in tractat. ad defenſam.num.149.Alex.conſi.205.nu. 5.vol.6. Roland.conſi.45.num.39. vol.1. Gomeſ.Var. reſolutio.tomo 3.cap.13.num.12.

2 Declarantur prædicta hoc modo ſi enim ſumus in homine bonæ conditionis, & famæ, tunc ei creditur abſq; aliqua iuſtificatione,alias non creditur niſi probetur, ita colligitᷣ ex ſupracitatis authoribus immo Boer.conſi.165.num.4.requirit nominationem authoris cum titulo. Addo iam citatis Aret. in tract.maleficiorum in verbo. & veſtem cœ-

lestem n. 19. vbi melius August. in addit. Alex. consi. 77. col. 3. vol. 1.

3 Ampliatur vt viro bonæ conditionis, & famæ credatur, si iuret nō cognouisse Menoch. lib. 5. præsum. 29. num. 3.

4 Ampliatur secundo, etiam si nominatus sit mortuus ī casu Vulpel. 149. n. 14. Vtillimum igit' est, & vti herba bettonica bonā famam probare, non cogitur autem homo bonæ conditionis, & famæ hoc facere si nolit, nec per hoc torqueri poterit, nisi iudex ex officio procedatur, & quam maxime inspecto iure canonico & in terris Ecclesię quo in specto furem indicare debet a quo habuit Romani singu. 794. Ias. in l. idē & si §. si tibi in. 1. fallentia ff. de condict. ob turp. caus. & debet authorem quem nominat plene conuincere & contra eum plene probare. Masc. concl. 383. nu. 12.

SVMMARIVM.

1 *Si res furtiua reperiatur penes hominem bonæ conditionis, & famæ cessat omnis suspitio.*
2 *Nec tenetur indicare à quo habuit.*
3 *Strazzaroli ementis ab ignotis excusantur.*
4 *Exiens de domo Domini, & portans aliquid sub mantello præsumitur fur.*
5 *Fallit in homine bonæ conditionis prout magnus mercator.*
6 *Fama bona releuat si est probata in specie secus si in genere.*
7 *Præsumptio in genere non tollit præsumptionem in specie.*
8 *Fama bona in genere probata elidit, & diminuit.*
9 *Famæ bonæ laudes, & effectus.*

QVÆSTIO VI.

1 QVID si res furtiua reperiatur penes hominē bonę conditionis, & famæ? Vtiq; cessat omnis suspitio Alber. & Salic. in d. l inciuilē Bal. in l. final. in fi. de hær. instituen. Salicet. in l. fin. col. vlti. C. de quæst. Marsil. in l. qui falsum nu. 125. ff de quæst. cons. 52. n. 40. in pract. § diligenter n. 96. Ias. ad l. in actionibus, n. 42. ff. de in litem iurand. Ang. in l. 2. C. de quæst. Brun. de ind. q. 3. nu. 2. Iacob. Nouell. in pract. ad defensam in rubr. an inditia pro reo damnada sint nu. 149. Paris. de sind. in verbo, an statur dicto torti. nu. 49. fol. mihi 328. Marsil. singu. 342. dicens hoc esse singularissimum verbum, & quod pluries habuit in facto, & obtinuit monēs Aduocatos, vt semper probent bonam famam, Angel. ad l. Ancillę. C. de fur. Aug. ad Ang. in verb. fama publica. n. 21. vbi hoc valde comend. Dec. ad l. qui accusare n. 7. C. de eden. pulchrè Bal. cons. 410. col. 3. circa mediū lib. 2. vbi benè loquitur Tiraq. de pœn. caus. 51. n. 131. Rol. cons. 45. n. 41. li. 1. Cra. cons 65. n. 12. Gramm. consil. 38. n. 14. Tibe. Dec. tract. crim. to. 2. c. 30. n. 12. cons. 43. n. 81. lib. 1. Arno dialog. 86. & hæc est vera, & cōis opinio Bonac. concl. crim. in verb. fur. in fine Tul. Clar. in pract. §. fi. q. 21. in fi. Rol. cōs. 96. n. 25. vol. 2. Plot. de in litē iur. §. 54. nu. 25. Serafi. de iur. priu. 132. nu. 45. Gom. variar. reso. to. 3. c. 13. nu. 12. Bert. cōs. 107. li. 1. n. 1. I. Lup. in c. p vestras. §. 18. n. 34.

2 Ampliatur vt nec isto casu teneat indicare a quo habuit, quia sufficit sibi probatio bonæ famæ Roland. consil. 45. num. 41. vol. 1.

Vnde

3 Vnde isti strazzaroli, qui solent emere ab ignotis excusantur, scilicet, ita exemplificans in l.fin. col.3. in fi.C.de quæst. Marsil.singu.392. Paris.de sindicat.in verbo, an statur dicto Torti.fol.328.Bertrand.cons. 107.part.1.

4 Hinc dicebat Angel. in l.milites C.de quæst. quod licet sit præsumptio de furto contra illum, qui exiuit de nocte de domo Domini, &

5 quod habebat aliquid sub mantello, tamen si ille talis erat vnus magnus mercator, vel alius qui verisimile scit nõ fecisse, cessat præsumptio, comendat Brun.de indit.q.5. in principio.

6 Declarantur præterea esse vera, quando bona fama sit deducta in specie, secus si in genere. Vnde si tu fuisti accusatus de furto,& super hoc sunt examinati nonnulli testes, probatio bonæ famæ non releuat, nec tollit inditia ad torturam Inn. in capitu.auditis de præscript.& est quia præsumptio in genere nõ tol-

7 lit præsumptionem in specie Bal.in l.siue possidetis col.2.circa medium C.de probat. Alex. hoc valde comẽdans cons.77.nu.9. uol.1. vbi bene loquitur Rom. consil.167. Marsil. cõl.3.n.22 Io.de Arno soliloquio. 37.vbi multum in prac. comendat, & cõsi.59.Correr. in pract.in prin. sub n.158.vers.limita tamen.Bossi. de inquisit.n.35. vbi benè loquitur Purpur.cons.133.col.fi.Cępol.cons. 40.col.8. & hæc est magis communis opinio Bursat.consil.34. nu.19. consil.116.n.21.Bonac.conclu.criminal. in verbor.fama bona,Connuzz.decisi.Lucan.41.nu.44.

8 Illud notabile est, quod bona fama in genere licet non tollat inditia in specie etidit tamen,& diminuit, & ita omnia concordantur, & est bonum verbum Bossi. de inquisitione num.35.

9 Bona igitur fama magnum uim habet, & potentiam, & est thesaurus inęstimabilis,& iocundus,& sicut lilium dant suauitatem odoris Bal.in l.1 col.5.C.de confessis, & est mirabilis quia, quod non est, facit esse, & id qđ non est,in esse producit, & facit de albo nigrum, & è contra verba Boss. in tit. de inquisition.nu.37. & sicut sol illustrat corpus nostrum, & à bona fama Bal.in capit. veniens de testibus quem comendat Corret. in c.grandi, col.4. de supplend.neglig.Prælatorum.

Dummodo testes, vt imputato, & accusato faueant, mendaces non sint,& multis cooperimentis famã non inducant prout practicando videmus.

SVMMARIVM.

1 *Socius ascondens rem cõmunem ad bonum finem non potest de furto accusari.*

2 *L.rei cõmunis.ff.pro socio,declaratur.*

QVÆSTIO VII.

1 SED hic quæro incidenter socius abscondit penes amicum aliquã rem communem non dolo,nec animo lucrandi, sed ad bonum finem, puta donec cessaret ira socij,an si reperiatur penes amicum possit accusari de furto? vtique non, nec socius qui consignauit, nec ille cui fuit facta ad illum finem consignatio,cum cesset dolus,& mala intentio. cum glos. in l.qui stas.§. qui ex

voluntate, vbi glos. in verb. non celandi ff. de furtis, & est meo iudicio alter textus insignis in l. quis sit fugitiuus §. idem ait vers. sin autem ff. de ędil. edict. quem videre placeat, & est casus vtilis, frequens, & quotidianus, nam si ascondo penes amicũ donec cesset scandalum, neuter committit, nec dans, nec recipiens.

2 Et sic limitatur l. rei communis ff. pro socio, vt in re communi committatur furtum, nam non procedit in casu prædicto.

Et hoc licitum est etiam in foro conscientiæ Inn. in c. quia plerique de immun. eccl. Bal. cons. 410. col. 2. circa med. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Officialis condemnatus in officio non appellat.*
2 *Decurio non potest torqueri.*
3 *Fallit si in officio delinquat.*
4 *Reo pendente accusatione recte soluitur, & recte soluit.*
5 *Officiali interdicitur administratio pendente cognitione causæ.*
6 *Magistratus maiores non possunt durante officio conuenire, vel conueniri.*
7 *Fallit si in officio delinquant.*
8 *Probationes in criminalibus requirũtur luce meridiana clariores.*
9 *Iuramentum suppletorium in criminalibus non defertur.*
10 *Iuramentum sufficit cõtra officialem delinquentem in officio.*
11 *Barattaria probatur iuramento, accedente fuga officiclis.*
12 *Iuramentum in litem defertur contra officialem.*
13 *Officialis delinquens in officio non potest amplius illud exercere.*
14 *Rescriptũ Principis præsumitur subreptitium in offic. delinquenti.*
15 *Notarius semel de falso condennatus non potest amplius instrumenta conficere.*
16 *Et à Principe restitutus famæ adhuc exercere non potest.*
17 *Idem in Aduocato, & similibus.*
18 *Res furtiua reperta penes officialem non facit præsumptionem contra ipsum.*
19 *Officium excusat.*
20 *Calumniator non præsumitur, qui accusat ratione officii.*
21 *Sindicus denuntians maleficia non probando excusatur.*
22 *Officialis non excusatur faciendo contra naturam officii.*
23 *Exclamatio contra officiales.*

QVAESTIO VIII.

QVAERO reperitur res furtiua penes aliquẽ officialem, an teneatur prout alij ad l. inciuilẽ. C. de furtis, pulchra, & notabilis est q̃stio.

1 Et primo videbatur q̃ sic, quia officialis condemnatus de male cõmisso in officio non appellat l. nulli C. quorũ appellatio. non recipiant. canonizatio. in §. nulli 6. q. 2. specu. in tit. de appell. §. 2. vers. 3. vbi Bal. dicit hoc verũ ẽt de iure Canonico.

2 Secundo licet Decurio nõ possit torqueri l. omnes C. de decurion. libro 10. tamen delinquens in offic.

3 torquetur l. quilibet eod. tit.

4 Tertio pro hac parte facit, quia Reo accusato, pendente accusatione recte soluit, & recte soluit l. reo cũ l. seq. ff. de solut. si sit præsens, & nõ

5 contumax iuxta l. fi. ff. de requ. reis tamen officiali interdicitur administratio ẽt pendente causæ cognitione

ne

ne l.ꝙ si forte versi.fine autem, vbi Barto.n.2.Castr.& Ang.ff.de solut. eum,quẽ C.de suspect tut.§.si quis autem iustitiat.eod.titu. dummodo sit facta litis contestatio est singulare dictum Azon. in summa de susp. tutor. quod valde cõmendat Ang. in citato loco dicens in facto habuisse Perusij,& valde cõmendat Aret. in d.§ si quis,quæ notanda sunt,nec in materia tutorem poscit Borgnin. de tut.num.18. vbi materiam suspecti tutoris explicat, & adde bonam g los.in l.suspecto decreto. ff.de suspect. tutor. concurrenti scandalo, vel criminis enormitate Aufrer.ad Tolos.370. vbi bonus locus in materia officialium.

Quæ addi possunt ad ea,quæ ponit Iul.Clar.pract.q.16.versi.prætetea,vbi sicco pede pertransit.

6 Quarto pro hac parte facit, quia maiores Magistratus non possunt durante officio conueniri,vel accusari l.2.in princ.& ibi Bar.Castrens.

7 Alex. & Ias.ff.de in ius vocan. fallit tamen si in officio delinquant. l.iubemus vbi glo.in verb. administrãti.C.ad l.Iul.repetun.Bar. in l.magistratib.ff.de iniurijs insignis text.in Canon.Sancimus 1.q.7. qui textus vtinã circa officiales eligendos obseruaretur mundus fortasse nõ corrueret bonus textus in §.si quis aũt Autent. vt iud. sine quoquo suffragio, quem ibi Angel. dicit singularem,& menti tenendum, & Barto. dicit esse iungendũ,cum l.iubemus superius allegata late Ias. in l.7. n. 2.ff.de in ius voc.Tib.Dec. tr.crim. to.2.c.37.n.6.licet sicco pede ptranseat & neminẽ ex prædictis allegat.

8 Quinto pro hac parte facit, ꝙ cũ in criminalibus requirantur probationes luce meridiana clariores l.fi. C.de probat. ob id in criminalibus

9 nõ deferatur iuramentũ suppletorium si veniat imponenda pęna corporalis, secus si pecuniaria Alex. & ibi Ias. in l.3.ille n.12.iste nu.19.ff. de iur.iuran.vbi attestantur hanc esse magis cõem opinionem in l.admonendi in lectura n.102.in repet. n.274. cũ seq.Simanch. de heret. c. 52.nu.2.Hercul.de negat.prob.nu. 252.Dec.con.37. in fin.Marsil.in l. maritus num.12. ff. de quæstionib. Alex.cons.66.n.1.li.1. Crot.de test. nu.307.Iul.Clar.in pract.§.fi.q 63. Hippolitus Bonacoss.concl.crim.in verbo.iuramentum, tamen quando

10 officialis accusatur de delicto in officio commisso sufficit iuramentũ in adminiculo,vnde barattaria pro-

11 batur iuramento, si officialis aufugit,& sic cõcurrente fuga Angę.reputans hoc admodũ notabile in §. oportet auten. vt iudi. sine quoquo suffr.Io.de Plat. in l.si aliquid C.de susceptor.li.11.in l.iudices.C.de dignit.lib.2.pro valde notabili cõmẽdat Mascard. sing.112. in ore duorum licet aliud dictum Bal. ibi relatum reprobat Mascar. conclus.166. barattaria il secundo num.2.

Addo ab eo nõ allegatos, & benè in materia loquentes Par.de Puteo. in tra.synd.in verb.probatio. f.149. Tiraq.de pęnis caus.58.num.7.

12 Declaratur cõclusio, vt vera sit nõ ad probãdum plenè delictũ sed ad præstãdum iuramentum in litẽ Ias.ad l.si qñ n.57.C.vnde vi vbi Ripa.nu.173.de iur.iur.Bru.de ind.in prin.n.11. repetẽs ad l.admonendi vbi Ro.n.58.Fran.Cur.n.161.vers. quinimo Io.Coras.n.85. in fi. Plot. de indic.iur.§. 30.nu.4.Boss.de offi.

corrupt.

corrup.n.14.Maſ.cōcl.821.n.2.Iul. Cla.pract.crim.q.21.verſ.præterea.

Et hæc opinio magis placet, & magis rationabilis videtur quā alia, quod habeatur pro conuicto.

Sexto facit, ꝙ ſi quis deliquit in officio, quod exercebat, non poteſt
12 amplius exercere & reſcriptū Prin
13 cipis pręſumit ſubreptitiū, niſi adſit clauſula ex certa ſcientia, vel derogatoria l.ſi aliquid. & ibi Ioan.de Plate hoc benè declarat C. de ſuſceptor & Archiatr.lib.10.l.ſi quis, & ibi Io.de Plot. C.de Cohort.lib.11. ſecus ſi extra officiū delinquat, quia redire poterit, & reſcriptū ſimplex ſufficit, nec præſumitur ſubreptitium, vt ibidem notatur.

14 Hinc notarius ſemel priuatus officio Tabellionatus propter falſitatē commiſſam in officio cōficiendo falſum inſtrumentū ampliuş inſtrumenta conficere nō poterit, latè ſententia cōdemnatoria, & hæc eſt cōis opinio Ale. in l.ſi quis ex Argentariis §.1.n.6.ff.de eden.Iul.Cla §.fin. q.73.verſ. notarius Bonac. in verb. notarius condemnatus Eminn.Soarezz. in ſuo theſ. recept. ſent. litera H.num.50.

Ampliatur ad propoſitū de quo agitur, vt amplius creari non poſſit
15 notarius, immo à Principe famę reſtitutus officiū adhuc exercere non poterit Bal.ſingulariter in cap. at ſi clerici n.10. de iud. vbi pulchrè loquitur, comendat pro ſingulari.Iaſ. ad l.Barbarius n.59. de offi.prætor. Ant.Taſſar.de error.notarior. c.49. vbi non leues rationes adducit.

16 Ampliatur in quocunq; alio, vt Cardinale, Doctore, & alijs ſimilib. pulchrè Dec.ab alijs non alleg.in c. vt noſtrum n.9.de appellatio. vbi limitat quando priuatur ob delictū in quo ſit præſumptio fraudis alius ex noua cauſa remittitur.

17 Contrariū tamen in terminis cōſuluit Bal. conſ.494. col.vlt. verſ.de 3.inquiſitione lib.1.ex l.2. C.de offic. ciuil.iudi.ibi, quod non arbitramur, & præſumitur pro official. l.1.
18 C.de ſuſcep.lib.10. Alciat.regul.3. præſump.15. & ratione officij, quis
19 excuſatur niſi probatur dolus, idem Bal.conſ.451.verſ.4.ratio lib.4. per notata in l.Atletas §. calūniator.ff. de infamibus Rom.in rep. l.ſi vero §.de viro limitat.27.ff.ſol.matr.vbi dicit, ꝙ qui accuſat neceſſitate offi-
20 cij, non pręſumitur calumniator ēt ſi nihil probat licet alius ſecus l.2. C.qui accuſ. non poſſ. per quam ita tenet Angel.in d.§.calumniator nu.
21 6.vbi Bal.nu.5. excuſat ſindicū denunciantem maleficiū non probantem cum ex neceſſitate officij faciat Abb.in c.2.n 6.vbi Fel.n.5. & 6.de calumn. Iul.Clar.in prac.§.fi. q.62. verſic. dixi etiam. Maſcard.de prob. concl.254.n.25.vbi ſicco pede pertranſit Menoch.de arbit.iudic.cauſ. caſu.321.n.21. vbi ſublim.niſi euidens calumnia appareat.

Sed bone Deus, quis blaſphemat, niſi Birruarij, & famuli officialium, & de hoc publicè gloriantur, quis defert arma prohibita niſi officialis, & famuli.

Quare bene dixit Alc.reg.3.prę-
22 ſump.15.lim.2. quod non excuſat officialis faciendo contra naturā officij, ſi igit̃ penes officialē reperiat̃ res furtiua, aut emit, aut habuit ratione alicuius querelæ, ſi emit non excuſat̃, quia lex prohibet, & ſi punit alios, cur in ſe? ſi habuit ratione alicuius querelæ, cur non reddit ve

ro

23 ro Dño ? liberè dicam Arrogant sibi multum officiales, & in summa cũ maximo populorũ scandalo arrogant, quod in alijs damnant, & castigant, & hodie excusantur officia non ad ius reddendũ, nec ad emẽdũ res furtiuas, imo ad verè furandũ, & pro sportulis patiuntur se excoriari, diuidũt causas per frustra pro multiplicandis sportulis, & faciunt delictum, quod lex numquam fecit Deus optimus Maximus ex sua benignitate prouideat.

SVMMARIVM.

1 *Res furtiua reperta penes hominem malæ conditionis & famæ facit inditium ad torturam.*
2 *Res furtiua penes tertium non facit inditium ad condemnationem nisi alias delictũ sit legitime probatum.*
3 *Malus semper præsumitur malus in diuerso genere mali propter connexitatem vitiorum inter se.*
4 *Declara, vt ibi.*

QVAESTIO IX.

QVAERO nono loco ad hãc vtilem materiam, si res furtiua
1 reperiatur penes hominẽ malæ conditionis, & famæ, vtique est inditiũ ad torturã, ita dicunt oẽs allegati superius q. 6. passim enim ibi admittunt bonã famã, excludentes vnico contextu malam.
2 Declarat̃ vt licet faciat inditium ad torturã, non tamen ad condemnationem, nisi alias delictum fuerit legitime probatum, vt dixi superius q. 3. vbi videre placeat.

Declarat̃ secundo vt debeat esse malus, in eodẽ genere mali, ita ĩ specie. Alex. cons. 5. n. 2. vol. 1. vbi bene loquitur, & ita ẽt ad intellectũ regulæ semel malus, tenuit Bar. in l. Cassius in fi. ff. de senat. vbi dicit præsumi in simili, non aũt in penitus separato, pulchre Alber. ad l. oĩmodo n. 2. ff. de inof. tes. quem tacitè aut orede verbo ad verbum reassumit Cic. de pen. ad l. quemadmodũ col. 11. q. 3. C. de agric. & censit. lib. 11. Bald. & Imol. in l. fin. ff. de hęre. instit. Io. de Anan. in c. cũ P. Diaconus de homic. Fel. ĩ c. cũ in iure in prin. de of. del. Alc. reg. tertiam præsum. 7. n. 2.

Subdit tñ Alc. in citato loco, vnũ consideratione dignum, quod semel
3 malus in vno genere mali propter connexitatẽ, quã habent vitia inter se, sequi videtur. Menoc. de præsum. libro 5. præsumpt. 32. num. 26.

In quo credo per iudicẽ diligenter animaduertendum ne fiat graue
4 pręiudiciũ, vt enim bene dixit Alb. in d. l. omnimodo multi peccant in luxuria, & tñ in alijs virtuosi sunt, adhibitoria datur pro vno vitio, q̃ cessat in alijs, non valet consequentia, fuit semel malus ĩ homicidio ergo in furto Marс. cõs 15. n. 9. pariter non sequit̃ in magis similib. terminis, fuit alias delinquẽs in vulneribus datis, ergo de homicidio. Grãm. dec. 25. n. 7. Plot. de in litẽ iur. §. 54. nu. 7.

SVMMARIVM.

1 *Fur dicitur solitus delinquere, qui cõmisit duo furta.*
2 *Delictum dicitur sępius commißum per duas vices.*
3 *Vsurarius per quos vices dicitur manifestus.*
4 *Blasphemans per quot vices dicatur solitus blasphemare.*

QVAE-

QVÆSTIO X.

QVAERO quis dicat solitus delinquere? Et in materia furti, qui cõmisit duo furta tenuit Veronens.in l.quod si nolit.§.qui assidua
1 ff.de edit.ex l.3.C.de episc.audienr. Alex.ad Barto.in l.capitalium §. famosos.ff.de pęnis Bal.in l.diuturna. ff.de legibus.Alex.cons.107.nume. 21.volu.2.Dec. in l. vt liberis C.de collation.

2 Ampliatur vt sepius dicatur cõmissum delictum per duas vices sępissime vero per tres Gramm.decis. 36.nu.10.dixi in tract. loc.& cond. part.1.de mercede omissa. quæst.2. num.25.

3 Declaratur hæc cõclusio in vsurario,in quo vt cõsuetus, & manifestus dicatur non sufficit bis, vel ter vsuras exercuisse, sed requirit satis plurium actuum frequentia Bar.in l.1.n.3.ff.de furt.explicat post alios Menoc.de arbit.iud. casu 236. n.6. 7.8.9.Io.Lup.ad capit.quamquã in præfat.nu.22.de vsuris.

Quibus addo Bal.in l.rogasti. §.si tibi col.penul.ff.si cert.pet.vbi consuetus fœnerari,qui per tres annos continuos vsuras exercuit, comendat Ias.cons.253.n.2. in fi.lib.4.Cagnol.ad l.2.num 57.C.de pact.inter empt. & vend.Burs.cons.117. n.17. volu.1.& ratio. potest esse grauitas pœnarum, de qua in cap.quamquã de vsuris: cum non sit verisimile tã graues pœnas indici nisi ex multorum actuum frequentia.

4 Declaratur secundo in crimine blasphemiæ, in quo non sufficiunt dpæ vices,sed plures,& plures Cin. in l.2.nu.4.C.de rebus credit. Alex. ad Bart. in l.capitolium §. famosos. ff.de pęnis Tiber.Dec. tracta.crim. cap.2.num.24.capit.5.sub nu.5. to. 2.& ratio potest esse, quia lubricũ linguæ non debet de facili trahi ad pœnam l.famosi C.ad l.Iul. maiest. Vnde pœnarum grauitas, & naturæ excusatio debet retardare iudicẽ ne sic de facili inducat solitum in delictis.

Et addo prædictis Roch. de consuetud.in rubrice.q.3.in fine in cap. fin.versic. septimum requisitum limitat.2. fol.mihi 38. in paruis prima vice impressis Alexã. consi.72. num.8.lib.1.Montilit.in pract.arbitraria part.4.num.739. Io.de Silua. in tracta.de iuramen. par.vlt.q.vlti. num 9. Ias.in l.4.§.iurari num.4.de iur.iuran. Bel.cõs.vlt.numero quinto, Menoch.de arbitrar.375. n.31.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens, qui pœnitentiam egit, nõ dicitur ex hoc effectus bonæ conditionis, & famæ.*

2 *Consuetudo est altera natura.*

3 *Homines sunt proni ad malum.*

3 *Emptor rei furtiuæ per duas vices, licet pœniteat adhuc suspectus dicitur.*

QVAESTIO XI.

1 QVAERO aliquis, bis deliquit, & postea egit pęnitentiam an
2 dicatur effectus bonæ cõ-
3 ditionis & famæ? vtique non, quia consuetudo est altera natura, & homines naturaliter sunt proni ad malum, ita Alberic. ad l. omnimodo numero primo, C.de inoffi.testam. luc.de pen.in l.quemadmodum col.

10. circa medium C. de agricol. & censit. lib. 10.

Quare si in materia de qua agimus fuit bis aliquis imputatus, quod emerit rem furtiuam licet pęniteat, adhuc suspectus dicitur. cogitandum videtur.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rei furtiuæ tenetur eam restituere vero Domino sine precii expensi recuperatione.*

2 *Etiam si emisset in loco publico in publicis nundinis in die publici mercati.*

3 *Consuetudo in contrarium non valet.*

4 *Cautela pro emptore contra venditorem.*

QVAESTIO XII.

QVAERO an ille penes quem reperitur res furtiua, quia fortasse emit teneatur eã restituere vero Domino, ẽt non restituto eidem precio, & vtiq; sic Hosten.
1 in Summa de pœnit. & remis. §. fin. versi. quid si quis emat Rebuff. ad l. Diuus sub nu. 124. de Sicar. Alciar. regu. 3. præsump. 29. n. 2. Menoc. de præsump. lib. 5. præsump. 29. nu. 9.
2 Ampliatur hæc conclusio vltra Menoc. etiam si quis emeret in loco publico, in die mercati publicis nundinis: adhuc enim tenetur restituere rem precio sibi non restituto.
3 Nec consuetudo in contrariũ valet, & ita fuit probatum areſtũ in curia Burdegalena contra quendam, qui emerat, equum in publicis nundinis, & retinuerat per annum reseruata actione contra venditorem,

SVMMARIVM.

1 *Emens rem furtiuam ignoranter tenetur restituere vero Domino, etiam precio non recuperato.*

2 *Vsurarius si dedit in dotem bona sua, competit hipotecaria contra tertios possessores illis, quibus est facienda restitutio.*

3 *Quid in foro conscientiæ.*

QVAESTIO XIII.

QVAERO, emit, quis rem furtiuam ignoranter, nũquid tene
1 bitur eã restituere Dño, precio non restituto? Vtiq; sic Host. in Sum. de pœn. & rem. §. fi. col. 10. versi. quęro quid de his, quẽ comendat Io. Lup. in rub. de donat. §. 65. nnm. 29.
2 Ex quibus infertur, quod si vsurarius dederit in dotem bona sua, quod competit hipothecaria contra tertios possessores, illis, quibus facienda est restitutio Bal. in l. executorem col. 2. n. 2. C. de executio. rei iudic. in l. pen. nu. 4. C. de commun. seru. pign. dat. manumiss.
3 Ampliatur hęc conclusio, vt procedat ẽt in foro cõscientię Io. Maio. in 4. sent. dist. 15. q. 26. ad finẽ Silu. in verbo restitutio. 3. q. 7. Io. Med. de contr. q. 10. Didac. Couar. in regul. peccatum relation. pact. 2. §. 12. sub num. 3. versic. 2. &c.

SVMMARIVM.

1 *Creditor recipiẽs in solutionẽ pecunias a debitore furatas, non tenetur furti.*

2 *L. si alieni. ff. de solution. declaratur.*

3 *An procedat in frumento, & specieb.*

4 *Quid in foro conscientiæ.*

QVAE-

QVÆSTIO XIIII.

QVAERO vnum satis freques, aliquis furatus est mihi pecuniam, quam ammiscuit cũ
1 proprijs,& de ea sic commixta satisfecit creditori, An creditor recipiẽs
2 teneatur furti, vtiq; non l. si alieni ff.de solution. quæ lex est admodum notabilis, & procedit tribus præcipuè concurrentibus. Primo commixtione tali, vt vnum ab alio discerni non possit, secundo titulo habiti ad translationem Dominij, Tertio bona fide recipientis Ias. ad l. singularia nume. duodecimo. ff. si cert. petatur.

3 Inferens post Roman. & Fulgos. idem esse in frumento, & in speciebus concurrentibus illis tribus requisitis, de quibus suprà ad intellectum. l. idem Pomponius scribit si frumentum ff. de rei vendicatio. & §. quod si frumentum instit. de reiũ diuisio.& l. nam & si fur. ff. si cert. petatur.

4 Et prædicta etiam vera sunt in foro conscientię Summ. Ang. in verb. furtum. num. 25.

SVMMARIVM.

1 *Creditor recipiens in pignus scienter rem alienam furatam tenetur furti, secus si ignoranter.*

2 *Fœnerator tenetur restituere vero Domino, vestes per famulos sublatas, & ei pignoratas.*

3 *Dominus rei furtiuæ non recuperat precium solutum pro recuperatione rei ab emptore bonæ fidei.*

4 *Quid in emptore bonæ fidei.*

QVAESTIO XV.

1 QVAERO quid in pignore dato creditori, de re aliena furata: vtique si creditor scienter recipiat, obligat eum furti, secus si ignoranter l. seruus ff. de conditio. indebit. vbi Paul. Castrens. dicit esse casum notabilem, & singularem
2 perpetuoq; menti tenẽdum contra famulos surripientes Dominis, & postea pignorantes fenerator tenetur restituere vestes sublatas per famulos restituto tamen precio, si ignoranter fecit, secus si ignoranter, & passim occurrit cũ Hebręo, & his, qui vice Hebræorum sunt, & sic vides iuris naturam quæ distinguit inter scientiam, & ignorantiam & recipientur pignus, non autem inementi rem furtiuam: & adde prædictis Io. de Anan. consil. 70. vbi bene loquitur Aufrer. Tolosan. 151. Bald. consil. 92. lib. 4. Bart. in l. eos. C. de furt. vbi reputat valde notabile, valde etiam commendat in rubr. C. de condit. ob turpem caus. Marsil. singul. 13. Io. de Anno. problemat. 72.

3 Additur vlterius, quod si Dominus rei furtiuæ restituat pro recuperatione rei suę precium emptori bonæ fidei, qui ignoranter emit, amplius recuperare non potest.

4 Et quod dictum est in creditore procedit in emptore bonæ fidei Ruin. cons. 82. col. 1. lib. 4. Roland. cons. 45. num. 4. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rei furtiuæ qui conuertit precium in vtilitatem Domini non tenetur*

netur eam restituere nisi rebursato precio.

2 *Emptori rei furtiuæ restituendæ sunt vsuræ per eum solutæ ad fauorem ue ri Domini.*

3 *Emptor rei furtiuæ vsuras soluendas computat in sortem.*

4 *Idem de iure Canonico in præsentib. casibus.*

5 *Emptor rei furtiuæ, an faciat fructus suos.*

QVAESTIO XVI.

QVAERO quid si emptor rei furtiuæ conuerrit precium in

1 vtilitatem Domini, puta soluit cre ditoribus eius. Vtique non tenetur restituere nisi pretium resbursetur, quod emit rem furtiuã, glos notabilis, & ab omnibus commẽdata in l. 3. in verbo. reddito. circa medium C. quod met. causa Bar. in l. mater in 2. apposit. vbi Bald. in 3. appositio. Castrens. col. 1. & in l. si mancipium. C. de rei vendic. in l. debitor ff. quæ in fraud. creditorum. glos. & Bart. in l. 1. C. de præscriptio. 30. vel 40. annorum in l. 1. C. si vend. pignor. agatur in l. 2 C. ne rei dominic. vel templorũ Ias. in l. si pretium C. de proc. est textus meo iudicio clarus in l. emptor ff. de rei vẽdicatione. quem videre placeat Bonifac. dec. Vitalin. in rubr. quid se accusatio. versi. quid si ordinatum Gomes. de communi de contract. to. 2. cap. 2. nu. 42. in fine ampliatur, vt etiam vsuras solutas teneatur restituere sicut sortem

2 principalem, soluendas vero, com-

3 putabit in fructus ac per glo. notabilem in d. l. emptor. vbi Angel. valde in pract. comendat, & Paul. Cast.

4 dicit procedere etiam de iure Canonico, vt sicut est restituendum pretium solutum, pariter, & vsuræ soluendæ vero computabantur cum fructibus ac ibi per eum.

5 Circa vero fructus, an emptor rei furtiuæ faciat suos puta vaccæ, quæ in manibus eius peperit, & sic de singulis reuertendum est ad conclusiones in materia fructuum, aut est possessor bonæ fidei, vel malæ fidei, late Menoch. de recupe. remed. 15. nu. 579. cum multis sequẽtibus non prosequor, quia frustuum materiam longum, & integrum tractatum requirit.

SVMMARIVM.

1 *Emptæ rei periculum, est Domini ignoranter, empta sit, & furtiua sit.*

2 *Contrarium est uerius.*
Quid in foro conscientiæ, ibid.

3 *Quid in rebus, quæ usu consumuntur.*

4 *Quid si per mille manus iuit.*

QVAESTIO XVII.

EMI rem furtiuam ignoranter, & bona fide, quæ perijt penes me, cuius periculo, vtiq; Domini,

1 non mei emptoris, Alberic. in l. qui vas §. final. ff. de furt. Feder. cons. 63. Siluest. in verbo restitutio. 3. q. 7. si igitur pereat equus, vel vacca furata empta a me bona fide, non teneor ad pretium aliquod vero Domino.

2 Contrarium tenet Hostien. de pęniten. & remissi. §. fin. versi. quid de præda Io. Lup. in Rubr. de donatione inter virum, & vxor. § 65. n. 53.

3 Ampliatur etiam in rebus, quæ vsu consumuntur Didac. in citato iam loco.

4 Am-

3 Ampliatur 3. etiam si res per mille manus iuisset Hostien. in allegato loco ex l. sed vbi ff. de minor. l. sed si lege §. fine autem ff. de petition. hæreditat.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei furtiuæ ad quem spectent.*
2 *Quid in foro conscientiæ.*

QVAESTIO XVIII.

QVID in fructibus rei furtiuæ ad quem spectent, puta partu vaccæ, vecturis equorum, & similibus vide supra q. 16.

2 In foro autem conscientię, & interiori animæ indicio, illud receptũ est, si ille rei furtiuæ emptor sit malę fidei possessor, tunc reneatur ad extinctos, & ad consumptos si ex consumptis sit factus locupletior. Et ad percipiendos, quos tamen, vel attenta eius singulari industria, vel communi hominum cura & diligẽtia Dominus percepisset Didac. in regul. peccatum relatio. par. 2. §. 6. num 4. versic. 4. vsq; in finem.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ, & melioramenta facta in re furtiua, empta ad quem spectent, & an detur repetitio.*
2 *Quid in foro conscientiæ.*

QVÆSTIO XIX.

1 QVAERO in expensis, & melioramentis factis in re furtiua empta a fure, & non Domino. Vtique melioramentorũ, & expensarum materia longissima est, & longissimam à proposita materia digressionem requiret, illud dicam, quod si emptor est in bona fide recuperat expensas, ad quod Dominus met cogi potuisset, alias non glos. notabilis, & ab omnibus reputata singularis in l. emptor ff. de rei vendicatio. vbi Angel. restringit eã ad bonæ fidei possessorem, & dicit eam admirabilem Doct. in l. insulã. §. fructus ff. solut. matrim. in c. grauis de restitutio. spoliator. Bal. cons. 303. col. 1. vol. 1. Salic. in l. doce Ancillam C. de rei vendicatio. Alexan. consil. 3 23. volum. 1. consi. 153. vol. 6. Cremens. singul. 105. Fel. in capit. cum causam de re iudicat. pulchrè Afflict. videndus decisi. 87.

2 In animę vero iudicio, & foro cõscientiæ etiam possessor malæ fidei deducit necessarias, vtiles & etiam voluptarias, quę à subiecto commode separari poterunt Dida. in regu. peccatum. par. 2. §. 6. sub nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rei furtiuæ an saltem recuperet precium a venditore.*
2 *Quid stante cessione iurium, & promissione euictionis.*

QVÆSTIO XX.

POSTQVAM emptori rei furtiuæ ignorantia non prodest ad precij recuperationem, poterit ne illud saltem à venditore repetere?

1 Vtiq; nec precium à venditore recuperare poterit, si sciens rem alienam emit l si fundum C. de euictio. vbi testus solemnis ad hoc in terminis Cin. in l. 1. num. 3. C. de præscri. 30. vel 40. annorum glos. fin. & ibi Abb.

Abb. in ca. ad audientiam, de rebus eccles. non alienan. glo. Bal. & Salic. in l. non dubium, C. de euictio. glo. Bal. & Salice. in l. Iulianus §. sane el primo C. de sacro. sanct. eccle. Abb. cons. 30. num. 3. libro secundo Dec. consi. 411. num. 4 Castren. in l. emptorem. §. qui autem nume. 7. ff. de actio. empt. Gozad consil. 24. nu. 7. Natt. consi. 191. nu. 8 Cuma. consil. 31. cons. 170. col. fin. pulchre Gom. de contract. tomo 2. cap. 2. num. 42. quicquid mendose dixerit nu. 8. Caball. de euictio. §. 5. nu. 31. est vera, & communis opinio Cur. Iun. in l. ea quæ in fine ff. de contrahend. emptio. Didac. var. resolu. lib. 3. ca. 17. col. 4. versi. ad eam vbi reprehendit Areti. aliter tenentem in l. si aliquã rem col. 7. ff. de acquiren. possess. Emannu. Soarez. in suo thesau. recep tar. sentent. litera E. nu. 140. imo & furtũ reputetur, Pernicola Mozzo de contract. titu de emptio. & vend. col. quæ res vendi poss. nu. 14. licet limitatur in multis casibus per Docto. in citatis locis, tamẽ non faciũt ad præsentem indaginem.

SVMMARIVM.

1 *Emens rem furtiuam, an præsumatur scienter, vel ignoranter.*
2 *Semel calumniator præsumitur in futurum.*
3 *Miles, qui semel male se gessit, præsumitur in futurum.*
4 *Negligens semel, semper præsumitur negligens.*
5 *Fidem semel non obseruans præsumitur semper in futurum.*
6 *Homicida semel semper præsumitur etiam in occultis.*
7 *Inimicus semel, semper præsumitur inimicus.*
8 *Etiam de recenti reconciliatus.*
9 *Etiam in inimico ex causa minus probabili.*
10 *Periurus semel, semper præsumitur periurus.*
11 *Falsarius semel, semper præsumitur falsarius.*
12 *Hæreticus semel, semper præsumitur Hæreticus.*
13 *Dolus præsumitur in alias doloso.*
14 *Scientia præsumitur in alias solito, emere rem furtiuam.*
15 *Scientia præsumitur in non solito emere rem furtiuam quoad restitutionem rei, non quoad pœnam.*
16 *Ludens cum filiofamilias, vel famulo, præsumitur sciuisse circa rei restitutionem.*
17 *Et verum est etiam in foro poli.*
18 *Filius vincens in ludo hominem sui tenetur ad restitutionem, sicut sibi, si vinceretur ratione æqualitatis.*
19 *Emptor, & creditor excusantur reciiendo à verisimiliter dominis.*

QVÆSTIO XXI.

VIDIMVS Superius de emente scienter, vel igno-
1 ranter, Quæro in emente rem furtiuam, an præsumatur scientia vel ignorantia. Vtique ignorantia Roman. consilio 474. in fine. August. ad Angel. in tracta. Malefic. in verb. vestem celestem numero 28. Rolã. consi. 45. num. 16. lib. 1.

Contrarium tenet Bal. in l. quod te. ff. si cert. petatur. in l. 1. ff. si quis. omiss. caus. testament. Socin. in regul. ignorantia fallent. 1. dicentes hanc emptoris ignorantiam præsumi simulatim. Dec. consi. 160. col. 3. in fi. Crau. cõ. 225. n. 8. adducẽs tex.

notabilé in l.3.§. si sic. ff. de in rem verso. Alex.cons.103.num.16.lib.2.Ruin.consil.88.num.12. libro 5. Soc.cons.168.col.pen. vers. præterea lib.2.Craue.iterum consi. 132. num.13.Grammat.consil.37.num.22.lib.1.

Conciliari possent opiniones, vt ignorantia præsumatur in non solito emere res furtiuas, alias præsumitur scientia Alex.cons.50. num. 8.vol.1.sequitur Crau.cons.75.nu.28. Veron.in l.1.C.de vsucapio.pro emptor.Serafin.de iuram. priuil. 1. num.3.

2 Facit primo, qui semel est calumniatus præsumitur in futurū calūniaturus l.si cui §.ijsdē de accusat.

3 Secūdo, qui semel male se gessit, præsumitur idem in futurū l. non omnes § a barbaris. ff.de re militar. vbi contextus valde celebris.

4 Tertio semel negligens præsumitur semper negligens cap.scriptum de præsumptio.

5 Quarto, qui semel fidem nō obseruauit præsumitur semper in futurū nō obseruaturus Bal. in l.lege Cornelia ff.ad Sillan.infetés, quod semel relaxatus fideiussoribus, si postea aufugiat, nec in districto permaneat non est amplius relaxādus, sequitur idem Bald.in l.3.C.de episcopal.audient. Aret.in trac. malef. in verb.fama publica n. 28. versi.4. notandum Marsil. in l.maritus nu. 8.ff.de quæstion.

6 Quinto semel homicida, præsumitur quod cōmiserit homicidiū, quod ignoratur Salicet.in l.vlt.col. penul.C.de quæst.& sing.317.Clatius Alc.reg.2.præsump.7.n.1.

7 Sexto semel inimicus, semp præsumitur inimicus Bal. in l. in ipsius C.fam.hercisc.in l.ex persona C. de probat.Sal.in l.3.C.de testibus Alciat.regul.2.præsumpt.11.

Addo Bal.cons.176.lib.1. Anca. consi.296.n.4.Dec.in capit.1.nu.6. in secunda lectura de iudic.Crauet. cons.9.num.6.versi.non obstat.

8 Etiam si inimicus sit de recenti reconciliatus Imol.in l.filius famil. ff.de donat.latè Tiraqu. de caus.cessant.limitat. 16.num.7.Menoch.de arbitrar.iudi.caus.q.28.nu.8 Dida. practicab.quæst.capit.18.sub num. 3.versic.4. iudicas qui declarat textum in l.Atlet. §. dat remissionem. ff.de excus.tuto. qui communi sententiæ aduersari videtur & §.inimicitiæ iust.de excus.tutotum.

8 Etiam si ex causa minus probabili inimicitia prouenerit, Ripa in c. 1.num.14.de iudic.Paris.consi.55. n.28.consi.61.n.16.vol.4.Gramm. consi.12.num.6 & 7.Roland.cons. 24.num.46.lib.1.

10 Septimo semel periurus, semper præsumitur periurus, & perdit beneficium iuratoriæ cautionis, vt dixi in tract.de deposi.& oblat.& sequestr.par.2.q.10.nu.21.

Addo Luc.de Penna in l.3.col.2. præsumpt.31.C.de apochis public. lib.10. Alciat qui eum non allegat regul.2.præsumpt.10. Menoch.de præsump.libro 5. præsumptio. 23. num.12.

Hinc egregie dixit Cicero pro Rabirio, vbi quis semel piurauit, ei credi postea, etiam si per mille Deos iurauerit, non oportet.

11 Octauo semel falsatius semper præsumitur falsarius Salicetus in l.si ei falsis colum.penult.C.de tran saction.

12 Nono semel hæreticus semper præ-

præſumitur hæreticus Bald. in l. nō ignorabile C. ad exhibend. Felin. in capit. ſcribebam nu. 3. de præſump. Simanch. declarans in practi. hæreſis cap. 50. nume. 17. Menoc. de prę-ſumpt. libro 5. prę̨ſump. 6. num. 41. præſump. 32. n. 14.

13 Decimo ſatis ad propoſitum dolus præſumitur in eo qui alias fuit in dolo Rom. conſi. 54. num. 6.

14 Sic igitur in propoſito ſciētia, & dolus præſumitur in eo, qui aliàs emit rem furtiuam, & ſufficit ſemel feciſſe ex prædictis.

15 Dici etiam poteſt, quod ſcientia præſumitur in eo qui non eſt ſolitus, quoad reſtitutionem rei, excuſatur autem à pœna Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 16. quæſt. 5. n. 32. Alciat. regul. 3. prę̨ſumptio. 29. num. 6.

16 Inferens, quod ludens cum filio familias, vel famulo præſumit̃ ſciuiſſe circa reſtitutionem pecuniarū ſecus, quoad penam aliquam.

17 Et hoc veriſſimū eſt in foro conſcientiæ Didac. in regul. peccatum part. 2. §. 4. ſub num 4. verſi. deinde dicens vnum aliud notabile, quod ſicut vincens filiūfamilias tenetur reſtituere, ita filius vincens etiam hominem ſui iuris tenetur ei reſtituere, vt æqualitas ſeruetur.

Tertio excuſatur emptor, vel creditor recipiens à perſonis veriſimi-

19 liter Dominis attenta earum qualitate. Menoch. de præſumption. libro 5. præſumpt. 29. numero 34. & bonum eſt articulare qualitatem dantis.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia probatur iuramento.*

2 *Etiam ſi præſumptio ſit contra iurantem.*

3 *Etiam in criminalibus.*

4 *Emens rem furtiuam non excuſatur iuramanto ignorantiæ.*

5 *Scientia præſumitur in facto notorio, vel publicè geſto.*

6 *Ignorantia non probatur iuramento in præiudicium tertii.*

7 *Ignorantia excuſat ementem rem furtiuam quoad pœnam, ſecus quoad reſtitutionem rei.*

QVAESTIO XXII.

SEd proſequendo vlterius materiam l. inciuilem C. de furt. emptor ad ſe excusādum allegat ignorantiam iurando neſciuiſſe alienā eſſe nec furtiuam, debet ne audiri, & ſtari eius iuramento? & vide-

1 batur, quòd ſic, quia ignorantia probatur per ſimplex iuramentum cap. vt iura, cap. vt nulli de elect. & hæc eſt communis opinio Crot. cōſilio 307. numero 8. in fine Menoc. de arbitr. caſu 86. n. 2. Maſcar. con

2 cluſ. 881. quæ vera eſt etiam ſi præſumptio ſit contra iurare nolentē, Abb. conſi. 9 nu. 47. vnde applicari poſſet in emente ſolito emere rem furtiuam, qui habet præſumptionē contra ſe, vt dictum eſt.

3 Et procedit etiam in criminalibus in quibus ignorantia probatur iuramento gl. notabilis in l. in verbo, animo C. ad l. Cornel. de Sicar. vbi Bal. dicit eſſe optimum, gloſ. ad probandum animum abeſſe in delictis, ac etiam dixit ſingularē Rom. ad l. in illa, col. pen. ff. de verb. oblig. Iaſ. reputat notabilem in §. ſed iſte nume. 90. inſtitut. de actio. ſingularem commendat Gramm. deciſ. 25.

 num. 5.

nu. 5. Serafin. de iuramen. priuileg. 4. num. 11.

Fallit tamen hoc in emente rem furtiuam à publica reuenditrice, quia istæ reuenditrices vendunt res alienas, & debebat cogitare non esse illius, & ob id restituere tenetur, nec excusabitur per iuramentũ in terminis Bart. de statuto. vrb. præscriptio. glo 19. num. 14.

5 Pro qua opinione facit, quod sciẽtia præsumitur in facto notorio, vel publice gesto, glo. in cap. 1. de postulatio. prælato. in l. si tutor. C. de pericul. tutorum. Bart. in l. 1. ff. de exceptio. Soci. in trac. fallent. in verb. ignorantia il secondo fallen. 2. n. 4.

Quibus accedat Bald. in l. verius. ff. de probatio. Ias. ad l. is potest, nu. 64. ff. de acqui. hæred. vbi Maran. n. 23. Ias. in l. citius. §. lucius. ff. de lib. & posthu. consi. 46. nume. 3. lib. 3. Grat. consil. 49 nu. 15. lib. 1. Socin. Iun. consi. 31. nu. 12. lib. 2. Gramm. decis. 35. nu. 15. Crauet. consil. 224. num. 8. versicu. secundo respondeo. Alex. consi. 94. colum. penult. volu. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 23 nu. 68.

Addo Ias. in §. si quis agens, nu. 8. Instit. de actio. Anto. Gab. de reg. iur. conclus. 5. nume. 21. Corbol. de iur. emphiteot. limita. 20. num. 12.

Dixi in tract. de iuramen. litis decisorio quæst. 11. principal. nume 6. declara. 3.

Addo Rotem. decisio. 19. aliàs 44. de dol. & contum. in nouis. vbi repellit iurantem in actu notorio, vel publice gesto.

6 Secundo hæc opinio adiuuatur, quod ignorantia non probatur iuramento, quando tractatur de præiuditio tertij, dummodo præiudicium non sit leue, nec cum iuramẽto alia præsumptio non concurrat. Felin. in cap. cognoscente num. 14. & ibi Dec. prope finem. de constitutio. & doctrina Geminia. in ca. eos. de tempo. ordinatio. per tex. in cap. insinuatione. de procur.

7 Crederem ignorantiam, & iuramentum super ea excusare quoad pœnam, secus quoad restitutionem rei colegio. & Menoch. in 16. rem. nume 32. quæst. 5. de præsumptio. lib. 5. q. 77.

Dummodo ista duo concurrant, quod ignorantia alias probari non possit, & quod iuranti non obstet aliqua præsumptio, quod alias emerit, vel alia, de quibus sup. Cardina. in clemen. 1. quæst 8. de consangu. & affinit. Felin. in cap. quosdam, nume. 5. de præsumpt. in cap. 2. nume. 12. de constitutio. Alexã. consi. 72. nume. 2. vol. 1. Menoch. de præsum. lib. 1. quæst. 77.

QVAESTIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio admittitur contra præsumptionem iuris ad aliquem saluandum.*

2 *Protestatio sufficit ad saluandum aliquem a suspicione hæresis, pertinaciæ, & malitiæ.*

3 *Protestatio quando saluet ementem rem furtiuam.*

4 *Emere rem furtiuam in nundinis, vel mercato non excusat.*

5 *Latrunculi qui appellantur: quorum ius circa depredata seruandum etiã videtur in bannitis.*

PRIN-

1 PRINCIPALIS est quæstio in hac materia l.inciuile C.de furtis. emit quis rem furtiuam cũ protestatione, quod emet pro Domino, an eum excuset, & primo videbatur quod sic, quia contra præsumptionem iuris admittitur, probatio in contrarium ad aliquem sal uandum Bald.in l.vlt. C.de stat.def. Alexand.consil. 190.in fine libro 2. Bald.in tract.præsumpt.par. 3.prin cipal.quæst.10.numero 21.inferen tes, & hoc quod aduersus præsumptionem iuris ortam & l.cum de in rem verso. ff.de vsur. quod ille, qui diu soluit præsumitur fecisse animo obligandi dixi in tract.locati, & conducti. parte 194. admittitur probatio, & contraria protestatione.

2 Secundum allegari potest, quod ad saluandum aliquem à suspitione hæresis pertinaciæ, vel malitiæ sufficit protestatio. Alberic. in rubrica C.de hæreticis.ad finem Ioann. Gerson.in tractat. de protestatione, quæstio. quinta. Alfons. Castrens. libro 1.de iust.& iur.hæretic.puntion.capitu.21.Albertin.in tractat. de agnoscend. . . . cathol. quæst.12.numero quarto. Simanc. titul.55.num.11.declarando vt ibi pulchrè per eum.

Et hanc opinionem pro cautela tenet Veronens. cautel. 10.& Hostiens.de penitent. & remissio. §. final.versic. quid si emit rem deprędatam. Iason in l.si pretium in fine. C.de procurator. Ioann. Pirrh.ad l. contractus in 4. regula emptiones, ff.de reg.iur.

Contrarium tenet Alc.regul.3. præsumpt.29.num.3.Natt. consil. 436.libro 2. Iul.Clar.in §. furtum, vers.sed hic incidenter Iac.Menoc de præsumpt.lib.5. præsumpt.29 num.15.

Ea ratione, quia de facili fieret fraus legi, mediante protestatione, & defacili, quis inuitaretur ad furandum reperiendo emptorem in promptu l.concernitur ff.de pact. conuent.l.1. ff ad Macedon. l.postliminium §.in pace. ff.de captiu. & post limin.reuer.

Addo vltra Menoch.plenè profitentem solum exclamantem ad l. omnes populi ff.de iust. & iur.pulchrè Beninten. decisio. Perusin.42. Bonacoss. in verbo furtum in fine Bursatt.consilio 43. numero 35.libro 1. Grauett. Teoramat. 24. qui contra Veronensem tenet vltra Menoch.

3 Saluari, & conciliari possent opiniones, vt protestatio operetur tribus concurrentibus. Primo, quod emit nomine Domini, & hoc clarè appareat, nec iuuatur iuramento si vellet iurare. Secundo quod emit à latrũculis, & personis scelestis quibus resisti non poterat, prout temporibus istis a deprędantibus bannitis, qui cogunt ad emendum infelices transeuntes: tertium paruitas precij ex qua resultat veri Domini vtilitas Rebuff.de except.n.645.& ad l.diuus num.132. dans pro consilio, ut protestatio clara sit, & lucida inferens, quod fiat scriptura hoc clarè continens, ita vt si postea emptor conuentus offerat stari suo iuramento non audiatur Siluestri. in restitutio, & in eodem verbo Angelic.num.7.Mozz de contract. titul de emptio.& venditio rubric. de rebus, quæ vendi.possess.sub numero 32.

Addo vltra eum aliud requisitũ, s. decretum iudicis Bonac. de equo quæst.63. dicens Ferrariæ, pluries obtinuisse,& hæc est clarior cautela tantum.

Addo Boss. titulo de furt. nu. 50. & sit cautus, quia emere vtile reputatur vt fiat publicum proclama,& hoc saluat emptorem Ioseph de Ludouic.decis.Perusi.42.in nundinis, vel publico mercato non excusat ni
4 si alia concurrant, de quibus supra & Benintend.in allegata decisione, & audio in regno Neapolitano esse pragmaticam contra cautelam veronensis.

5 Non ignoro, quod latrunculos appellat hostes, & gentes externas Stracc.de merc.tit. de nauibus par. 2.nu.18. ad intellectum l. mulier. ff.de capt. tamen credo idem in bãnitis, qui in campaneis cogerẽt homines ad emendum maximè, quia concimtinilatim incidunt, & semper excusarem ementem ab eis iuxta qualitatem rerum,et locorum,et status personarum, & excusarem etiam si in emendo ab eis non seruãt præallegata requisita.vbi enim eo casu iudicis decretum in Campanea,?vbi si protestaris,quod in premium te non spolient, vel benè pcutiant,laudarem tamen, quòd emptor reuersus in patriam cõpareat coram Gubernatore loci,& offerat allegata superius requisita.

SVMMARIVM.

1 *Redemptori rei ab hostibus, vel latronibus est restituendum precium.*

QVÆSTIO XXIIII.

1 QVAERO redemit, quis rẽ ab hostibus,vel latronibus,an teneatur restituere vero Domino non restituto pretio, tetigi, superius, & vtique restituere non tenetur nisi restituto pretio, quod expendit iux.l.mulier in opus,ff.de capt.& postlim. reuers. Hostien.in Sum.de pœnit.& remiss.versi.quid de prædam ementibus.Ancar.in tegul peccatum col.13.Ioan.Lup. in rubr. de donat.inter virum, & vxo. §.65.n.57. Veronen.cautil.10. Ias. in l.si pretium in fine C.de procur. Alciat.reg.3.præsump.19. decla.2. Summ.Angel.in verb.restitutio.1. num.5.Siluest.in verb.restitutio.3. q.7.10.Maior. in 4. sent. distin. 15. q.26.in fine Didac. in reg.peccatũ. par.3. in fine, & videtur bene probare ex cano.rapinam.14. quæst.5. & facit hæc ratio, quia sicut verus Dominus non posset eam recuperare actione aliqua, ita æquum est redemptori pretium restituatur, præterea cessat hic suspitio fraudis quod in participatione fuerit, vel quod emptor fuerit negligens in præscrutanda conditione venditoris,vide tamen,& adde hic quæ posui superius in fine præcedentis quæstionis, & ita Rota Auenionensis 30.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rei furtiuæ, postea venditor, tenetur quatenus est effectus locupletior.*

2 *Emptor rei furtiuæ, vendens eam pro eodemmet pretio quod dedit furi*

furi ad nihilum tenetur.

3 *Precium rei furtiuæ furtiuum nō est.*

4 *Emptor rei furtiuæ, eam donans tenetur ad precium.*

5 *Donatarius rei furtiuæ, vendendo eã tenetur ad precium, & hæc vera in foro ciuili canonico, & poli.*

QVÆSTIO XXV.

QVAERO si emptor rei furtiuæ vendidit, ad quid tenetur,
1 vtique ad precium quatenus est effectus locupletior, & si
2 alienauit pro eodé precio, quod dedit furi, ad nihilum tenetur, preciũ
3 enim istud furtiuum non est l. qui
4 vas. ff. de furt & si eam pluris vendidit ad illud plus tantum tenetur,
5 & si non vendidit, sed donauit ad precium tenetur, & si fuerit à fure donata & védiderit, tenetur ad precium acceptum l. si rem ff. de petit. hæredit. & hæc omnia vera sunt de iure ciuili canonico, & in foro conscientiæ Didac. in regul. peccatum part. 2. §. 12. versi. quarto hinc.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rei furtiuæ cognoscens eam alienam, an audiri debeat volens restituere vero Domino.*

2 *Idem bonæ fidei primum, deinde superueniente scientia an restituere vero Domino teneatur.*

QVAESTIO XXVI.

1 FVR vendidit rem furatam, postea emptor cognoscere cępit esse alienam, vult restituere furi venditori, vt ab eo recuperet pretium datum, numquid hoc facere debet? Angel. in verb. restitutio. num. 1. tenuit quod sic Siluestr. in eodé verb. 3. quæst. 7. contrarium tenet Ioan. a Medin. de contr. q. 10.

Conciliari fortasse possent si appareat probabilis coniectura quod fur voluerit restituere vero Domino, vel emptor eum ad id agendũ induxerit, aut tandem modum adhibeat, quo tutè vero Domino restituat.

2 Sed pone, quod emptor ab initio fuit bonæ fidei, credendo furé esse verũ Dominum, deinde superuenit scientia teneturne restituere vero Domino? vtique. sic in summa de pœnit. & remissi. §. quid de præda vbi declarat, quid in foro cōsciētię.

SVMMARIVM.

1 *Nundinæ sunt liberæ, & ad eum est tutus accessus.*

2 *Nundinæ intelliguntur liberæ à molestia iuris, & facti.*

3 *Molestia in accessu ad Nundinas intelligitur iuris, & facti.*

4 *Statutum, quod emens in nundinis, vel publico mercato, non teneatur Domino restituere, non valet.*

5 *Nundinæ non sunt liberæ à præscrutando conditionem contrahentis.*

6 *L. qui cum alio, quomodo intelligatur.*

QVÆSTIO XXVII.

AN excuset emisse in publico mercato palam in plateis vel
1 nundinis, & videbatur, quod sic, quia nundinæ sunt liberę, & ad eas
2 est tutus accessus l. 1. C. de nundin. & nundinæ intelliguntur liberæ a molestia, tã iuris, quã facti Corset.

reputans hoc valde notabile in singul. suis in verb. molestia, primo cit
3 ca medium inferens, & hoc, quod si
4 statuto, vel bannimentis caueatur, quod venientibus ad nundinas nō possit inferri aliqua molestia intelligitur iuris, & facti, dicens ita decisum in ciuitate Ferrariæ Host. in citato iam loco inferens non valere statutum, quod emens in mercato publico vel nundinis, non teneatur Domino restituere, & nūdinæ sunt liberæ quoad accessum, & egressū,
5 non autem vt emens non teneatur perscrutari conditionem vēditoris licet sit forensis Comens. consi. 26. Tiraquel. de retract. consang. in fine num. 43.
6 Vnde dispositio l. qui cum alio procedit in contrahente cum forense, & extero ignoto.

SVMMARIVM.

1 *Dubitans an res furtiua sibi per contractum oblata sit aliena, licite ne possit eam recipere cum hac protestatione.*

QVAESTIO XXVIII.

DVBITANS quis, an res furtiua sibi oblata, vel titulo
1 vēditionis, vel emptionis sit aliena, an licite in hac dubitatione recipere possit cum protestatione, quod si vllo vnquam tempore apparebit aliena, quod vult restituere vero Domino, & pariter alienare potest præmissa diligenti inquisitione, an furtiua sit, monendo emptorem de prædictis, & in foro conscientiæ hoc verum attestetur Ioan. Medin. de contract. q. 10. nisi dubius sit an licite possit emere sine peccati culpa, nam hoc casu emere non poterit Didac. in regul. peccatum. §. 12. n. 4.

SVMMARIVM.

1 *Recuperans oues a lupis an restituere teneatur Domino sine mercede, & pretio.*

QVÆSTIO XXIX.

RECVPERAVIT, quis oues a lupis, an teneatur resti-
1 tuere vero Domino sine aliqua pretij solutione, vtiq; sic: alias dicitur furtum committere l. Pomponius scribit §. vlt. ff. fam. hæricisc. l. Pomponius ff. de acq. rerum domin.

SVMMARIVM.

1 *Statutum imponens pœnam ei penes quem reperitur res furtiua comprehendit etiam commodatarium, depositiuum & alium.*

QVÆSTIO XXX.

QVID si per statutum, vel bānimenta imponatur pœna il-
1 li penes quem reperitur res furtiua comprehēdet ne commodatarium, depositiuum, vel alium simplicem detentorem, vtique sic Alciat. ad l. penes in fine ff. de verborum significatione.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo an excusat a pœna l. inciuilem C. de furt. cum suis exceptionibus.*

QVAE-

QVAESTIO XXXI.

QVAERO an per statutum, vel consuetudinem excusari
1 possint ementes, vel alio modo recipiẽtes res furtiuas, prout sunt Hebraei, penes quos saepe reperiuntur vestes alienae, vtiq; hoc casu cessat dispositio l. inciuilem C.de furt. Abb. in cap. quod clerici. num.9. de for. compet. Io. de Anan. consi.70. Cremens. singul. 82. Dec. in cap. venerabilis n.12. de except. Alc. reg. 3. praes. 29. declar. 5. Marsil. sing. 13. Rebuf. de pri. scol. pri. 115.

Declaratur primo, vt non procedat, quando Iudaei scirent esse alienam, ex l. seruus ff. de condi. indeb. de qua superius vidimus: ita in specie Angel. consil. 70. Marquard. de Iudaeis. par. 1. cap. 11. n. 18. quando autem verè ignorabat, videntes accedere famulum cum vestibus dominicalibus, addo Tolos. 151. vbi cõsulẽdo in hac materia non excusat.

Declaratur secundo vt non procedat contra clericos, qui huiusmo di statuto non ligantur ita Alcia. & alij in supracitatis locis.

Declaratur tertio, vt non procedat contra scholares, vt per Rebuf. in citato priuilegio, sed Deus scit quae priuilegia habeant scholares.

SVMMARIVM.

1 *Venditio rei furtiuae quando valeat.*
2 *Numquid venditio rei furtiuae, vel alias subreptae, valeat, tres sunt casus ad l. si in emptione §. item si emptor ff. de contra. emptio.*

QVAESTIO XXXII.

1 PRIMVS casus est, quando vterq; scit rẽ esse furtiuã, & tũc ex neutrã parte obligatio cõtrahit.

Secundus casus est, quãdo solus emptor scit, & pariter venditor, nõ tenetur ad traditionẽ alicuius possessionis.

Tertius casus est qñ solus venditor scit, et tunc obligatio contrahit.

Scientia autem qũo deducatur recurri solet ad consanguinitatẽ vicinitatem, & alias similes praesumptiones scientiae, quas lõgum esset, & extra propositum enarrare.

2 Et dicit Bal. in d. §. itẽ si emptor, qđ dispositio illius §. mirabilis est, & quod semper ex eo colligit quod plus nocet sciẽtia obligantis prout est emptor, quàm obligati prout est venditor, & quod titulus non excusat a crimine.

SVMMARIVM.

1 *Emens à filio, qui furatus est patri, an excusetur.*

QVAESTIO XXXIII.

QVID in emente à filio, qui furabatur patri, videbatur pu
1 niendus pęna furti ex l. eos. C. de furt. vbi Cast. dat exemplũ. in filio, & vxori furantibus Patri, & marito, & dantibus vicinis id scientibus vt furti poena teneantur, sequitur Aret. in tract. malefi. in verb. vestem cęlestem num. 21.

Contrarium est verius data sciẽtia Patris Baldus in l. cum oporteat colum. 3. de boni. quę liber. Clarius in l. si fine columna 2. quaestione 3. C. ad Vellian. vbi concludit, quod taciturnitas coniuncta cum cõiunctione sanguinis inducit consensũ, vt non dicatur furtum, & loquitur in

In filio furante Patri, & hoc in terminis tenet Rimin.conf.106.inter conf.crim.diuer. to.1. in paruis, & quoniam de ablatis per filium patri casus est valde frequẽs. Illud in materia addam quod filius furando patri committit furtum in se, sed non tenetur furti ratione potestatis in filiũ l.serui, & filij in prin. ff.de furt. fallit hoc in filio habenti peculium Castrense, vel quasi, quia in actione furti conueniri potest l. si quis vxori. §. primo, ff.eodem de furtis, vbi idem filio contra patrem.

Ampliatur si non habeat castrẽse vel quasi, sed aduentitium in casu, quo patri non quæratur vsusfructus Mantua sing.389.

SVMMARIVM.

1 *Ille, penes quem reperitur res furtiua, an excusetur nominando eum a quo habuit, vel iurando non cognouisse.*

QVAESTIO XXXIIII.

NVMQVID ille, penes quem reperietur res furtiua excusetur nominando eum, à quo habuit,
1 vel iurando non cognouisse? vtiq; sic August.ad Angel.in verb. vestẽ cęlestem num.19.Boer. decis.165. num.4.Menoc.lib.5.præsump.29. num.3.Masc.conclu.745.nume.9. & vidi quandoque dubitatum an ista nominatio faciat indicium ad torturam contra nominatum, vidi consideratam qualitatem personæ.

SVMMARIVM.

1 *Domino rei furtiuæ an liceat recuperare eam, & tollere ex se in domo furis.*

QVAESTIO XXXV.

NVMQVID licebit Domino rei furtiuæ recuperare, &
1 tollere propria authoritate in domo furis? vtique sic dummodo sine scandalo, & imputatione tertij. dictum est singulare Innoc.in c.cũ olim colum.pen. circa med. versic. quidam tamen dicunt de rest. spol. reputauit dictum singulare Castr. singu.9.Io.de Arno, problemat.44. videre placeat posit. in tit. de locatio. in materia famuli surripientis pro salario suo.

SVMMARIVM.

1 *Liber per famulum furatus scholari an possit ab hebræis retineri.*

QVAESTIO XXXVI.

EST concessum priuilegium hebręis, vt possint retinere res fur
1 tiuas pignoratas, donec pretiũ soluatur: An comprehendat librum per famulum furatum scholari, & pignoratum, vtique nõ. Sicul.in capitu. quod clerici de for. competen. dixit singul. Cremen. sing.82.

SVMMARIVM.

1 *Dominus cum videt rem furtiuam penes quemquam, an de facto possit*

sit

sit eam tollere sine via iudiciaria.

QVAESTIO XXXVII.

PONE vnum quod de facili euenire potest: Dominus videt rem
1 furtiuam penes talem, non vult vti uia iudiciaria, sed de facto tollere, potest vtique sic Inno. in cap. cum olim de restitut. spolia. dixit singul. Castrens. singul. 9. Arn. problem. 44.

Quod crederem verum si existat penes furem immediate, secus si penes tertium.





VINCENTII CAROCII I.C.

TRACTATVS DE REVELATIONE CONFESSIONIS.



GREGORIVS.

Cap. Sacerdos de pœniten. Sixti Sexti.

Sacerdos ante omnia caueat, ne, de his, quæ ei confitetur, peccata sua alicui recitet, quod ea confessus est non propinquis, non extraneis, neq; quod absit pro aliquo scandalo, nam si hoc fecerit deponatur, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando pergat.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex Maximus vices Dei gerit in terris.*
2 *Pontifex fungitur legatione Dei in terris, & non puri hominis.*
3 *Secretũ est de iure naturæ, & diuino.*
4 *Papa non potest dispensare super secreto.*
5 *Papa non potest dispensare, vt non dicatur officium ex toto, sed ex tanto.*
6 *Pontifex dispensare non potest vt matrimoniũ contrahatur inter personas iure diuino prohibitas.*
7 *Declara vt pro vt ex tunc, licet pro vt ex nunc.*
8 *Pontifex dispensare non potest, vt quis saluetur sine confessione.*
Confessio est de iure diuino ibidem.
9 *Pontifex differre potest tempus statutum*

9 *tulum in cano. omnis vtriusque.*
10 *Sacerdos in actu confessionis est specialis Vicarius.*
11 *Pontifex in actu confessionis est Vicarius Generalis.*
12 *Cap. studuisti de offic. delegat. declaratio.*
13 *Arbitrium concessum alicui per cōmune, restringitur, ne possit facere contra stilum ciuitatis nisi. . . . noua causa, vel ignorato tempore concessi arbitrij.*
14 *Episcopus potest . . causa mutare pœnitentiam iniunctam a Papa.*
15 *Episcopus potest. . . causa derogare iuri canonico.*
16 *Potestas potest. . . causa contrauenire iuramento prestito in principio officij.*
17 *Confessor ex qua causa non tenetur confessionem reuelare.*
18 *Fama, & vita æquiparantur.*
19 *Honor vitæ præfertur.*
20 *Ius naturale potest tolli in specie, & ex causa.*
21 *Quæ sunt de necessitate naturæ non mutantur, secus, si sint de præsumptione naturæ.*
22 *Reuelationem faciens tenetur actione iniuriarum, & ad interesse.*
23 *Ius ciuile ex causa, tolli, alterari, & minui potest.*

QVAESTIO I.

QVAERO igitur primo loco, an summus Pontifex si sacerdoti pręcipiat, vt confessionē reuelet, teneatur ei sacerdos obedire.

Videbatur dicendum q̄ sic. quia summus Pōtifex vices Dei gerit in
1 terris, cap. 1. 2. & 3. de transf. episc. c. ad Apostolicę § nos. de re iud. cle. 1. de magist. clem. 1. de sent. excom. ligat, & soluit, quem vult. can. manet cum seq. 24. q 1. cano. quodcunque dist. 11. Math. c. 12. Bert. de episc. in
2 Præludiq. 1. & Dei non puri hominis, vices gerit in terris cap. quanto de trāslatio episc. & eius legatione fungitur can. oranus distin. 19.
3 Contrarium est verius, primo quia secretum cōfessionis est de iu
4 re Diuino, super quo Papa dispensare non potest Ricar. in 4. distin. 21. vbi sanctus Tho. q vlt. art. 1. Meuiz. in Silu. lib. 3. in verb. monitorie ampliat. 5. summ. Ang. in verb. confes. vlt. n. 3. Bero. q. familiari 12. Viu. in Silua. vari. opin. opin. 143 n. 3.
5 Facit vltra eos, quia summus Pōtifex dispensare non pōtest, ne dicatur Diuinum, officium et hoc nō ex toto, sed ex tanto. Cardin. in clem. final. de celebratio. Missarum, commendat Bellom. in §. nihil . . . 2. de hæredit. quæ ab intesta. deferuntur.
6 Secūdo vltra alios facit, quia summus Pontifex non potest dispensare, vt matrimonium cōtrahatur inter personas iure Diuino prohibitas, c. litteras. versi opinioni autem vltimæ de restitut. spoliat. vbi Abb. in 5. notabili num. 4. & insuper nu. 12. valde commendat.
7 Saltem non dispensat prout ex tunc, licet prout ex nunc, & notabili teorica Io. Andr. in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi.
8 Tertio summus Pontifex dispensare non potest, vt quis saluetur sine confessione cum confessio sit de
9 iure Diuino, sed bene potest dispensare . vt vnus differat tempus statutum in cano. omnis vtriusq; sexus; Fel. post sanctum Tho. in c. 1. n. 36. de constit. Nau. ex cōi in Manuali cap. 2.

cap.2.num.4.Concil.Triden.sess.7. cano.1. & hæc est receptissima omnium Theologorum opin. Didac. de sponsal.par.2.cap.8.§.12.nu.10.

10 Quarto pro hac parte facit, quia in actu confessionis sacerdos est specialis Vicarius, & Summus Ponti-
11 fex, Vicarius generalis. Vnde specialis in illo actu prævalet ordinario, cap.studuisti, vbi Abb. in 1.notabili de offi.legat.

Considerādum tamen est, in via discursus, & disputationis saluo, & reseruato saniori iudicio, quod con-
12 clusio cap.studuisti vera est regulariter in se, venit tamen limitanda, quod nō procedat ex causa noua superueniente, vel antiqua, licet alias ignota l.si hominem in princip. ff. mandat. quam legem dixit ibi Bar. multum notabilem, inferens, quòd si aliquibus conceditur arbitrium
13 per commune, quod illi non possunt facere contra statut. nisi cum noua causa, vel antiqua tempore concessi arbitrij ignorati, Clarius in l.ambitiosa num.11.ff.de decret. ab ordin.facien.dixit valde singulare Anto.Trig.sing 32. Tiraquel de pœnis in præf.num.36.Barb.in rubri.C.qui admit.col.22.Put.in tra. sindic.tit.de arbit.eorum nu.1.Menoch.de arbitra.q.15.num.7. appellans notabile responsum, inferens iudicem abitrarium posse ex noua causa superueniente immutare inducta à iure communi, vel Statuario, & per illum textum dixit glos. singularis in Can. tempore plenitu-
14 dinis 26.q.8. quod inferior, puta Episcopus potest cum causa mutare pœnitentiam iniunctam à Papa. Dixit etiam singulariter Bal.in l. omnes populi col.3.de iustit.& iur. sub num.8. quod Episcopus potest
15 statuere contra ius canonicum, & illi derogare ex iusta, & euidenti causa, ꝙ dictum pro singulari exclamat Abb.in cap.dilecti colum. fi.de appell.in cap.at si clerici §. de adulterijs, col.5.de iudi.in cap.fin. col 8. de appellat. Alex.in l.nemo potest, colum.1.num.5.deleg.1.cons.166. colum.5.vol.5.vbi multis corrob.

16 Similiter si potestas iurauit seruare statuta prout communiter fit saltem in principio officij pro forma bene esse, potest cum causa recedere, nec dicitur periurus. Bald. in l.1.C.qui admitt.per textum celebrem in d.l.si hominem, quod dictum reputauit famosum Corse.in sing. in verbo iuramentum primo, vbi de hoc valde gloriatur: singularem etiam dixit Creneu.singu.151 quare, si rationem capitu. studuisti admittimus, admittere etiam delemus, quod ex causa Summus Pontifex poterit præcipere Sacerdoti, vt confessionem reuelet: nam si cū causa Episcopus, mutat ordinem summi Pontificis, & pœnitentiam iniunctam ab eo, vt diximus derogat iuri Canonico, cui subijcič, cur non poterit hac conditione attenta summus Pontifex, ex causa sacerdoti præcipere, vt confessionem reuelet? Præterea si quis non dicitur periurus, si cum causa contrauenit, nec etiam summus Pontifex dicitur iuri diuino derogare, si ex causa non dico dispenset de non confitendo, sed tunc mandet sacerdoti, vt cōfessionem reuelet?

17 Pro resolutione dico, ꝙ cōfessor teneč celare confessionē ex multis.

Primo iure naturæ, quo cauetur, vt ea quę vultis faciant vobis homi-

nes,

nes, hæc eadem vos facite illis Lucæ 6. Cano. 1. dist. 1. sed quis nollet amittere suam bonam famam, propter sui criminis reuelationem. Ergo non debet facere alij. item fa-
18 ma, honor, & vita æquiparantur.

Secundo, fama, & vita, æquiparātur l. iusta ff. de manumiss. vindict. sed quis nollet vt eū occideret, nec diffamaret, ergo nec alij facere debet, & sic lege naturæ non tenetur quis reuelare.

19 Immo honor vitæ præfertur l. si adulterium cum incestu in fine. ff. de adulterijs, ad quam pulchre Alciat. reg. 3. præsum. vlt. nu. 14.

20 Et ad hoc ius naturale aduertendum est, quod in sui generalitate tolli non potest, sed in specie, & ex causa potest per principem fieri Pan. in cap. cum inter n. 9. col. 2. de except. tradit Aret. in §. sed naturalia. nu. 3. instit. de iur. natur. gent. & ciuil.

Vnde inspecto mero iure naturali, disputatiue dici posset, quod summus Pontifex ex causa precipere posset, vt confessio reueletur, tum quia concurrit in præsupposito, causa, & non tollitur ius naturale in generalitate sua, sed in specie tantum, verum absolute loquendo dicere oportet, quod nullo modo potest.

Et si ius ciuile hoc facere potuit, vt in emancipatione seruitute, vsucapione, & similibus. glos. in capit. a nobis; de decim. cur non potuit summus Pōtifex ex causa, & in specie derogare iuri naturali?

21 Præterea quæ sunt de necessitate naturæ non mutantur, sed quæ sunt ex præsumptione naturæ, mutantur. Din. in regula semel malus col. 2. lib. 6. Bart. in l. 1. §. ad bestias. ff. de postulan. Aret. in §. pauonum, nu. 3. instit. de rer. diuisi.

22 Secundo prohibetur reuelatio confessionis iure ciuili, vnde reuelans tenetur ad interesse, & actione iniuriarum l. 1. §. si quis tabulas ff. deposit. dixi in tract. deposit. par. 1. causa. 4.

23 Et minor in hoc est difficultas, quia ea quæ sunt iuris ciuilis, ex causa tolli, alterari, vel minui possunt. Cur. Iun. consi. 1. num. 20. cōs. 138. num. 6 par. 2. dixi ad repetitionem regulæ cum quid, in finalibus verbis lib. 6.

Circa vero ius diuinum, considerabam quandoq; per viam discursus, saluo saniori iudicio, quod in confessione datur confessio ipsa, dātur circunstantiæ, & tempus, & similia; circa confessionem, puta ne quis cōfiteatur vti mero iure Diuino inductum tolli nequaquam potest ex his, quæ superius diximus, circunstantias vero aliquas, non omnes fortasse tollere poterit, vt differre tēpus, per superius adducta Thom. in 4. distinc. 17. vbi dicebat Fel. post alios, quos allegat in ca. 1. num 36 de constitution. aut loquimur in ipsamet confessione, & a Papa tolli nō potest, aut loquimur in circunstantijs, & tenetur ex decentia æquitatis non necessitatis.

QVAESTIO II.

De Potestate & dignitate Imperatoris quæ non extat.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, sub pœna excommunicationis, an coge possit ad reuelandum.*
2 *Quid in eo, cui confessor reuelauit.*
3 *Quid si per modum amicitiæ, vel cõfidentiæ.*
4 *Quid in lacio, cui dictum est in secreto.*
5 *Quid si probare non possit*
6 *Quid in facto turpi, & illicito.*

QVAESTIO III.

1 QVAERO, an per episcopum sub pœna excommunicationis cogi possit confessor ad reuelandum, & vtique si non à summo Pontifice, nec sub Imperatore, potest multo minus ab episcopo, & in specie ita tenet Scot. & S. Bonauen. in 4. distin. 21. Franch. March. dec. 774. nu. 2.

2 Ampliatur primo, idem in eo, cui confessor reuelauit. Ampliatur secundo, idem in eo, quia, a casu, vel . . . proposito confessionem audiuit. Angel. in verbo confessio, vlt. num. 15. & 16.

Declaratur, hoc verum, quando sacerdos secretum sciuit in forma
3 confessionis, alias si per modũ amicitiæ, confidentiæ, vel consilij secus esset, quia reuelare tenetur, etiam si iurauerit, vt latè deducit Felin. in cap. intimauit num. 5. de testibus vide infra quæst. 16.

4 Inferens ex hoc Fel. in citato iam loco ad laicum, cui si est aliquid dictum in secreto, an reuelare, teneatur, & distinguit, aut in forma confessionis in casu necessitatis, vt pœnitentiam agat, & hanc reuelare non tenetur, alias, secus, sequitur Neuizz. in silua in verbo monitorie, ampliatione quinta. Afflict. sup. per constitutio Regni. rubr. de asse-cur. domin. a Vasall. num. 10. Inno. in cap. qualiter de accusat. Ias. in l. fin. colum. 3. ff. qui satisd. cogantur Mars. valde commendans sing. 424. Anto. Gab. de Malefi. concl. vlt. nu. 19. Angelica in verb. iuramentum 5. §. 22.

5 Immo, nec quod sciuit, vt amicus reuelare tenetur si quod reuelarit probare non posset, & ille iusta declinat Ripa de peste in fine nu. 127. dicens hãc partem veriorem, & pro ea consuluisse.

6 Limita in facto turpi, & illicito reuelato Roman. sing. 506. Viu. in silua opinio 143. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos si producatur in testem, an teneatur deponere quod habuit in cõfessione.*

QVAESTIO IIII.

QVID si sacerdos producatur in testem, posui in tract. de iu-
1 rament. litis decisorio q. 4. octauæ quæst. principalis his addo Iodoa. in pract. cap. 150. sub n. 8. vbi negans, & iurans non peccat, quia scit vt Dei Vicarius iurat, vt simplex homo, Marsil. sing. 424. dicens aliud in seculari, qui iurauit non reuelare secutum, quia, vt testis cogitur, dicens esse perpetuo notandum Anto. de . . . in l. 1. nũ. 135 de iur. iurand. Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 8. inspectio 18. n. 202. Rebuff.

Rebuff.ad cano. omnes vtriusq; sexus in vltimo notabil. quia non scit ad reuelandum iuxta illud Matth. 24. de die iudicij. nec filius hominis scit s. ad reuellandum Augustin. ad fratres in heremo. sermo 30. quod per cõfessionem scio, minime scio, quam nescio subdeclara, quod denunciare non tenetur, licet cogatur testificari, vnde si fiat monitorium contra scientes . . in secreto confessionis denunciare non tenetur, quia aliud est testificari, aliud denunciare Ripa, de Remedijs ad curam. pest. in fi. nume. 127. Rebuff. ad cano. omnis col. penult. versi. notandum de pœnit. & remiss. quid si reuelatio vere confessionis tendat in vtilitatem proximi? pariter nõ tenetur reuelare Moncat. ad Crot. de testib. par. 5. nu. 19.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos quod in confessione dictum est, nec in causa matrimoniali reuelare tenetur.*

QVÆSTIO V.

QVÆRO nunquid sacerdos deponere teneatur in causa
1 matrimoniali, quod in confessione audiuit, posui, in tract. de iuramen. litis decisorio quæst. 4. octauę quęs. principalis, & pro negatiua addo Mascar. conclus. 387. num. 7. concl. 69. nu. 19. inter consilia matrimonialia, contrarium tenet Triuisan. decisio. 3. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotis spontanea reuelatio in iudicio facta non prodest confitenti.*
2 *Etiam si testibus sit adiuuata.*
3 *Prodest in probanda emendatione peccatoris.*

QVAESTIO VI.

QVID si sacerdos ex se contentus fuerit reuelare in iudi
1 cio quam fidem faciat? occurrit sępe in facto, quod condennati ad mortem confitentur peccata sua, postea confessor pro salute condennati dicit iudici innocentiam suam, an ista reuelatio fidem faciat: vtique non, quia sciuit vt reus capitu. si sacerdos de offic. ordin. & ita tenet Bald. & ibi sequitur Paul. Castrens. in l. archigerontes C. de episcopal. audient. Felin. in capitu. primo, column. 1. de except. Ripa. de remed. ad curand. pestem in fine operis numero 104. Abba. in cap. final. de successio. ab intestat. addit. ad Papiens. in prima forma actio. in verbo. compellatis numero quinto, Mascard. conclus. 387. in principio.

2 Ampliatur vt procedat etiam si talis reuelatio esset testibus adiuuata idem deponentibus Ioannes Andr. in cap. final. de tempo. ordin. Tindar. de testibus. num. 20. Tuscu. in singularibus suis in verbo confessio. num. 176.

3 Declaratur in probanda emendatione peccatoris, & eius pœnitentia iter cõsilia matrimonialia 47. n. 30

SVMMARIVM.

1 *Crimen lesæ Maiestatis, & Simonia, est grauissimum.*
2 *Confessor non debet reuelare etiam in crimine lesę Maiestatis vel simoniæ.*

QVAESTIO VII.

QVAERO an liceat, vel debeat confessor reuelare confes
1 sionem in crimine simoniæ, vel lęsæ Maiestatis, & videbatur quod sic, cum sit grauissimum delictum, & punitur de simplici cogitatione, l. quisquis. in princ. C. ad l. Iul. Maiestatis.

2 Contrarium est verius, vt tenet Angel. de malefic. in verbo. *che hai adulterato la tua patria*, numero 18. Marsil. in l. vtrum numero 5. de . . . Anto Gab. de malefi. conclu. vlt. num. 16.

Addo Antim. in summa part. 3. tit. 17. capitu. 22. Gigas. de crimin. lęsæ Maiestat. titu. qui accusar. poss. quæst. 18. Tiber. Decian. in tractat. criminal. to. 2. libro 7. capitu. 34. numero 19. pulchre Iodoc. in practic. cap. 150. sub numero 6. vbi in Principis intoxicatione patriæ, proditione templorum, & ciuitatis incēdio, magistratus inuasione reuelandum non esse concludit.

Et hoc maxime, quando aliter probare nō potest, & March. decis. final. 774. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Confessori an liceat reuelare confessionem de licentia confitentis.*

QVAESTIO VIII.

QVAERO, an liceat reuelare confessionem de licentia confitentis?

1 Et vtique sic Abb. in cap. significasti de adulter. pulchrè Lap. alleg. 94. Felin. in cap. Macheus de Simo. Thom. & Paludam. in 4. sent. dist. 21. artic. 3. Calderin. consi. 2. de te-
* stibus, & hæc est vera, & magis communis opinio Ripa. de remed. ad curan. pestem num. 108. Reprehens, summam Angelic. contrariū tenentem Anton. Gabr. de malefic. conclu. vlt. numero 17. & hæc opinio est verior frequentiori calculo recept. ac magicis rationibus, & argumentis comprobata, ita efficaciter, vt in iudicando ab ea non sit recedendum Didac. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 12. sub numero 11. vbi limitat quando resultaret non parua vtilitas temporalis, vel spiritualis ipsius confitentis Nauar. in cano. si sacerdos num. 151. Ioann. a Medin. in tract. de confessi. fol. 124. Masc. conclusi. 387. nume. 9. de communi Moncad. ad Crot. par. 5. n. 19.

SVMMARIVM.

1 *Confessor an possit reuelare confessionem, vt obuiet delicto committendo, quomodo, qua forma, & quibus verbis.*

QVAESTIO IX.

SED nunquid confessor poterit reuelare confessionem vt ob-
1 uiet delicto, committendo sic, non commisso, & in genere non nominando personam Barbat. in capitu. cum oporteat colum. 7. de accusat. Marsill. in l. plurimum §. torment. num. 18. de quęst. Cus. sane consi. 1. nume. 16. in consuetud. Burgund. fol. 177. num. 49. Lup. in capit. per
* vestras §. 26. numero 9. & hæc est communis opinio Gig. de crim.

lęsæ

lęsæ Maiestat.quæst. 18.rub.qui accusare non possunt. Menoch. de arbitra.cas. 180.numero 21. addo late Igne.in l.fideicommissum num. 51.C.ad Sillania.& hęc est vera pia
* Canonica, & communis opinio Viu.in silua, opinion. 143. num.4.

Vnde aut quis confiteatur peccatum, de quo non potest pœnitere, nec potest abstinere, & hoc ideo confitetur, vt sacerdos oret pro ipso, & det consilium abstinendi, & tale peccatum non vergit in periculum aliorum, & tunc non tenetur reuelare Angelica. in verbo confessio vltim. numero 7. in tertio casu. propè medium, & ita limitari possent prædicta.

Si vero vergeret in detrimentum alterius, & tunc reuelare tene
* tur, & hæc est communis opinio Bonacoss.commun. opin. in verbo sacerdos non potest Prosper Farinac. quæst. 51.nu. 105.

Insuper si confitens dixerit se pęnitere, si tamen aderant complices, qui fortasse non pœnituerant, tunc reuelare tenetur Gigas.d.quæst. 18. numero primo, versicu. si verò nominasset.

Et reuelatio debet esse verbis generalibus, vt non possit comprehēdi, de quo specialiter loquatur inter consilia matrimonialia 62. sub numero 22. Asini. de executor. §. 9.capitu. 226.num. 3. cum sequen. teologi tamen cōmuniter contrarium tenent si vt nullo modo teneatur reuelare peccatum committendum, quorum opinio, cum canonistis conciliari possit, vt sententia teologorum procedat, vt nō teneatur reuelare his, qui possunt obesse, secus his, qui possunt prodesse canon.hoc videtur 22. quæst. 5.

Secundò sententia teologorum procedit in vim secreti seus in vim sacramenti, quia non est sacramentum nec confessio vera, & propria de committendis. in can.omnis sub nu. 20.& ibi Reb.in vlti.notab. fallen. 7.de pœnit.& remissio. & est bona glos. in cano. si peccauerit 2. quæst. 1.in glos. 2.

SVMMARIVM.

1 *Sciens peccatum alia via, quàm per confessionem an reuelare tenetur.*

2 *Asserenti, sciuisse extra confessionem an credatur.*

QVAESTIO X.

QVID si aliquis habet per aliā viam, peccatum, quam per cō
1 fessionē, an reuelare tenetur? vtiq;
* sic sum. Angelica in citato iam loco, dicens hanc esse magis communem opinionem, vbi limitat in causa scandali, nisi pro necessitate, vel veritate illud dicat; vel iuramento astrictus sit, & ibi etiam subdit, ꝙ si extra confessionem sit semiplene, non nisi semiplene probabit, & non transgreditur limites.

2 Nec creditur sacerdoti asserenti, sciuisse aliter, quam per confessionem, sed probare debet, alias punitur saltem pœna extraordinaria Nauarr.de pœnit. distin. 6. nume. 164. Barbat.consi. 7 col. 7.vol. 2.

Declaratur tamen nisi sciuerit in sigillo confessionis extra tamen cōfessionem, quia, nec hoc casu reuelare tenetur non ratione sacramenti, quia non est, sed ratione promissionis Rebuff. ad can.omnis in vlti.

notabil, ampliatio. 9. vbi consulit fugere, recipere sub sigillo confessionis ob scandala, quæ euenire possunt.

SVMMARIVM.

1 *Presbiter, qui habet aliquod peccatum mortale, quod non potest confiteri, nisi confessionem reuelat, an reuelare teneatur.*

2 *Sciens aliquem esse excommunicatum per confessionem tenetur cum vitare si potest, sine proditione.*

3 *Sciens in confessione, aliquem dormisse in ecclesia cum muliere, debet in genere dicere.*

4 *Fortiori vinculo tenetur sacerdos ad celandum confessionem, quam penitus ad confitendum.*

5 *Fortiori vinculo tenetur quis ad celandum confessionem quam ad euitandum excommunicatum.*

QVÆSTIO XI.

QVAERO ad vnum, an presbiter, qui habet aliquod peccatum mortale, quod non potest cõ
1 fiteri, nisi confessionem reuelet, possit hoc facere? vtique non durante hoc periculo, sed sufficit confiteri de eo cum proposito confitendi quando poterit facere sine præiudicio confessionis, Ricard. in 4. dist. 21.

2 Et si aliquis scit aliquem esse excommunicatum, per confessionem, quod tenetur eum euitare si potest sine proditione aliàs non.

3 Pariter si aliquis scit aliquẽ dormisse cum muliere, in ecclesia per confessionem debet dicere, solum in genere hæc ecclesia est polluta & indiget reconciliatione, vt per Angelicam, in verbo confessio. vlti. numero 10. 11.

Ex cuius discursu, duo Corrolaria colliguntur.

4 Primum est fortiori vinculo tenetur sacerdos ad celandum confessionem, quam penitus ad confitendum.

5 Secundum est quod fortiori vinculo tenetur quis ad celandum confessionem, quam ad euitandum excommunicatum.

Magna igitur, & potens est vis sanctissimæ confessionis.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus sciens subditum indignum ex confessione sibi facta an debeat eum amouere.*

QVAESTIO XII.

PRÆLATVS scit ex confessione sibi facta subditum indi-
1 gnum, an poterit eum amouere? Distinguitur, aut confitetur peccatum, a quo non vult desistere, & vergit in aliorum periculũ, & tunc amouere debet quando ad eum spectat amouere, vel confirmare saluãdo sine suspitione confitentis. Sum. Ang. in verbo confess. vlt. num. 12.

SVMMARIVM.

1 *Confessor quorundam verborum probatione fit reuelator confessionis, quorundam non.*

QVAESTIO XIII.

VTRVM confessor dicatur reuelator cõfessionis, si dicat
1 aliquem sibi cõfessum peccata sua? vtique

vtique non, Ricardus in quarto distinctio. 21.

Quod si dicat esse confessum de magnis, & multis criminibus vtiq; reuelator est Angelic. in verbo confessio vlt. num. 23.

SVMMARIVM.

1 *Confessor sciens matrimonij impedimentum vel promotionis faciendæ id genericæ potest monere.*

QVAESTIO XIIII.

NVNQVID sciens impedimentum, matrimonij contra
1 hendi vel promotionis faciendæ debeat hoc præcauere, vtique generice potest eos monendo Summa Angeli. in verbo confessio, vltimo, numero 13.

SVMMARIVM.

1 *Reuelatio confeßionis quomodo probetur.*

2 *Sacerdoti asserenti ab aliis dictum, & non per confeßionem incumbit onus probandi.*

QVAESTIO XV.

SED quomodo probabitur reuelatio confessionis, vtique si di-
1 ctum appareat cõmunicatum alijs, & confessus asserat, sacerdotem confessionem reuelasse, nam sacerdos probare debet ab alijs fuisse dictum & non, per confessionem alias condemnabitur pœna tantũ arbitraria, est communis opinio Nauar. in cap. penult. de pœnitent. & remissi. numero 164. Mascardus conclusio 1286. numero quinto.

2 Addo quod si sacerdos fateatur reuelasse tale dictum, sed negat habuisse in confessione, est præsumptio contra ipsum, ex quo condennatur pœna arbitraria Angelic. in verb. confessi. nu. 21.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, quando dicatur reuelare confeßionem de voluntate confitentis, plures casus considerantur.*

2 *Accusatori de manifestata contra eum per sacerdotem confeßione, creditur, nec statur dicto sacerdotis contrarium negantis.*

3 *Sacerdotis iuramento, de licentia reuelandi, statur.*

QVÆSTIO XVI.

QVAERO an sacerdos præsumatur reuelasse confessio-
1 nem de voluntate confitẽtis? & variæ in hoc sunt Doctorum opiniones: pro veritate tamen considerari possunt plures casus distinti, & separati.

Primus casus est quando sacerdos reuelat, viuente cõfitente scienti, & non conquerente, asserendo se id facere de licentia, & consensu ipsius, hoc casu fides adhibetur sacerdoti Lap. alleg. 94. colum. 2. versic. præsertim, cum non accusat, Fel. in capit. veniens colum. 9. de testibus, & merito Archid. in can. ipsi Apostoli 7. quæst. 2. idem Felin. in cap. nemo de Simon. Marsil. ad l. si quis ne quæstio colum. 32. de quæstio. & est communis opinio, Mascar. cõcl. 1286. in principio.

 Secun-

Secundus casus principalis est, quando sacerdos viuente adhuc ipso confitenti reuelauit eius confessionem, asserendo, se, id fecisse de licentia, & consensu ipsius confitentis, qui contradicit, & negat se licétiam sic reuelandi dedisse: hoc in casu sacerdoti nulla fides adhibetur, & sic nec præsumptionem facit Lap.d.alleg.94. vbi bonus locus in materia num.4. versic. si autem ipse esset, & num.8. versic. hæc quæstio, qui probat traditionem Hostiens. & Ioan. And. in d. canon. omnis vbi
2 dixerunt, quòd si confessus accusat sacerdotem de detecta, & prodita confessione & sacerdos negat quod audierit a confitente in cófessione, sed extra, sacerdoti non creditur & ob id pœna extraordinaria puni-
* tur, & hanc dicit communem, & receptam sententiam in can. omnis nu.163. Menoch. de arbitr. libro 2. casu 414. num.8.

Tertius est casus, quando sacerdos probatæ vitæ mortuo confitente dixit eius confessionem, quæ tertio pręiudicat, sed is tertius non cóqueritur, sed iudex ex officio vult punire sacerdotem, exemplum in notabili casu posito per Lap. in citato iam loco, mulier in extremis agens cófessa est sacerdoti se in adulterio suscepisse filios, quos tamquá in matrimonio progenitos educauit, & in filiorum legitimatorú numero habuit, vita functa muliere, sacerdos reuelauit marito, Episcopus procedebat contra sacerdotem, qui se defendebat, dicendo reuelasse de licentia mulieris iam mortuæ. hoc casu dixit Lap. adhibendam fidem sacerdoti saltem pręsumptiue ad euitandam pęnam, & Lap. secuti sunt Felin. in cap. veniens, nu. 21. in capit. testimonium num. 35. de testibus Rip. de reme. ad curan. pestem num. 108. Marsi. ad l. si quis ne quæstio colum. 31. de quæst. in l. etiam num. 178. ff. eod. titu. Cott. in memorabili in verbo iuramentum probat Viu. libro 1. opi. 50. Menoc. de præsumptio. libro 1. quæstio. 58. num. 15.

Quartus est casus, quando tertius, cui reuelatio præiudicat conqueritur, tunc sacerdoti probatæ vitæ asserenti licentiam habuisse, creditur ad pœnam euitandam ita Lap. in citato iam loco num. 4. vers. præsertim & cæt. duo enim considerantur aduersus sacerdotem pęna. s. quæ indita est contra reuelantes confessionem; nec non damnú illius tertij. quoad pœnam satis dictum est in præcedenti casu cum saltem præsumptiue sacerdoti credatur, quoad pœnam euitandá, quoad præiudicium tertij idem dicendum est, nam si admittunt interpretes posse confessum dare licentiam sacerdoti detegendi confessioné, frustra hoc esset si ei fides nó adhibere tur, nam in actu confessionis non potest adhiberi testis, merito licentiam non potest iustificare ex testibus, vnde eius dicto standum videtur, & si post actum confessionis có fessus dicat eorum testibus, hoc casu, & specie, non est amplius confessio sacramentalis, & sic vt simplex homo, vt recte animaduertit Dominic. de ratione tegend. vel detegend. secret. memb. 3 quæstio. 4. versicu. & ad argumentum, nec hic principaliter considerandú est præiudicium tertij, sed commodum, & vtilitas quæ inde venit ipsi confesso,

so, cuius cõscientia exoneratur, vel alteri, qui alioquin offenderetur, vel lederetur, non enim passim ob nullam, vel tantum vtilitatem temporalem, sed ob magnam huius seculi, sed ob paruam etiam æterni detigenda est hæc sacramentalis cõfessio, sicuti recte admonet Io. Medin. in tract. de confessione quæst. 49. versic. secundo requiritur Dida. in epitom. de sponsal. in 2. par. c. 8. §. vlt. versi. quod equidem.

Nec vrget consideratio Dec. in cap. 1. colum. penul. versic. similiter de except. cum dixit sacerdoti sic reuelanti confessionem, non esse adhibendam fidem de licentia confitentis, ex quo agit de se exonetando, cum sacerdos non errauerit, ex quo lex permittit.

3 Sed an requiratur iuramentum sacerdotis asserentis de licentia, vtique verior, & communis opinio videtur, quod vt testatur Emanuel, in suo thesau. litera C. num. 2. 5 5. Cot. in memorab. in verbo iuramentum probat colum. 3. in princ. & Felin. inferens ad cle. 1. de sepultur. quod creditur iuramento sacerdotis asserentis absoluisse excommunicatũ, & ob id in ecclesia sepelisse, & licet dicat quod durũ sibi videtur, quia homines hodie sunt . . . . vt per Angel. in l. 1. §. stipulatio. ff. de prætor. stipulatio. tamẽ attẽta qualitate personę, quia sacerdos, & attẽtis qualitatibus quas præsupponimus, scilicet, quod sit bonæ conditionis, & famę, non ita de facili crederem periurium. Additio Mando. ad Lap. in allegato loco, & aliud, s. quod non sit solitus reuelare ex regula semel malus, & quod requiratur iuramentum testatur de communi ante Gabr. de testibus in conclu. 1. num. 26. Mascard. concl. 377. melius conclusi 12. 86 num. 4. licet Menoch. pungat de præsumpt. lib. 6 præsumpt 95. numero 12. in fine Lap alleg. 94. ex ea in cap. 1. n. 407. de constitut.

Quintus casus est quando sacerdos de cuius vitæ bonitate non satis constat, mortuo confitente, non coram iudice, vel serio, negocium graue pertractans, sed lenitate potius prodidit, atque detexit confessionem, tertio detrimentum afferẽdo, sine vtilitate, vel modica altetius. hoc in casu crediderim non esse aliqua ratione præsumendum quod de licentia, & consensu confitentis dixerit etiam si id sacerdos ex se asserat, hic etenim cessat iusta detegendi causa, & sentit Lap. in d. allegatio. 94. versi. præsertim cum nõ accesserit.

Et hic casus multo magis procederet, quando constaret sacerdotem non esse satis honestæ, & laudatæ vitæ Menoch. de præsump. lib. 6. præsumpt. 95. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Confeßarius potest reuelare quæ audiuit, vt a petente ab eo consilium.*

QVAESTIO XVII.

1 QVID si aliquis accedat ad sacerdotem, animo capiendi cõsilium, an reuelare possit? vtique sic Alex. de Neuo inter consilia matrimonialia 29. num. 5. vbi [testatur] de communi, & insuper [d]icto credi, & ibi dat coniectu[ram] [q]unc accedunt animo capiendi

piendi consilium tantum quando vnus accedit post alium ad sacerdotem, contrarium sentit Scot. distin. 21. quæstio. 2. conclus. 3. Rebuff. in cano. omnis vtriusque sexus in vlti. notab. amplia. 3.

SVMMARIVM.

1 *Reuelatio, confeßoris, maxime generica, non facit indicium, nec ad inquirendum multo minus ad torturam.*

QVAESTIO XVIII.

SED numquid reuelatio confessoris facit indicium aliquod cō
1 tra reum imputatum, vtique non, etiam in crimine atroci maxime si est generica Iodoc. attestans ita iudicatum ex consilio multorum iurisperitorum in pract. capitu. 150. colum. final. vbi habes casum in facti contingentia.

SVMMARIVM.

1 *Confeßor nequit complices reuelare post mortem principalis, nec ipsum.*

QVAESTIO XIX.

SED nunquid confessor poterit reuelare complices saltem post
1 mortem principalis, vtique non, nec principalem delinquētem, nec complices Iod. in pr c. 150 n. 7. & 8.

SVMMARIVM.

1 *Laicus audiens confeßionem quando teneatur, vt sacerdos.*

QVAESTIO XX.

QVID si confessus sum, laico aliquid in forma cōfessio-
1 nis? vtique si est assumptus vti confessor prout in casu necessitatis, tunc idem iudicandum, quod de confessore superius diximus Aufrer. ad Tolosan. 240. in fine. vnde nō sufficit dicere laico, hoc dico tibi in forma confessionis etiā genibus flexis, & signo crucis fronte signato, nisi fiat in forma sacramentali Nauar. in Manual. c. 18. n. 55. & cap. 8. n. 7.

SVMMARIVM.

1 *Socij plures qui iurarunt aliquid tenere secretum, an reuelare teneantur producti in testes, vel propter literas monitoriales.*

QVAESTIO XXI.

QVID si plures socij iurauerunt aliquid tenere secretum,
1 si producantur in testem, vel fiant literæ monitoriales an reuelare teneantur Sociu. sen. consil. 102. lib. 4. consuluit non teneri ad reuelandum, contrarium verius sentit Innocen. in capit. qualiter el primo de accusatio. in capit. inclinauit, in cap. constitutus de testibus Aufrer. ad Tolosan. 240. Menoch. de arbitr. cas. 355. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio in crimine hæresis quando reuelari poßit.*

QVAE-

QVAESTIO XXII.

NVMQVID ſacerdos tenetur reuellare confeſſionem in crimine hęreſis? vtiq; ſic,ad obuiandum tam nefandiſſimo ſceleri ſi pęnitere recuſet Archidiac.in cano.ſacerdos de pœnitentia diſtin.6.nu.3. ſequitur Alber.in rubr. de hæretic. num.4.licet Archidia.vbi ſupra dicat, quod tutius facit ſacerdos ſi adeat epiſcopum,& dicat vigila ſuper gregem tuum, quia lupus eſt in eo Tiber.Dec. tracta.crim.lib.5. cap.20.num.69.tomo 1.& hæc optima,& ſeruanda opinio.

SVMMARIVM.

1 *Reus carceratus an poſſit condemnari ex ſua confeſſione facta ſacerdoti de delicto non ſatis probato.*

QVAESTIO XXIII.

POne,quod reus carceratus confitendo peccata ſua ſacerdoti,cō
1 feſſus eſt delictum,de quo imputabatur, ſed non ſufficienter conſtabat, an ex hac confeſſione poterit condemnari ad pœnas legales? vtique ſic cum præſumatur fuiſſe confeſſum verum, ne ſit immemor ſalutis æternæ Tiber.Deci. tract. criminal.lib.2.cap.15.nume.13. to.1. vbi verum in caſu, quo confeſſio propalari poſſit.

QVAESTIO XXIIII.

PONE incontinenti finita confeſſione, antequam reſurgat,cōfeſſor interrogat confitentem, an ſit debitor alicuius, & dicat quod ſic, an poterit libere deponere, vtique ſic Crau.conſi.267.num.2.

QVAESTIO XXV.

SED numquid debet pati potius aliquod martirium quam confeſſionem reuelare, vtiq; ſic Scot. diſtinc.21. quam ſequitur Gabr.de Traiact.& B.Thom.q.3. Rebuff.in can.oīs vtriuſq; ſexus in vlt.notab.

QVAESTIO XXVI.

NVMQVID confeſſio poſſit reuelari ſi reſultet vtilitas alterius, videbatur quod ſic ratione vtilitatis. contrarium eſt verius Rano.in capit. cum dilectus de excelli. prælatorum.

QVAESTIO XXVII.

NVMQVID poterit,quis reuelare confeſſionem, quæ ſit ei primo à ſacerdote reuelata? videbatur quod ſic,cum confeſſor primo loco cōfitendo viam aperuerit, & in culpa fuerit, cōtrarium eſt verius Aſten.in ſumm.lib.6.tit.20.

QVAESTIO XXVIII.

SED an tenebitur,vel poterit reuelare ſi laicus in caſu neceſſitatis confeſſor extitit? vtiq; non Reb. ad can.omnis vtriuſq; ſexus in vltimo notabili in 4.ampliatio.

QVAESTIO XXIX.

QVID ſi caſu,& forte fortuna audiuit? pariter non pōt reuelare Reb.vbi ſupra infeřēs, quod hoc caſu non deponitur ab officio

quod

quod habet sed punitur pœna arbitraria Card. in d. cano. omnis vtriusque sexus Astens. in summa lib. 3. tit. 24. de confessionis sigillo.

SVMMARIVM.

1 *Confessor in sua confessione an possit alterius confessionem reuelare.*

QVÆSTIO XXX.

QVAERO an quis possit per confessionem, quam facit cō-
1 fitendo reuelare confessionem sibi factam, puta sacerdos facit confessionem pro se, an possit reuelare peccata aliena sibi in confessione a peccatore dicta? Vtique nō, quis enim confiteri debet peccata propria, nō aliena iuxta illud Psal. 31. Delictum meum cognitum tibi feci, & versi. sequenti. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meā, Domino, cano. dixi, & cano. final. de pœnit. distin. 1. nisi in delictis, quæ socium requirunt, vel ad ostendendum magnitudinem peccati, vt si cum consanguineo, cum matre, filio, vel similibus Riccard. in 4. sententiarum distin. 17. artic. 3. quæst. vlt. Ripa de remed. ad curan. pestem num. 79. aliàs esset proditor, vel accusator, & non verus confitens,
2 & hæc est cōmunis opinio theologorum. Reb. ad can. omnis vtriusq; sexus in verbo. sua & in vlt. notab. ampliatio. 6.

SVMMARIVM.

1 *Interpres adhibitus in confeßione an poßit eam reuelare.*

QVAESTIO XXXI.

ALIQVIS est adhibitus pro interprete in confessione, po-
1 terit ne eam reuelare? videbatur quod sic, quia non est confessor, cō- trarium est, verius, vt nec ipse reuelare possit Rebuff. ad cano. omnis vtriusque in vlti. notabil. in 7. ampliation.

Ampliatur ex mente eiusdem ad eum cui . . voluntate confessoris fuit reuelatum ad confessorem factum, ad seculare in abscondito audientem, cui nec reuelanti vti testi in iudicio non creditur. Ripa de remed. ad conseru. pestem n. 105. contemnit sacramentum . . ei iniuriam facit.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos qui nec absoluit, nec condemnauit confitentem an id poßit reuelare.*

QVÆSTIO XXVII.

PONE quod in actu confessionis sacerdos, nec absoluit, nec
1 condemnauit, an hoc casu reuelare poterit, videbatur, quod cum non sit perfecta omnino dicta confessio, sed remanserit imperfecta . . superioris, contrarium est verius Rebuff. ad consil. omnis in vltimo notabili ampliatio. 8. & certe quoad secretū peccati est iā propalatū confessori, merito tacēdum.

SVMMARIVM.

1 *Confeßor cum opus ei sit alieno consilio an poßit reuelare factam confeßionem.*

QVAE-

QVAESTIO XXXIII.

OCCVRRIT quod confeſſor eget pro reſolutione ali-
1 cuius caſus propoſiti prudentiori conſilio, quid agendum? videbatur dicendum poſſe etiam perſonā propalari; qualitas, enim perſonæ eſt circūſtantia aggrauans,& diminuens prout ſuperius vidimus; nec dari poſſe videtur certum, & reale conſilium niſi data notitia perſonæ vna cum facto,& circūſtantijs ſuis: contrarium eſt verius ex capit. offi cij in princ. de pęniten.& remiſſio. vbi conſulit Pontificem de facto cu iuſdam mulieris in genere neminē ſpecialiter nominando.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum confeſſum an poßit in genere reuelari.*

2 *Confeſſor qui nouit aliquem per confeßionem peccatorem non eum tenetur vitare.*

QVAESTIO XXXIIII.

NVMQVID licebit reuelare peccatum in genere, vtiq;
1 ſic, exemplo Chriſti. vnus veſtrum me traditurus eſt Matth. 16. Marc. 14. Luc. 20. Ioan. 13. habetur in c. ſi ſacerdos de off. ordin. & dixit ex vobis non ex nobis licet inſimul omnes ſtarent, quia a Chriſto, cui omnia patent iam. iudicatus eſt, nec coram proceditur, via huius ſeculi, & ob id non dixit nobis, includendo ſe, dixit vobis, quia non erat exiturus via iudiciaria, canon. vnus ex vobis 2. quæſt. 1. & ſi dicatur quomodo exemplo Chriſti, nonne & ipſe in genere locutus eſt, ſed nominatim dicēdo, qui intingit mecum manum in catino,& alio in loco reſpondit Iudæ tu dixiſti.

Reſpondetur ad hoc multis modis, primo quod per hæc verba nō fuit proditor, quia prodere eſt præteriti, ſed Chriſtus locutus eſt in futurum dicendo, tradet, vel traditurus eſt.

Secundo reſpondetur, quod dixit Iudęmet eum interroganti dicē do tu dixiſti, vnde non eſt prodere ſi quis a peccatoremet inſtigatur.

Tertio reſpondetur, quod propalauit illis, qui poterant prodeſſe, & non obeſſe.

Quarto reſpondetur, quod illa verba, dixit ſoli Ioanni in aure hæc gloſ in cano. cum omne de conſecr. diſtin. 2. in verb. proditorem, & in cano. ſi peccauerit in glo. 2. 2. q. 1.

Vnde inferunt Doctores ad d. c. ſi ſacerdos, quod valet excommunicatis in genere de illo, qui furtum commiſit, & pro cauſa ralionabili ad eam conſecrandam, & obtinendam ſufficit incertitudo, vt ibi notant omnes, & pluries, vide contra incendiarios nocturnos.

2 Et ex prædictis etiam patet ſecū dum Hoſtienſ.& Ancar. ad d. cap. ſi ſacerdos, quod ſi vt confeſſor ſcio aliquem peccatorem, quia id mihi confeſſus eſt, non per hoc debeo eū vitare nō ſegregare exemplo Chriſti, qui patitur ſimul ſtare malos cū bonis, vſq; ad diem ſegregationis.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quis vidit fieri, alius per cōfeßionem ſacramētalem nouit, vter certius dicatur ſcire.*

QVAE-

QVAESTIO XXXV.

VNVS scit aliquod furtũ per confessiouem sacramentalem
1 alius scit, quia vidit, quis ex istis dicitur certius scire. multi dicunt illum, qui sciuit per confessionem sacramentalem, cum ibi non præsumatur mentiri nec immemor salutis æternæ, contrarium est verius quia propria sciẽtia est per sensum visus, ita dixit Imol. & reputat notandum in cap. si sacerdos num. 2. licet, aliquo respectu posset dici certo sciri, illud, quod per confessionẽ scitur, cum hoc casu mendacium non præsumatur, vt per enndem num. 10. super glo. 1.

SVMMARIVM.

1 *Debitum vel depositum in confessione auditum an possit reuelari, remissiue.*

QVAESTIO XXXVI.

SED nunquid confessor poterit licitè reuelare ea, quæ audiuit
1 in confessione, tamen non sine peccato, prout debitum vel depositum, vel quid simile, posui in tract. de positi. in prima par. causa 4. cui addo quod interrogatus ab aliquo iniuste, puta tiranno, etiam, vel simili debet celare, quantum potest, & sophistice etiam respondere, vt per Boiech in cano. omnis nume. 19. de pœnit. & remissio.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum alicui reuelatum vt iudici, an possit reuelari.*

QVÆSTIO XXXVII.

AN poterit quis reuelare peccatum sibi reuelatum vt iudi
1 ci, vtique sic tenuit Hostiens. in c. 1. de Cleric. per saltum promot. sed ille textus loquitur in peccato reuelato ad prouidendum, cum iudex ille ex se non posset, vnde non probat concludenter.

SVMMARIVM.

1 *Amicus quando possit dici proditor.*

QVÆSTIO XXXVIII.

QVAERO quando amicus dicatur proditor, de proditore
1 post alios multa, scripsit Dec. tract. crim. lib. 7. capit. 29. to. 2. cui illud videtur addi posse, ꝙ proditor sit, qui reuelet factum præteritum, non autem si futurum gl. in cano. cum omne in verb. proditorẽ de consecr. distin. 2. Boiech. in cano. omnis vtriusque sexus sub nu. 20. de pœnit. & remissi.

SVMMARIVM.

1 *Confessor an poterit reuelare confessionem in fauorem confitentis.*

QVAESTIO XXXIX.

SED nunquid confessor poterit reuelare confessionem in fauo-
1 rem confitentis, quod talis non cõgnouit talem mulierem, vel non peccauit mortaliter, vel quid simile, & vtique sic simpliciter non autẽ si includeret tacite alterius preiudicium,

dicium, puta poteſt dicere, Titia eſt iuuenis honeſta, ſed ſi ſtarent ſimul duæ puellę, vel mulieres, non eſſet honeſtum dicere illa eſt caſta quaſi excluſiue altera munitur, & detegitur non caſta Rebuff. in cano. omnis vtriuſque ſexus in vltimo notabili in 7. fallentia.

SVMMARIVM.

1 *Eligens eum quem cognouit ex confeßione indignum, an incurrat pœnas canonis.*

QVAESTIO XL.

QVÆRO ad cap. cum in cunctis §. final. de euictio. aliquis
1 ſcit aliquem ex cõfeſſione indignum, tamen elegit, incurritne pœnas dicti canonis & videbatur, quòd ſic quia ibi fuit principaliter diſpoſitum propter rei timorem: contrarium eſt verius, quia in his, quæ ſcit vt Deus ſolum Deum habet vltorem ibi Rebuff. ad cano. omnis vtriuſq; in vlt. notabili verſ. 8. cui pone quod prior ſcit in confeſſione monacum indignum, poterit ne remouere, vtique ſic ſi vult, & fieri poſſit ſine ſcandalo, & turpitudine, & niſi conſtitutiones ordinis requirant aliquam formam iudicialem Floren. in 3. par. ſum. titu. 16. cap. 22. §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Caſum iſtum in confeßione audiui, an poßit dicere ſacerdos.*

QVAESTIO XLI.

CAVEAT ſacerdos, ne vnquam dicat iſtum caſum in cõfeſſione audiui, vel in illa eccleſia in qua audiui cõfeſſiones, fiunt multa mala & enormia peccata, idem ſi dicat in tali ciuitate, nam hoc eſſet reuelare. pariter caueat, ne propter enorme peccatum ſibi confeſſum diminuat familiaritatem ſolitam cum confitenti, vel aliud ſignum per quod homines poſſint cognoſcere illud delictum ſecundum Florian. vbi ſupra per text. in can. omnis vtriuſque in verbo. vel ſigno de pœnitent. & remiſſio.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio quo iure non debet reuelari.*

QVAESTIO XLII.

QVAERO quo iure tenetur confeſſor confeſſionem non
1 reuelare? Primo de iure naturali, quæ vultis faciant vobis homines, hæc eadem vos facite illis Luc. 6. & can. 1. diſtin. 1. ſed quis nollet amittere ſuam bonam famã propter ſui criminis reuelationem per alterum factam, ergo nec ipſe alteri facere debet. Item vita, & honor ęquiparantur l. iuſta ff. de manumiſſ. vindic. ſed quis nollet eum aliquis occideret, vel diffamaret, ergo nec ipſe aleeri facere debet & ſic lege naturæ, quis reuelare prohibetur.

Secundo iure diuino eſt introducta confeſſio I. 20. quorum remiſeritis, & ergo, & eius ſigillum quod eſt occultatio.

Item ſcit Deus . . peccatum interius, ſic debet ſacerdos interius, & magis homines ad confeſſionem attrahantur Flor. in 3. par. §. 7. c. 22.

Præ-

notabil, ampliatio.9. vbi consulit fugere, recipere sub sigillo confessionis ob scandala, quæ euenire possunt.

SVMMARIVM.

1 *Presbiter, qui habet aliquod peccatum mortale, quod non potest confiteri, nisi confessionem reuelat, an reuelare teneatur.*

2 *Sciens aliquem esse excommunicatum per confessionem tenetur eum vitare si potest, sine proditione.*

3 *Sciens in confessione, aliquem dormisse in ecclesia cum muliere, debet in genere dicere.*

4 *Fortiori vinculo tenetur sacerdos ad celandum confessionem, quam penitus ad confitendum.*

5 *Fortiori vinculo tenetur quis ad celandum confessionem quam ad euitandum excommunicatum.*

QVÆSTIO XI.

QVAERO ad vnum, an presbiter, qui habet aliquod pec-
1 catur mortale, quod non potest cõfiteri, nisi confessionem reuelet, possit hoc facere? vtique non durante hoc periculo, sed sufficit confiteri de eo cum proposito confitendi quando poterit facere sine præiudicio confessionis, Ricard. in 4. dist. 21.

2 Et si aliquis scit aliquem esse excommunicatum, per confessionem, quod tenetur eum euitare si potest sine proditione aliàs non.

3 Pariter si aliquis scit aliquẽ dormisse cum muliere, in ecclesia per confessionem debet dicere, solum in genere hæc ecclesia est polluta & indiget reconciliatione, vt per Angelicam. in verbo confessio. vlti. numero 10. 11.

Ex cuius discursu, duo Corrolaice colliguntur.

4 Primum est fortiori vinculo tenetur sacerdos ad celandum confessionem, quam penitus ad confitendum.

5 Secundum est quod fortiori vinculo tenetur quis ad celandum confessionem, quam ad euitandum excommunicatum.

Magna igitur, & potens est vis sanctissimæ confessionis.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus sciens subditum indignum ex confessione sibi facta an debeat eum amouere.*

QVAESTIO XII.

PRÆLATVS scit ex confessione sibi facta subditum indi-
1 gnum, an poterit eum amouere? Distinguitur, aut confitetur peccatum, a quo non vult desistere, & vergit in aliorum periculũ, & tunc amouere debet quando ad eum spectat amouere, vel confirmare saluãdo sine suspitione confitentis. Sum. Ang. in verbo confess. vlt. num. 12.

SVMMARIVM.

1 *Confessor quorundam verborum probatione fit reuelator confessionis, quorundam non.*

QVAESTIO XIII.

VTRVM confessor dicatur reuelator cõfessionis, si dicat
1 aliquem sibi cõfessum peccata sua? vtique

vtique non, Ricardus in quarto distinctio. 21.

Quod si dicat esse confessum de magnis, & multis criminibus vtiq; reuelator est Angelic. in verbo confessio vlt. num. 23.

SVMMARIVM.

1 *Confessor sciens matrimonij impedimentum vel promotionis faciendæ id genericè potest monere.*

QVAESTIO XIIII.

NVNQVID sciens impedimentum, matrimonij contra
1 hendi vel promotionis faciendæ debeat hoc præcauere, vtique generice potest eos monendo Summa Angeli. in verbo confessio, vltimo, numero 13.

SVMMARIVM.

1 *Reuelatio confeßionis quomodo probetur.*

2 *Sacerdoti asserenti ab alijs dictum, & non per confeßionem incumbit onus probandi.*

QVAESTIO XV.

SED quomodo probabitur reuelatio confessionis, vtique si di-
1 ctum appareat cõmunicatum alijs, & confessus asserat, sacerdotem confessionem reuelasse, nam sacerdos probare debet ab alijs fuisse dictum & non, per confessionem alias condemnabitur pœna tantũ
* arbitraria, est communis opinio Nauar. in cap. penult. de pœnitent. & temissi. numero 164. Mascardus conclusio 1286. numero quinto.
2 Addo quod si sacerdos fateatur reuelasse tale dictum, sed negat habuisse in confessione, est præsumptio contra ipsum, ex quo condennatur pœna arbitraria Angelic. in verb. confessi. nu. 21.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, quando dicatur reuelare confeßionem de voluntate confitentis, plures casus considerantur.*

2 *Accusatori de manifestata contra eum per sacerdotem confeßione, creditur, nec statur dicto sacerdotis contrarium negantis.*

3 *Sacerdotis iuramento, de licentia reuelandi, statur.*

QVÆSTIO XVI.

QVAERO an sacerdos præsumatur reuelasse confessio-
1 nem de voluntate confitẽtis? & variæ in hoc sunt Doctorum opiniones: pro veritate tamen considerari possunt plures casus distinti, & separati.

Primus casus est quando sacerdos reuelat, viuente cõfitente scienti, & non conquerente, asserendo se id facere de licentia, & consensu ipsius, hoc casu fides adhibetur sacerdoti Lap. alleg. 94. colum. 2. versic. præsertim, cum non accusat, Fel. in capit. veniens colum. 9. de testibus, & merito Archid. in can. ipsi Apostoli 7. quæst. 2. idem Felin. in cap. nemo de Simon. Marsil. ad l. si quis ne quæstio colum. 32. de quæstio. &
* est communis opinio, Mascar. cõcl. 1286. in principio.

Secundus casus principalis est, quando sacerdos viuente adhuc ipso confitenti reuelauit eius confessionem, asserendo, se, id fecisse de licentia, & consensu ipsius confitentis, qui contradicit, & negat se licẽtiam sic reuelandi dedisse: hoc in casu sacerdoti nulla fides adhibetur, & sic nec præsumptionem facit Lap.d.alleg.94. vbi bonus locus in materia num.4.versic.si autem ipse esset, & num.8.versic.hæc quæstio, qui probat traditionem Hostiens. & Ioan.And.in d.canon.omnis vbi
2 dixerunt, quòd si confessus accusat sacerdotem de detecta, & prodita confessione & sacerdos negat quod audierit a confitente in cõfessione, sed extra, sacerdoti non creditur & ob id pœna extraordinaria puni-
* tur, & hanc dicit communem, & receptam sententiam in can.omnis nu.163.Menoch.de arbitr. libro 2. casu 414.num.8.

Tertius est casus, quando sacerdos probatæ vitæ mortuo confitente dixit eius confessionem, quæ tertio pręiudicat, sed is tertius non cõqueritur, sed iudex ex officio vult punire sacerdotem, exemplum in notabili casu posito per Lap. in citato iam loco, mulier in extremis agens cõfessa est sacerdoti se in adulterio suscepisse filios, quos tamquã in matrimonio progenitos educauit, & in filiorum legitimatorũ numero habuit, vita functa muliere, sacerdos reuelauit marito, Episcopus procedebat contra sacerdotem, qui se defendebat, dicendo reuelasse de licentia mulieris iam mortuæ. hoc casu dixit Lap. adhibendam fidem sacerdoti saltem pręsumptiue ad euitandam pęnam, & Lap. secuti sunt Felin. in cap. veniens, nu. 21. in capit. testimonium num. 35. de testibus Rip. de reme. ad curan. pestem num. 108. Marsi. ad l. si quis ne quæstio colum. 31. de quæst. in l. etiam num. 178. ff. eod. titu. Cott. in memorabili in verbo iuramentum probat Viu. libro 1. opi. 50. Menoc. de præsumptio. libro 1. quæstio. 58. num. 15.

Quartus est casus, quando tertius, cui reuelatio præiudicat conqueritur, tunc sacerdoti probatæ vitæ asserenti licentiam habuisse, creditur ad pœnam euitandam ita Lap. in citato iam loco num. 4. vers. præsertim & cæt. duo enim considerantur aduersus sacerdotem pęna. s. quæ indita est contra reuelantes confessionem; nec non damnũ illius tertij. quoad pœnam satis dictum est in præcedenti casu cum saltem præsumptiue sacerdoti credatur, quoad pœnam euitandã. quoad præiudicium tertij idem dicendum est, nam si admittunt interpretes posse confessum dare licentiam sacerdoti detegendi confessionẽ, frustra hoc esset si ei fides nõ adhiberetur, nam in actu confessionis non potest adhiberi testis, merito licentiam non potest iustificare ex testibus, vnde eius dicto standum videtur, & si post actum confessionis cõfessus dicat eorum testibus, hoc casu, & specie, non est amplius confessio sacramentalis, & sic vt simplex homo, vt recte animaduertit Dominic. de ratione tegend. vel detegend. secret. memb. 3 quæstio. 4. versicu. & ad argumentum, nec hic principaliter considerandũ est præiudicium tertij, sed commodum, & vtilitas quæ inde venit ipsi confesso,

ſo, cuius cõſcientia exoneratur, vel alteri, qui alioquin offenderetur, vel lederetur, non enim paſſim ob nullam, vel tantum vtilitatem temporalem, ſed ob magnam huius ſeculi, ſed ob paruam etiam æterni detigenda eſt hæc ſacramentalis cõfeſſio, ſicuti recte admonet Io. Medin. in tract. de confeſſione quæſt. 49. verſic. ſecundo requiritur Dida. in epitom. de ſponſal. in 2. par. c. 8. §. vlt. verſi. quod equidem.

Nec vrget conſideratio Dec. in cap. 1. colum. penul. verſic. ſimiliter de except. cum dixit ſacerdoti ſic reuelanti confeſſionem, non eſſe adhibendam fidem de licentia confitentis, ex quo agit de ſe exonerando, cum ſacerdos non errauerit, ex quo lex permittit.

9 Sed an requiratur iuramentum ſacerdotis aſſerentis de licentia, vtique verior, & communis opinio videtur, quod vt teſtatur Emanuel. in ſuo theſau. litera C. num. 255. Cot. in memorab. in verbo iuramentum probat colum. 3. in princ. & Felin. inferens ad cle. 1. de ſepultur. quod creditur iuramento ſacerdotis aſſerentis abſoluiſſe excommunicatũ, & ob id in eccleſia ſepeliſſe, & licet dicat quod durũ ſibi videtur, quia homines hodie ſunt . . . vt per Angel. in l. 1. §. ſtipulatio. ff. de prætor. ſtipulatio. tamẽ attẽta qualitate perſonę, quia ſacerdos, & attẽtis qualitatibus quas præſupponimus, ſcilicet, quod ſit bonæ conditionis, & famę, non ita de facili crederem periurium. Additio Mando. ad Lap. in allegato loco, & aliud, ſ. quod non ſit ſolitus reuelare ex regula ſemel malus, & quod requiratur iuramentum teſtatur de communi ante Gabr. de teſtibus in conclu. 1. num. 26 Maſcard. concl. 377. melius concluſi 12. 86 num. 4. licet Menoch. pungat de præſumpt. lib. 6 præſumpt 95. numero 12. in fine Lap alleg. 94. ex ea in cap. 1. n. 407. de conſtitut.

Quintus caſus eſt quando ſacerdos de cuius vitæ bonitate non ſatis conſtat, mortuo confitente, non coram iudice, vel ſerio, negocium graue pertractans, ſed lenitate potius prodidit, atque detexit confeſſionem, tertio detrimentum afferẽdo, ſine vtilitate, vel modica alterius, hoc in caſu crediderim non eſſe aliqua ratione præſumendum quod de licentia, & conſenſu confitentis dixerit etiam ſi id ſacerdos ex ſe aſſerat, hic etenim ceſſat iuſta detegendi cauſa, & ſentit Lap. in d. allegatio. 94. verſi. præſertim cum nõ acceſſerit.

Et hic caſus multo magis procederet, quando conſtaret ſacerdotem non eſſe ſatis honeſtæ, & laudatæ vitæ Menoch. de præſump. lib. 6. præſumpt. 95. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Confeßarius poteſt reuelare quæ audiuit, vt a petente ab eo conſilium.*

QVAESTIO XVII.

QVID ſi aliquis accedat ad ſacerdotem, animo capiendi cõ-
1 ſilium, an reuelare poſſit? vtique ſic Alex. de Neuo inter conſilia matrimonialia 29. num. 5. vbi teſtatur de communi, & inſuper eius dicto credi, & ibi dat coniecturas quod tunc accedunt animo capiendi

piendi consilium tantum quando vnus accedit post alium ad sacerdotem, contrarium sentit Scot. distin. 21. quæstio. 2. conclus. 3. Rebuff. in cano. omnis vtriusque sexus in vlti. notab. amplia. 3.

SVMMARIVM.

1 *Reuelatio, confessoris, maxime generica, non facit indicium, nec ad inquirendum multo minus ad torturam.*

QVAESTIO XVIII.

SED numquid reuelatio confessoris facit indicium aliquod cō
1 tra reum imputatum, vtique non, etiam in crimine atroci maxime si est generica Iodoc. attestans ita iudicatum ex consilio multorum iurisperitorum in pract. capitu. 150. colum. final. vbi habes casum in facti contingentia.

SVMMARIVM.

1 *Confessor nequit complices reuelare post mortem principalis, nec ipsum.*

QVAESTIO XIX.

SED nunquid confessor poterit reuelare complices saltem post
1 mortem principalis, vtique non, nec principalem delinquētem, nec complices Iod. in pr. c. 150 n. 7. & 8.

SVMMARIVM.

1 *Laicus audiens confessionem quando teneatur, vt sacerdos.*

QVAESTIO XX.

QVID si confessus sum, laico aliquid in forma cōfessio-
1 nis? vtique si est assumptus vti confessor prout in casu necessitatis, tunc idem iudicandum, quod de confessore superius diximus Aufrer. ad Tolosan. 240. in fine. vnde nō sufficit dicere laico, hoc dico tibi in forma confessionis etiā genibus flexis, & signo crucis fronte signato, nisi fiat in forma sacramentali Nauar. in Manual. c. 18. n. 55. & cap. 8. n. 7.

SVMMARIVM.

1 *Socij plures qui iurarunt aliquid tenere secretum, an reuelare teneantur producti in testes, vel propter literas monitoriales.*

QVAESTIO XXI.

QVID si plures socij iurauerunt aliquid tenere secretum,
1 si producantur in testem, vel fiant literæ monitoriales an reuelare teneantur Socin. sen. consil. 102. lib. 4. consuluit non teneri ad reuelandum, contrarium verius sentit Innocen. in capit. qualiter el primo de accusatio. in capit. inclinauit, in cap. constitutus de testibus Aufrer. ad Tolosan. 240. Menoch. de arbitr. cas. 355. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Confessio in crimine hæresis quando reuelari possit.*

QVAE-

QVAESTIO XXII.

NVMQVID sacerdos tenetur reuellare confessionem in crimine hęresis? vtiq; sic,ad obuiandum tam nefandissimo sceleri si pœnitere recuset Archidiac.in cano.sacerdos de pœnitentia distin.6.nu.3. sequitur Alber.in rubr. de hæretic. num.4.licet Archidia.vbi supra dicat, quod tutius facit sacerdos si adeat episcopum,& dicat vigila super gregem tuum, quia lupus est in eo Tiber.Dec. tracta.crim.lib.5. cap.20.num.69.tomo 1.& hæc optima,& seruanda opinio.

SVMMARIVM.

1 *Reus carceratus an possit condemnari ex sua confessione facta sacerdoti de delicto non satis probato.*

QVAESTIO XXIII.

POne,quod reus carceratus confitendo peccata sua sacerdoti,cō
1 fessus est delictum,de quo imputabatur, sed non sufficienter constabat, an ex hac confessione poterit condemnari ad pœnas legales? vtique sic cum præsumatur fuisse confessum verum, ne sit immemor salutis æternæ Tiber.Deci. tract. criminal.lib.2.cap.15.nume.13. to.1. vbi verum in casu, quo confessio propalari possit.

QVAESTIO XXIIII.

PONE incontinenti finita confessione, antequam resurgat,cōfessor interrogat confitentem, an sit debitor alicuius,& dicat quod sic, an poterit libere deponere, vtique sic Crau.consi.267.num.2.

QVAESTIO XXV.

SED numquid debet pati potius aliquod martirium quam confessionem reuelare, vtiq; sic Scot. distinc.21. quam sequitur Gabr.de Traiact.& B.Thom.q.3. Rebuff.in can.oīs vtriusq; sexus in vlt.notab.

QVAESTIO XXVI.

NVMQVID confessio possit reuelari si resultet vtilitas alterius, videbatur quod sic ratione vtilitatis, contrarium est verius Rano.in capit. cum dilectus de excessi.prælatorum.

QVAESTIO XXVII.

NVMQVID poterit,quis reuelare confessionem, quæ sit ei primo à sacerdote reuelata? videbatur quod sic,cum confessor primo loco cōfitendo viam aperuerit, & in culpa fuerit, cōtrarium est verius Asten.in summ.lib.6.tit.20.

QVAESTIO XXVIII.

SED an tenebitur,vel poterit reuelare si laicus in casu necessitatis confessor extitit? vtiq; non Reb. ad can.omnis vtriusq; sexus in vltimo notabili in 4.ampliatio.

QVAESTIO XXIX.

QVID si casu,& forte fortuna audiuit? pariter non pōt reuelare Reb.vbi supra inferēs, quod hoc casu non deponitur ab officio

quod

quod habet sed punitur pœna arbitraria Card. in d. cano. omnis vtriusque sexus Astens. in summa lib. 3. tit. 24. de confessionis sigillo.

SVMMARIVM.

1 *Confessor in sua confessione an possit alterius confessionem reuelare.*

QVÆSTIO XXX.

QVAERO an quis possit per confessionem, quam facit cō-
1 fitendo reuelare confessionem sibi factam, puta sacerdos facit confessionem pro se, an possit reuelare peccata aliena sibi in confessione a peccatore dicta? Vtique nō, quis enim confiteri debet peccata propria, nō aliena iuxta illud Psal. 31. Delictum meum cognitum tibi feci, & versi. sequenti. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meā, Domino, cano. dixi, & cano. final. de pœnit. distin. 1. nisi in delictis, quæ socium requirunt, vel ad ostendendum magnitudinem peccati, vt si cum consanguineo, cum matre, filio, vel similibus Riccard. in 4. sententiarum distin. 17. artic. 3. quæst. vlt. Ripa de remed. ad curan. pestem num. 79. aliàs esset proditor, vel accusator, & non verus confitens, & hæc est cōmunis opinio theologorum. Reb. ad can. omnis vtriusq; sexus in verbo. sua & in vlt. notab. ampliatio. 6.

SVMMARIVM.

1 *Interpres adhibitus in confessione an possit eam reuelare.*

QVAESTIO XXXI.

ALIQVIS est adhibitus pro interprete in confessione, po-
1 terit ne eam reuelare? videbatur quod sic, quia non est confessor, cōtrarium est, verius, vt nec ipse reuelare possit Rebuff. ad cano. omnis vtriusque in vlti. notabil. in 7. ampliation.

Ampliatur ex mente eiusdem ad eum cui . . voluntate confessoris fuit reuelatum ad confessorem factum, ad seculare in abscondito audientem, cui nec reuelanti vti testi in iudicio non creditur. Ripa de remed. ad conseru. pestem n. 105. contemnit sacramentum . . ei iniuriam facit.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos qui nec absoluit, nec condemnauit confitentem an id possit reuelare.*

QVÆSTIO XXVII.

PONE quod in actu confessionis sacerdos, nec absoluit, nec
1 condemnauit, an hoc casu reuelare poterit, videbatur, quod cum non sit perfecta omnino dicta confessio, sed remanserit imperfecta . . superioris, contrarium est verius Rebuff. ad consil. omnis in vltimo notabili ampliatio. 8. & certe quoad secretū peccati est iā propalatū confessori, merito tacēdum.

SVMMARIVM.

1 *Confessor cum opus ei sit alieno consilio an possit reuelare factam confessionem.*

QVAE-

QVAESTIO XXXIII.

OCCVRRIT quod confessor eget pro resolutione ali-
1 cuius casus propositi prudentiori consilio, quid agendum? videbatur dicendum posse etiam personã propalari; qualitas, enim personæ est circũstantia aggrauans,& diminuens prout superius vidimus; nec dari posse videtur certum, & reale consilium nisi data notitia personæ vna cum facto,& circũstantijs suis: contrarium est verius ex capit. officij in princ. de pęniten.& remissio. vbi consulit Pontificem de facto cu iusdam mulieris in genere neminẽ specialiter nominando.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum confessum an poßit in genere reuelari.*

2 *Confessor qui nouit aliquem per confeßionem peccatorem non eum tenetur vitare.*

QVAESTIO XXXIIII.

NVMQVID licebit reuelare peccatum in genere, vtiq;
1 sic, exemplo Christi. vnus vestrum me traditurus est Matth. 16. Marc. 14. Luc. 20. Ioan. 13. habetur in c. si sacerdos de off. ordin. & dixit ex vobis non ex nobis licet insimul omnes starent, quia a Christo, cui omnia patent iam iudicatus est, nec coram proceditur, via huius seculi, & ob id non dixit nobis, includendo se, dixit vobis, quia non erat exiturus via iudiciaria, canon. vnus ex vobis 2. quæst. 1. & si dicatur quomodo exemplo Christi, nonne & ipse in genere locutus est, sed nominatim dicẽdo, qui intingit mecum manum in catino,& alio in loco respondit Iudæ tu dixisti.

Respondetur ad hoc multis modis, primo quod per hæc verba nõ fuit proditor, quia prodere est præteriti, sed Christus locutus est in futurum dicendo, tradet, vel traditurus est.

Secundo respondetur, quod dixit Iudę met eum interroganti dicẽdo tu dixisti, vnde non est prodere si quis a peccatore met instigatur.

Tertio respondetur, quod propalauit illis, qui poterant prodesse, & non obesse.

Quarto respondetur, quod illa verba, dixit soli Ioanni in aure hæc glos in cano. cum omne de consecr. distin. 2. in verb. proditorem, & in cano. si peccauerit in glo. 2. 2. q. 1.

Vnde inferunt Doctores ad d. c. si sacerdos, quod valet excommunicatis in genere de illo, qui furtum commisit, & pro causa ralionabili ad eam consecrandam, & obtinendam sufficit incertitudo, vt ibi notant omnes, & pluries, vide contra incendiarios nocturnos.

2 Et ex prædictis etiam patet secũdum Hostiens. & Ancar. ad d. cap. si sacerdos, quod si vt confessor scio aliquem peccatorem, quia id mihi confessus est, non per hoc debeo eũ vitare nõ segregare exemplo Christi, qui patitur simul stare malos cũ bonis, vsq; ad diem segregationis.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quis vidit fieri, alius per cõfeßionem sacramẽtalem nouit, vter certius dicatur scire.*

QVAE-

QVAESTIO XXXV.

VNVS scit aliquod furtũ per confessiouem sacramentalem
1 alius scit, quia vidit, quis ex istis dicitur certius scire. multi dicunt illum, qui sciuit per confessionem sacramentalem, cum ibi non præsumatur mentiri nec immemor salutis æternæ, contrarium est verius quia propria sciẽtia est per sensum visus, ita dixit Imol. & reputat notandum in cap. si sacerdos num. 2. licet, aliquo respectu posset dici certo sciri, illud, quod per confessionẽ scitur, cum hoc casu mendacium non præsumatur, vt per enndem num. 10. super glo. 1.

SVMMARIVM.

1 *Debitum vel depositum in confeßione auditum an poßit reuelari, remißiue.*

QVAESTIO XXXVI.

SED nunquid confessor poterit licitè reuelare ea, quæ audiuit
1 in confessione, tamen non sine peccato, prout debitum vel depositum, vel quid simile, posui in tract. de positi. in prima par. causa 4. cui addo quod interrogatus ab aliquo iniuste, puta tiranno, etiam, vel simili debet celare, quantum potest, & sophistice etiam respondere, vt per Boiech in cano. omnis nume. 19. de pœnit. & remissio.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum alicui reuelatum vt iudici, an poßit reuelari.*

QVÆSTIO XXXVII.

AN poterit quis reuelare peccatum sibi reuelatum vt iudi
1 ci, vtique sic tenuit Hostiens. in c. 1. de Cleric. per saltum promot. sed ille textus loquitur in peccato reuelato ad prouidendum, cum iudex ille ex se non posset, vnde non probat concludenter.

SVMMARIVM.

1 *Amicus quando poßit dici proditor.*

QVÆSTIO XXXVIII.

QVAERO quando amicus dicatur proditor, de proditore
1 post alios multa, scripsit Dec. tract. crim. lib. 7. capit. 29. to. 2. cui illud videtur addi posse, ꝙ proditor sit, qui reuelet factum præteritum, non autem si futurum gl. in cano. cum omne in verb. proditorẽ de consecr. distin. 2. Boiech. in cano. omnis vtriusque sexus sub nu. 20. de pœnit. & remissi.

SVMMARIVM.

1 *Confeßor an poterit reuelare confeßionem in fauorem confitentis.*

QVAESTIO XXXIX.

SED nunquid confessor poterit reuelare confessionem in fauo-
1 rem confitentis, quod talis non cõgnouit talem mulierem, vel non peccauit mortaliter, vel quid simile, & vtique sic simpliciter non autẽ si includeret tacite alterius præiu dicium,

dicium,puta poteſt dicere,Titia eſt iuuenis honeſta,ſed ſi ſtarent ſimul duæ puellę, vel mulieres, non eſſet honeſtum dicere illa eſt caſta quaſi excluſiue altera munitur, & detegitur non caſta Rebuff. in cano. omnis vtriuſque ſexus in vltimo notabili in 7.fallentia.

SVMMARIVM.

1 *Eligens eum quem cognouit ex confeßione indignum, an incurrat pœnas canonis.*

QVAESTIO XL.

QVÆRO ad cap.cum in cunctis §.final. de euictio. aliquis
1 ſcit aliquem ex cõfeſſione indignum,tamen elegit,incurritne pœnas dicti canonis & videbatur,quòd ſic quia ibi fuit principaliter diſpoſitum propter rei timorem: contrarium eſt verius, quia in his, quæ ſcit vt Deus ſolum Deum habet vltorem ibi Rebuff. ad cano. omnis vtriuſq; in vlt. notabili verſ. 8.cui pone quod prior ſcit in confeſſione monacum indignum,poterit ne remouere,vtique ſic ſi vult, & fieri poſſit ſine ſcandalo,& turpitudine, & niſi conſtitutiones ordinis requirant aliquam formam iudicialem Floren.in 3.par.ſum.titu. 16.cap.22.§.1.

SVMMARIVM.

1 *Caſum iſtum in confeßione audiui, an poßit dicere ſacerdos.*

QVAESTIO XLI.

CAVEAT ſacerdos, ne vnquam dicat iſtum caſum in cõfeſſione audiui, vel in illa eccleſia in qua audiui cõfeſſiones,fiunt multa mala & enormia peccata, idem ſi dicat in tali ciuitate, nam hoc eſſet reuelare.pariter caueat, ne propter enorme peccatum ſibi confeſſum diminuat familiaritatem ſolitam cum confitenti, vel aliud ſignum per quod homines poſſint cognoſcere illud delictum ſecundum Florian.vbi ſupra per text. in can. omnis vtriuſque in verbo.vel ſigno de pœnitent.& remiſſio.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio quo iure non debet reuelari.*

QVAESTIO XLII.

QVAERO quo iure tenetur confeſſor confeſſionem non
1 reuelare? Primo de iure naturali, quæ vultis faciant vobis homines, hæc eadem vos facite illis Luc.6.& can.1.diſtin.1.ſed quis nollet amittere ſuam bonam famã propter ſui criminis reuelationem per alterum factam, ergo nec ipſe alteri facere debet.Item vita,& honor ęquiparantur l.iuſta ff. de manumiſſ.vindic. ſed quis nollet eum aliquis occideret,vel diffamaret,ergo nec ipſe alteri facere debet & ſic lege naturæ, quis reuelare prohibetur.

Secundo iure diuino eſt introducta confeſſio I.20. quorum remiſeritis,& ergo, & eius ſigillum quod eſt occultatio.

Item ſcit Deus . . peccatum interius,ſic debet ſacerdos interius, & magis homines ad confeſſionem attrahantur Flor.in 3.par.§.7.c.22.

Præ-

Præterea, os, quod mentitur, recidit animo can. nec artificiosó 22. quæs. 2. sed sacerdos reuelãdo dicit vt homo, vt Deus sciuit, ergo mentitur, ergo de iure Diuino non debet reuelare, Soc. in 4. distin. 21. quæst. 2. Asten. de confessio. sigil. tit. 20. q. 2.

Tertio prohibetur de iure canonico cano. si sacerdos de pœnit. dist. 6. can. oĩs vtriusq;. de pęn. & remis.

Quarto prohibetur iure ciuili, quia tenetur actione iniuriarum & ad interesse l. 1. §. si quis tabulas ff. deposit. dixi in tractat. de posit. par. 1. caus. 4. vbi videre placeat, & alibi dicitur . . . est nostra secreta detegi l. 1. C. quando & quibus 4. pars. lib. 10.

SVMMARIVM.

1 *Confitens an poterit dare confessori licentiam reuelandi confessionem.*

QVAESTIO XLIII.

SEd numquid confitens poterit dare licentiam confessori reue-

1 landi confessionem? & videbatur quod nõ, quia hoc est introductum de iure naturæ & Diuino, vt dictũ est in fauorem totius ecclesiæ, ne aperiatur via fraudibus, & ne homines a cõfessione retrahãtur, & propter sacramentum & scandalum, quibus non videtur, vt renunciari possit cap. si diligenti de fo. compet.

Præterea scit, vt Deus quomodo reuelabit extra confessione, quo casu est vt homo.

Item præcepto superioris astringimus ad non reuelandum, cui non potest derogare inferior. clem. nè Romani. de electio.

Insuper non auditur Perin. volens. l. non tantum. ff. de appellatio. sed ob presbiteri reuelationem posset perire confitens ergo, &c.

Contrariũ est verius saltẽ quoad bonum confitentis Rebuff. ad can. omnis vtriusque sexus col. final. aut igitur est ad bonum, & licentia valet alias nõ & rationibus superius allegatis.



VIN-



VINCENTII CAROCII I.C.

TRACTATVS DE PATRE FILIAM SIMPLICITER DOTANTE.



Ad repetitionem l. final. C. de dotis promissione.

IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS singularis, & egregia est constitutio ad l. fi. C. de dot. promissione, quòd Pater, dotando simpliciter Filiam, censetur de bonis proprijs dotasse: ad cuius materiam ponam aliqua vtilia, & quotidiana.

QVAESTIO I.

Dispositio huius constitutionis in quo consistat.

QVAERO primo loco, in quo cõsistat dispositio huius constitutionis? Vtique in præsumptione iuris: ita enim significare videtur verbũ intelligi in d. l. positum, l. si paterfamilias Titiũ, ff. de hæred. instituen. iuncta l. cum proponas C. eod. titu. l. hæres quandocunque ff. de acqui. hęred. l. vnic. in princ. C. de rei vxor. actio. l. qui duos §. vlt. l. si mulier. ff. de reb. dub. l. generaliter. §. cũ autem C. de insti tut. & substitut. ibi, intelligi euanescere, iuncta l. cum auus. ff. de cond. & de-

& demonst. capit. ex studijs de præsumpt. Aret. in l. iam hoc iure nu. 2. ff. de vulg. & pupillar. Menoch. de præsumpt. libro 1. quæstio. 10. num. 5.

Addo bene loquentem Rebuff. ad l. minus, & l. dedisse, de verb. significat.

QVAESTIO II.

An præsumptio huius argumenti sit iuris tantum, vel iuris, & de iure simul.

QVAERO secundo, an ista præsumptio sit iuris tãtùm, vel iuris, et de iure simul? vtique iuris, & de iure respondit Io. Andr. in tit. de præsumpt. in verbo species, in verbo in prædictis concordantibus, vnde non recipit probationes in contrarium, glo. fin. in l. final. vbi Bart. nu. 5. Alber. n. 2. ff. quod met. caus. glo. in can. senum 50 distinct. in cano. fraternitatem, 54 distin. in cano. 15. qui fidem, vbi Præposi. num. 8. de sponsa. Alex. in l. inter stipulantem, §. 1. num. 3. ff. de verb. obligat. Rom. in l. si duo nu. 7. ff. de acquir. hæred. Salic. in rub. C. de probatio. Guliel. Mainer. in l. in obscuris num. 7. ff. de reg. iur. Veronen. de simulatio. contract. nu. 17. Ias. in l. titia nu. 49. ff. de verb. obli. Alciat. de præsumpt. in 2. par. prælud. num. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsump. 60. Mascar. de probat. quæst. 10. num. 48. volum. 1. & conclusi. 1222. numero tertio, attestans hanc esse communem opinionem.

QVÆSTIO I.

Secundæ Quæstionis principalis.

An probatio in contrarium admittatur per confessionem filij.

SED nunquid admittitur probatio in contrarium per confessionem filij? pro parte negatiua facit id, quod alias diximus in tractatu de iuramento litis decisorio q. 32. versi. 6. casus vbi elapso biennio in exceptione non numeratæ pecuniæ, non est locus positionibus, nec iuramento litis decisorio, & consequẽter tollitur cõfessio aduersarij.

Pro contraria parte facit, quod contra præsumptionem iuris, & de iure admittitur probatio in contrarium per confessionem partis, glos. reputata singularis in authent. de æqualit. dot. §. aliud, in verbo, scribat, quam ibi Barto. dicit perpetuo menti tenendum, singularem quoque dixit Alex. in l. a diuo pio. §. si pignora, nu. 3. ff. de re iudic. in l. 1. §. si is, qui, sub nume. 1. ff. ad trebell. Abb. in cap. is qui fidem num. 5. de sponsal. vbi pariter dicit hanc esse communem opinionem Fel. in tubri. de præsump. num. 11. & in cap. quanto, num. 3. limitat. 1. eod. titu. Corn. in l. generaliter §. cum autem num. 8. C. de institu. & substitutio. Marsil. in l. 1. §. ad quæstionem nu. 36. ff. de quæstio. Soc. in repetitio. l. cum auus num. 72. ff. de cond. & demonstra. Lanfrancus in cap. quoniam contra in verbo confessio nu. 9. Corn. consil. 39. colum. fin. vol. 4. Alc. de præsumpt. in prælud. par. 2. nume. 7. Crauet. de antiquit. tempor. versic. materia ista numero 13.

Bal.

Bald.Nouel.de dot.par.6.principal. priuileg.2. Corsett. hoc admodum commendans in singularibus suis, in verbo sententia 12.Couar.in epi tom.de sponsal.par.1.capit.1.num. 3.Menoch de præsumpt.lib.1.præsump.61.num.5.

Addo Mascard. conclusio. alias quæst.10.numero 48. cum sequen. & latius concl 1222.n.11.de proba tio.Iacob. Nouel.concl.160.lim.1.

Hinc postea infertur, quod licet mulier non iuuetur Velleiano,si ac cepto precio pro alio intercessit, cũ non præsumatur fragilitate sexus fecisse,& hæc est præsumptio iuris, & de iure,tamen si stipulator,cuius commodi gratia mulier intercessit confiteatur mulierẽ, non spe precij intercessisse,eius confessioni statur, & mulier iuuabitur Velleiano,l.an tiquæ, cum ibi not. C. ad Velleian.

Infertur pariter secundo, ꝙ est præsumptio iuris, & de iure, cõtra pupilli tutorem,pro bonis in inuẽtario descriptis, qđ fuerint ea omnia in bonis pupilli, tamen contra hanc præsumptionem, licet iuris, & de iure admittatur probatio in contrarium per confessionẽ pupilli maioris effecti,qui corã iudice fa teatur bona errore esse descripta, iuxta l.fin.& ibi not. C.de arbi. tut.

Infertur tertio ꝙ in exceptio.nõ numeratæ pecuniæ,elapso biennio, est præsumptio iuris, & de iure, qđ vere debitor pecunias receperit,tamen admittitur probatio in cõtrarium ex confessione creditoris glo. in l.in contract.in verbo,nullo modo C.de non nume.pec.Fel.in cap.si cautio num.66.de fid.instrum.

Sic in proposito casu standum videtur confessioni ipsius filiæ, ꝙ promissio dotis facta per patrẽ, sit ad computum bonorum maternorum,vel similium,quæ pater habebat in manibus, & non de bonis proprijs ipsius patris.

Nec obstare videtur ratio in contrarium adducta,quia verum est, ꝙ statur confessioni,non tamen,quod cogatur confiteri medio positionũ, vel iuramenti litis decisorij, & dicam in sequenti quæstione.

QVAESTIO III.

Secundæ Quæstionis principalis.

Filius si nolit sponte confiteri, an cogatur inuitus positionibus respondere.

SED pone, ꝙ filius nolit sponte cõfiteri; cogetur ne inuitus positionibus respondere?

Et primo videbatur, ꝙ sic, quia positionibus est respondendum, & recusans habetur pro confesso, cap. 2.de confess.lib.6. Papien.in forma responsio.actoris,in verbo, responderi. Mar.par.6.in verbo contumacia,n.18.vbi habes practicã regni. Bar.& Cast.in l.2.§.quod obseruari C.de iuramento cal. & est communis opi.Rom.sing.696. Luc. Pet.in pract.c.4.Lanfr.de respon.nu.3.

Et hoc est adeo verũ,vt teneatur respondere, etiam si iuret ignorare veritatem, dummodo in facto proprio,& de recẽti, singulare dictum Archid. in can.ponderat, distin.90. quod pro valde singulari, commendat Ro.sing.695.Thol.in addit.21.

Contrarium est verius ea ratione,quia,quando pro aliquo est præsumptio iuris, & de iure non cogit̃ confiteri contrariũ,licet spontè possit Bal.notabiliter in repetitio. l..2.

D col.10.

col. 10 versi. hinc est, de iur. iurand. quod dictum pro valde singulari commendat Cremens. singul. 157. Ferrat. cautel. 16. col. 5. in fine dixi in tract. iuramen. litis decisor. q. 32. cas. 14. Imol. in c. si cautio num. 14. vbi Felin. nu. 60. de fid. inst. Menoc. de præsump. lib 1. præsum. 62.

Addo, quod hæc est cōmunis opinio, Curt. in tract. positio. num. 40. Mascard. in verbo positio num. 66. per textum notabilem in l. in contractibus §. de illo C. de non nume. pecun. de quo dixi in d. tract. de iur. decisor. quæst. 32.

Si igitur, orta contentione, filia dicat de bonis patris, & pater asserat ad alium cōputū, poterit filia, sed non cogetur confiteri. Marsi. de probat. num. 88. & sing. 110.

Ex æquitate tamen, quæ magna sit; poterit iudex ex officio cogere ad respondēdum positionibus. Angel. in l. sed & si restituatur §. 1. ff. de iudic. Fel. in verb. de probat. col. vlt. vers. sed istud Neuizz. cons. 5. num. 25. quos ita declarat Meno. de pręsumpt. lib. 1. quæst. 62. in fine.

QVAESTIO IIII.

Decisionis huius quæ nam sit ratio.

QVÆRO, quæ sit ratio istius decisionis, & vt: que; quia paternum officium est dotare filiam l. qui liberos ff. de ritu nuptiarum, vnde dotando, dicitur suo muneri satisfecisse, & hanc opinionem tenent Dcct. in l. 1. ff. sol. matrim. vbi Alex. n. 30. Ias. n. 25. Ripa num. 54. Soc. iun. nu. 157.

Verum cōtrarium sentit Alc. regul. 1. præsump. 26. n. 3. lib. 8. Pater gon iur. c. 3. Coras. ad l. qui liberos. ff. de rit. nupt. lib. epist. q. capit. 2. ea ratione, quia textus videtur tribuere hoc meræ liberalitati, quæ nullam præsupponit obligationem.

Non crederem a prima opinione recedendum: quippe tale officiū habet annexam necessitatē prout ibi textus dicit. ibi, debito dotis, & ibi, nexu obligationis &c. vnde non est pura, et mera liberalitas, sed causata a debito paterno: est bonus textus, & ibi not. Alber. in l. cognouimus C. de hæret. vbi sub nomine liberalitatis, venit debitū naturale, quod dos patris est.

Addebat Alc. in citata præsump. n. 5. aliam rationē, s. coniunctio sanguinis, & affectio patris in filiam, & cura dotandi, & collocandi filias, quæ ad patrem spectat, iuxta not. in l. quæ dotis. ff. solut. matrim. in allegat. l. qui liberos.

Sed & hęc ratio mihi dubitabilis videtur, cum sola coniunctio sanguinis non inducat donationē, iuxta ea, quæ latè diximus ad materiā l. procula, in tract. locat. & conduct. par 1. tit. de substantia locat. 2. titu. de bon. quæ liber. num. 13.

Sed recte intuendo, dici posset, ꝙ Alciat. ibi tria considerat, sanguinem, paternitatem, & debitum de collocando filiam, vnde non est simplex ratio sanguinis.

Sed contra principalem rationē dubitationem facit, quod pater cōcedendo aliquid filio restringitur, vt committat, potius quam donet Bal. singulariter in l. executorē col. 10. sub n. 37. vers. vnum scias, per l. cū pater §. pater pluribus ff. de leg. 2. quod dictum singulare reputauit Marsil. singul. 57. vnde igitur liberali-

ralitas patris in filiam?

Posset responderi, quod tex. in §. pater pluribus procedit duobus concurrentibus: primo ratio æqualitatis seruandæ inter filios, secundo, quia ibi filia erat maior natu, vnde præsumitur custodia l. fin. ff. de fid. instrum.

Ex quibus vtilitati studendo, infertur intellectus ad l. clauibus. ff. de contr. emptio. vt procedat, concurrẽte titulo habili ad translationem dominij, alias præsumitur simplex custodia.

Et sępius in facto occurrit casus dicti §. pater pluribus, quod si pater habeat plures filios venit ad mortẽ, dat claues, & anulũ maiori natu; an ex hoc transferat dominiũ? vtiq; non, pluribus existentibus ab eo filijs sed solum ad custodiam, ratione æqualitatis obseruandæ.

Secundo dubitationem facit l. filiæ C. fam. hercis. vt pater emens nomine filij sibi nõ acquirit: vnde igitur ista liberalitas paterna? acquirit mediante traditione, vel morte, vt ibi not.

QVAESTIO V.

Dispositio legis fin. C. de dot. promissio. sit ne fauorabilis an odiosa.

QVÆRO, an dispositio l. fin. C. de dot. promissi. sit fauorabilis, vel odiosa? nam si fauorabilis, extenditur: si odiosa, restringitur.

Et videtur fauorabilis, cum tendat in fauorem filiarũ, & saluentur alia bona ad fauorẽ ipsarum, & dos itelligatur de proprijs bonis ipsius patris, iuxta Bar. docti. in l. qui exceptionem n. 2. vbi Ias. n. 1. eã summopere extollit ff. de condit. indeb. egregiam appellat Meno. in primo remed. recup. possessi. nu 14. & ante eum probauit Rom. cons. 32. col. 2. nu. 5. vers. 3. quia. Rom. idem consi. 328. n. 2. Dec. in l. venia n. 5. C. de in ius voc. Gozad. cons. 5. n. 5. Bal. in l. cunctos populos col. 12. versic. sed hic quæro de effectu C. de sum. Trinit. & fid. cathol. cons. 433. dña Ioãna col. 2. lib. 2. Cald. cõs. 14. de verb. signifi. Albe. in 1. par. stal. q. 180. pone statuto Ancar. consil. 112. col. 2. cons. 153. circa medium consi. 404. post mediũ Domin. in c. si propter col. 4. versi. in fine glo. per glo. ibi in verbo primi anni, de rescript. lib. 6. in c. sciant, in glos. primi anni, & in verbo alios, de elec. lib. 6. Comens. cons. 2. col. 1. in fi. Castren. cons. 92. in fine lib. 1. Milis. in verbo lex dicitur fauorabilis Alex. consi. 197. col. 1. lib. 7. Aret. consi. 29. col. 7. versic. quarto præmitto, Cor. cons. 89. col. 1. lib. 3. Barb. in l. 2. in prin. versicu. quarto dicebam de verbor. obliga. Curt. Sen. consil. 9. num. 48. Dec. in l. 1. col. 1. C. vnde legit. Crau. consil. 242. colum. 1.

Secundò, an dispositio dicatur fauorabilis, colligitur ex præfatione, & proœmio: ita arguit Rom. cons. 338. n. 3. per tex. in l. 1. ff. de origin. iur. in l. fin. ff. de hæred. instituend. l. Titia §. idem respondit. ff. de pact. l. 1. C. de diuers. rescrip. cap. inter dilectos §. cęterum de fid. instru. sed ex præfatione l. final. ad nullum alium finem tendit imperator nisi fauere filiæ, & conseruare illæsa alia credita, quæ à patre prætendere possit, meritò &c.

Tertio dispositio reputabilis, qñ est fundata in imbecillitate, vel

alia æquitate Bal. in l. penult. col. 3. n. 5. in fine, versic. sed quomodo ego C. de pact. sed in casu, de quo agit, lex respicit filiam, & sic sexum, & æquitatem in conseruatione dotis ad fauorem filiæ, merito &c.

Et si dicatur, cur potius ista lex finalis debet dici fauorabilis, habendo respectum ad filiam, & non debet dici odiosa respectu patris, cui admodum præiudicat? Respondetur, quod non valet ista consequentia, hoc statutum, lex, vel dispositio fauet Petro, & nocet Paulo; ergo est in odium Pauli, nam nõ sufficit damno esse Paulo, nisi istud dãnum fiat ei ratione alicuius demeriti concurrentis, pulchre Bald. consi. 474. col. 1. circa medium, lib. 5. vbi exemplificat in matre, quæ si priuatur successione, quia non petijt tutorem filio impuberi; concurrit hoc casu demeritum, vnde priuatio est odiosa: nam si alio respectu priuat, non concurrente aliquo demerito, sed vt faueat agnatis, tunc non consideratur odium aliquod. idem considerat Alexand. consi. 41. colum. fin. lib. 5. quod est repetitum consi. 116 colum. final. lib. 7. Crauet. consi. 242. in princ. exemplificantes in statuto de non alienando in forẽsem, quia non est in se respectu forensis odiosum, cum non detur respectu sui demeritum: secus, si prohiberetur alienatio in bãnitum, in quo concurrit demeritum, & hęc responsio est admodum vtilis, ad cognoscendum, an dispositio sit fauorabilis, vel odiosa. Vnde in casu d. l. final. si fauet filię, & patri præiudicat; non datur odium, quia non fit in demeritum patris, & de hoc lex non cogitauit.

Pro contraria parte facit hęc ratio in forma oĩs recessus a iure cõmuni odium continet, sed hęc lex exorbitat a iure communi, ergo est odiosa. Maior propositio est axioma, quod iactat se a multis collegisse Tiraq. de retrac. lign. in pręfatio. nume 62. minor propositio probatur ex Hieron. Gabr. consi. 157. nu. 25. vbi expressè tenet, quod dispositio l. final. C. de dot. promissio. est exorbitans à iure communi, & consequenter restringenda, & strictè interpretanda est Corn. cõs. 16. col. pen. vol. 3. vbi appellat exorbitãtissimã cõstitutionem, & restringẽdã.

Posset a quoquam fortasse dici, quod respectu filię sit dispositio fauorabilis; respectu patris sit aliquantulũ odiosa, prout in simili videmus, ex multorum tamẽ opinione, quod statutum, quod stantibus masculis, fœminę, non succedant, respectu filiorum, sit fauorabile, & consequenter extendendũ; respectu fœminarum, sit odiosum, ex magis communi, de qua per Ias. ad l. 2. n. 4. C. de in ius vocand in l. qui exceptionem n. 4. ff. de condict. indeb Soc. iun. cõsi. 1. num. 46. versic. tertia opinio lib. 1. Paris. consil. 85. num. 28. libro 2. Alciat. respons. 66. in fine Cephal. consi. 278. numero 106. licet re vera hodie magis communis opinio sit, quod totum sit fauorabile Brun. de statut. exclud. fœm artic 4. versicu. sed verior: quem sequitur Curt. iun. consilio 87 numero 5. Viui. in verbo statutum excludens Bero. consi 14. num. 9. vol. 2. Rim. consil. 24. n. 9. vol. 2. Mazol. cons. 9. nu. 34. Vasqui. de successio. par. 2. in princ. Soc. iun. cons. 10. num. 13. in 4. vol. ex magis communi Mando. regul.

cancel-

cancellar. de Annal. quęst. 3. nu. 16. de eadem Riminal. ad Rimin. consi. 223. num. 12. volum. 2. latè Bursat. consi. 93. num. 7. volum. 1.

Pariter ad materiam l. 2. C de in ius vocand. reuerentia ex parte patroni est fauorabilis, vnde transmittit ad hæredes etiam extraneos: ex parte liberti est odiosa, vnde non transmittit.

Sic etiam dispositio cano. si quis suadente diabolo ex parte percutiētis est odiosa, ex parte percussi est fauorabilis, vnde comprehendit clericum primæ tonsuræ cano. quisquis 17. quęst. 4. can. de persona 11. quęst. 1. cano. cleros 21. distin. cano. perlectis 25. distinct. cap. cum contingat de ætat. & qualitat. cap. cum non ab homine, ibi, quocunque ordine, de iudic. Ioan. Lup. de censur. ecclesiast. quæst. 2. & 5. & est communis opinio Alber. in tract. de vero, & pers. cleric. lib. 1. in 2. dubio. Duenn. reg. 99. amphat. 2. Iul. Clar. quæstio. 77. versi. item quæro.

Primus est, quando pater dotem promittit de bonis suis, & filiæ, & sic per copulam, &, & in isto casu pręsumitur prius promisisse de suo pater, & hoc non sufficiente de bonis filiæ, ita Socin. in d. l. ff. solut. matrim. vbi Ripa numero 89. ampliat. quinta ratio est, quia, quando copula, &, ponitur inter personas, inter quas cadit ordo affectionis, & charitatis, vni per prius, & alteri per posterius, tunc copula non fungitur officio naturæ suæ idest copulat æqualiter, iuxta dicta l. reos §. cum in tabulis ff. de duob. reis l. prima. C. si plures vna sententia, & alia, de quibus superius latè diximus, & hæc est communis opinio Ias. in l. Gallus §. & quid si tantum numero 11. ff. de liber. & posthum. dicens in materia copulæ, &, eam glos. esse valde singularem, nec habere consociam, vel similem.

Limitatur hic primus relatus casus, nisi pater distinctè, clarè, & valdè specificè loqueretur, puta promitto, pro filia mea in dotem ducen-

ducenta,centum de meo centum de bonis filiæ meæ: vel diceretur, promitto in dotem mille, dimidiam de bonis meis,& aliam medietatem de bonis filiæ meæ: isto casu non attenditur quid pater habeat in bonis, & an ea sufficiant,sed attenditur clara voluntas promittentis, & fit pro medietate pro quolibet: ita Socin. iun.ad l. 1.num.178.ff solut.matri. vbi Ruin. num. 143. Hercul.num. 28.licet Bologn.num.111.dissentire videatur.

Secundus casus principalis est, quando alio modo loquendi vsus est pater in promittendo, sed dixit hoc modo: promitto filiæ meæ in dotem mille, computato omni eo, quod prętendere posset in bonis paternis,& maternis isto casu computantur omnes prætensiones filiæ, & de residuo supplet pater,& sic est casus diuersus à primo: nam in eo primo loco considerantur facultates patris,& deducto, ne egeat; supplet filia in hoc secundo casu è contra considerantur prætensiones filiæ, & illæ omnes includuntur, & in defectum supplet pater, & ita diuersitatem casuum iuxta significatum verborũ,considerauit Corn. consi.16.col.fin.volum.3. sequitur Iaſ.in l.1.sub num.24. in fine ff.sol. matrim. Alc.regu.1.præsumpt 26. in fine, licet non ita clare loquatur prout Corn.Bulgar.in l.1.vbi Rui. num.140.l.solut. matrim. Iaſ.in §. fuerat num.105.de actio. Corasi.iu l.qui liberos num.54.de ritu nupt. Ruin.consil.16.nume.2.lib.3.Menoch.consi.370.nume.32.lib.4. & hæc est magis cõmunis opinio Menoch.de præsumpt.lib.3.præsump. 15.num.24.

An autem hoc noceat filiæ, si nõ præstat consensum, dicemus suo loco.

Ampliatur hic secundus casus, idem esse, si pater tempore promissionis protestetur, quòd dotabat eã de bonis ipsius filiæ,ita Ripa in d.l. 1.n.91.post Aret. ab eo allegatum.

Subampliatur,multo minus operabitur protestatio, si fiat post promissionem, & sic ius quæsitum filiæ Angel.consil.209. quem secuti sunt Aret.in l.1.nume.15.vbi Rip. num.88.Bologni.num.109 ff.solu. matrim. Menoch.consil 370.nu.4. lib.4. ratio est, quia post ius quæsitum vana est protestatio l.pro hære de §.Papinianns. ff de acq. hæredit. l.ex morte, in fine C.de pact. conu. cap.consulti de regul. glos. in l.vni. §.ac. edit,C.de rei vxor.actio.

Declarantur relati casus, vt declarent mentem, & intentionem patris volentis sic, vel non sic teneri, non autem obligãt, nec præiudicãt filiæ,nec iuribus eius, nisi cõsenserit, ita Rui.in d.l.1.num.136. Soc.Iun.num.174.& 178. Hercul. num.24.Rip.num.93.ff.solut.matrim.vnde quid tot protestationes, quid tot verborum cautelæ; si filia non consentiat? Benincas. de paup. quæst.8.special.3.contract.num.8. pulchre in materia videndus Crau. consil.84. licet contrarium sentiat Afflict.decis.178.nume.13.qui reprehẽditur ab Vrsil.num.13.& in decisi.seq.nume.3.in fi.vbi limitat, si eo tempore habebat bona materna, & alia, quibus renũciauit; alias nihil operatur. Dec.consil.379.& 181.Parif.consil.80.volum.3.qui ita ab Vrsill.declaratur, alias cum Afflict.malè sentiret.vide infra,quæst.

18.ex

18.ex l.profectitia §.final.ff.de iur. dotal.

Nisi pater vtiliter gessisset negocium filiæ, quia tunc filia, etiã non consentiens, remaneret obligata, per Socin.in d.l.1.

QVAESTIO X.

Filiabus ex duabus prima dotata a patre de bonis propriis pro dimidia, & pro altera dimidia de bonis ipsius filiæ consentientis, cum postea secunda dotatur quomodo erit intelligenda eius constitutio dotis.

SED prosequendo, iuxta præcedentem quæstionem, quæro; pater habet duas filias; primam dotat de bonis proprijs, pro dimidia; & pro alia dimidia, de bonis filiæ consentientis: modo dotat secundam: quomodo erit intelligenda ista secunda dotis constitutio? credo cõsiderari posse duos casus principales.

Primus est casus, quando in secũda dote pater simpliciter exprimit se dotare de bonis suis, & filiæ, tunc regulabitur à prima constitutione dotis, ratione æqualitatis seruandæ inter filios, l.quæsitum §.sed si Papinianus ff. de fundo instruct. instru. legat.ita Soc.in d.l.1 nume.32. vbi Ripa.nume.93.Socin.iun.nu.175. Bolognet.num.110.versic.secundo limitatur.

Secundus est casus, quando testator simpliciter locutus est; puta, dixit; promitto pro dote filiæ meæ mille: tunc non intelligeretur promisisse prout primæ pro dimidia, sed de suo, donec supersunt bona prout dictũ est: & facit ratio, quia si sola natura copulæ non est potens ad diuidendum ęqualiter, nec ipsa sola ratio æqualitatis secundę: & ita declarat Ripa.num.93.Soc.iun. sub num.175.versic.sed si simpliciter: vbi dicit, quod experientia docet, quod idem pater dat maiorem dotem vni, quam alteri filiæ.

Limitant tamen, nisi esset eadẽ quantitas: nam in reliquis regulatur ab alia constitutione dotis.

Sed hæc limitatio mihi parum satisfacit, quia licet sit, eadem summa; tamen est diuersitas in tempore, & personis Ias. ad l.triticum nu-8.versicu. & similiter ff. de verb. obligat.& ibi Alciat.nume.22. Ias. consi.87.colum.2.versi.similiter ex diuersitate lib.3.Crauet.consi.282. num.2.

Accedit Ias.in l.plane §.si eadem num.11.in fine ff.de leg.1. Menoc. de arbit.iudic.cas.213.nu.19.& 22.

Sed vnum mihi non videtur à consideratione prætermittendum, quod ratio æqualitatis, præsertim inter filios, est in iure potẽtissima: & propterea si pater primam filiam dotauit pro medietate pro se, & de suo; cur credendum est, quod voluerit magis præiudicare filiæ primæ? dices, videmus per experientiam, quod pater est inæqualis in dotando, & dat plus vni, quam alteri: fateor hoc, quando sumus in claris: sed in dubio, non debemus ita præsumere. Dices cum doctoribus: copula, & sola, non est potens ad inducendum, vt filia teneatur pro dimidia, nisi alia concurrant: fateor hoc, sed in hoc casu, cum appareat patrem hoc introduxisse, cum prima, & constat de eius mente, cur non pręsumemus idem in secũda, ratione ęqualitatis inter filias?

QVÆ-

QVAESTIO XI.

Spuriam filiam an pater dotare teneatur.

PROSEQVENDO personam patris, & iuxta personã ipsius, quęro, an pater teneatur dotare filiam spuriam? Ex hoc enim postea apparebit, an dotando, cẽseatur dotasse de bonis proprijs, vel ipsius filię.

Et pro parte affirmatiua facit argumentum in forma, pater tenetur dotare filiam d.l.fina.C.de dot.promissio.sed pater naturalis, pater est; ergo &c.

Secundo pro hac parte facit, quia filio spurio debentur alimenta. authent.licet, C.de natural. libe.Cap. cum haberet, in fine, de eo, qui duxit in vxor.quam poll. per adulter. vbi Abb.in vlt not.dicit, illum textum valde singularem, & procedere, etiam de iure ciuili, attenta ęquitate naturali, qua fuit inductũ ius canonicum, ne filię fame pereant Ias.in authen.res, quę num.8.C.cõmun.de successio. Bal.in l.ius ciuile, sub num.3.ff.de iust.&iur. Alex. in l.1.nume.18.ff.solut. matrim.& * hæc est receptissima opinio, seruanda, tam in terris ęcclesiæ, quam imperij Dec.in cap.clerici nume 4. de iudic. in cap. in præsentia, nu. 115. de probatio. Ripa in repetitio. l.si vnquam quæstio.27.num.68. C.de reuocan.donatio.in rubr. de verbo. obligat.num.58.Duenn.regu.366. & procedit in quocumque filio incestuoso ex quouis modo damnato coitu, vt indifferenter alimenta debeantur glos.in d.cap.cum haberet Nicol.de Vbal.dę success. ab intest. part.1.num.46 Duenn.regul.366. num.5.Ampliat.5.Ghirlan.de pęn. omnif.coit.quæst.2.num.9.Ponta. de Alimen.cap.2.num.10. Paleott. de Spur.cap.46.num.5. latè Bursa. cons.62.volum.1.Bonacoss.de ęquitat.canonic.conclusi.2. vbi multos cumulabis.

Pro contraria parte facit textus in hoc celebris in l.vxorem §. pater naturalis ff. de leg.2. vbi filia naturalis à patre dotata non repetit fideicommissum à patre ei debitum quasi cum dote compensetur, quod non esset, si pater absolute teneretur eam dotare, & hanc partem tenet gl.in d.§. pater in gl.1. limitans l.fin. C.de dot. promissio. non procedere in patre naturali Bart.in l.si quis ex liberis §.vtrum nume.3. ff. de liber.agnos. dicens esse casum in d.§.pater naturalis Bald.in l.fin.nu. 7.& de dot.promission.in l.1. num. 9 vbi Alex.nu.12.& 17. dicit hanc * esse communem opinionẽ, vbi Vulgarin.in repetition.nu.27. Camill. nume.106. Dec.in l.si certis annis numero 9. C.de pactis Bald. consil. 258.versicu.alimenta uolum.1.Ias. in authen res quæ nũm. 8. C.commun.de legat.Ioan. Lup.in cap.per vestras notab.3.§.20.num.6. Tiraquell. ad l. si vnquam, in verbo susceperit liberos numero 50. & 99. C.de reuocand.donatio. de iure primogen quæst.62.nume.12. & hanc * dicit magis communem Boer. deci. 227.num.13.par.1.& communem etiam dicunt repeten.in d.l.1.ff.solut.matrimo.vbi Ruin.nume.147. Herculan.num.32.Soc.iun nume. 188.versic. & ex prædictis Parisi. num.124.Bolognet.num.119.inferentes

sentes ex hoc, quod præsumatur dotasse de bonis ipsius filiæ ad limitationem dictę l. fin. C. de dot. promissio.

Limitatur hæc conclusio, & opinio, si eam sequi velimus, vt non procedat in patre naturali dotante nomine filiæ, & vice ipsius: nam tunc præsumitur dotasse de bonis filiæ, gerendo negocium ipsius, ita Bart. in d. §. pater secundum primũ intellectum ibi positum, quem cõmendat Socin. sen. ad l. 1. numero 41. vbi Socin. iun. numero 183. ff. solut. matrimo. inferentes singulariter ad limitationem huius l. final. C. de dot. promissio. vt non procedat in patre promittente nomine vice, & administratorio nomine filiæ, quia tunc de bonis filiæ dotasse præsumetur. vide tamen quæ dixi supra quæstio. 6. in fine, & quæstio. 7.

Et ad prædicta facit l. 1. §. accedit C. de rei vxor. action. vbi extraneus promittendo dotem simpliciter, censetur donare; fallit nisi esset negociorum gestor filiæ, quia tunc non præsumitur donasse. pulchrè Alexander consilio 100. volumine secundo, numero tertio, versic. quo ad tertium.

Limitatur secundo hæc opinio, vt procedat quando mulier promisisset dotem, deinde pater naturalis soluisset: nam non præsumitur, vti de proprio fecisse, sed ad extinguendum debitum per prius à filia promissum & contractum, ita Bartol. in d. §. pater naturalis, Socin. sen. ad dict. l. prima, sub numero quadragesimo primo, vbi Socinus iun. sub num. 184.

Ex regula, quod actus declaratur ex titulo, vel facto præambulo & præcedenti Bartol. in l. secunda, numero tertio. C. de acquiren. possessio. & ibidem Salicet. Luc. de Penn. in l. tertia, præsumptio. 23. C. de apoc. public. libro decimo. latè Socin. sen. consilio 15. numero septimo, libro quarto. Soc. iun. consilio 29. numero 16. libro 1. Ruin. consil. 36. numero decimo, consilio 122. numero 7. libro 4. consil. 151. nume. 19. libro 5. Neuizz. consilio 80. numero 25. Ripa. lib. 1. respon. capitu. 1. numero 19. Alciat. regul. 2. præsumptio. 23. Abba. consi. 64. numero 32. Crauet. consil. 226. numero 5. 231. numero 12. 284. nu. 6. 255. numero 3. Osasch. Pedem. 21. numero 6. Hieron. Gabr. consil. 32. numero 2. libro 1. ex celebri glos. in l. quædam mulier, vbi Angel. valde commendat in practica ff. de rei vendicatio. Menoch. de pręsumptio. libro 2. præsumptio. 74. numero tertio, lib. tertio, pręsump. 10. numero 23 præsumptio. 49. numero 2. præsumptio. 134. numero 30. præsumptio. 67. libro 6. Addo bonam glos. in l. triticum. vbi Ias. numero tertio, ff. de verbor. obliga. vbi per hoc limitat. l. secunda, §. circa ff. de dot. exceptio.

Cui responderi posset, vt illa præsumptio pręcedat respectu eiusdem personæ, secus diuersarum: vnde dicit ibi Angelus, quod si constat habuisse titulum ab vno, possessionem ab alio, cessat illa præsumptio: sed hic sumus in diuersis personis, scilicet, filiæ promittentis per prius, & patris soluentis & post. merito, &c.

Secundo respondetur, ꝙ præsumitur ex titulo præambulo, non

autem de voluntate auctoris, nisi probetur, vt ibi per Alberic. in fine, quæ voluntas hic non apparet probata, merito &c.

Tertio non procedit, vbi fortior præsumptio vrgeret in contrariũ, quæ est vt paternum officium sit dotare filiam, de qua in l. final. C. de dot. promiss.

Limitatur tertio in d. §. pater, ex mente Bart. nisi pater esset debitor mulieris: nam soluendo dotem, videtur fecisse animo compensandi, de hoc tamen separatim dicam, quando dicatur factum animo cõpensandi.

Limitatur quarto in filia inope, quæ aliunde viuere non posset Bal. in l. neque mater nume. 1. C. de iur. doti. commendat Ias. in §. fuerat. numero 104. de actio. Roland. consil. 54. numero 53. volumine secundo. Fortun. de vltim. fine iur. illatio. 9. Couarr. in epitom. de sponsal. par. secunda, capitulo octauo, sub numero vndecimo, column. secunda, circa medium, Paleott. de not. & spur. capitu. 49. numero 5. Tiraqu. ad l. si vnquam in verbo, susceperit liberos numero 50. C. de reuocan. donatio. & hæc est communis opinio Corasi. ad l. qui liberos numero 114. de ritu nuptiarum. Cordub. ad §. idem quæsiuit ff. de liber. agnoscend. numero 29. Lup. in capitu. per vestras not. 3. §. 23. numero 7. Gugliel. de Benedict. in cap. Rainutius in verbo dotem num. 44. in verbo Ardelasiam numero 126.

Declaratur, nisi esset verecundia tale exercitium facere Barto. in l. si quis ex liberis §. sed si filius, in fine ff. de liberis agnoscend. in tract. alimen. numero quartodecimo. Abb. in capitu. secundo, columna secunda, de conuersi. infidel. Calca. consi. 58. columna final. versicu. nec potest pater, Apostill. ad Tholosan. 77. Tiraquell. de nobilit. capit. 120. numero 100. Anto. Gabr. de Alim. conclusio. prima, numero 30. Caccialup. in repetitio. l. si qua illustris numero 93. C. ad Orfician. Bald. Nouell. in tract. de dot. pat. 6. priui. 16. colum. tertia, in fine, versicu. quod tamen in l. 1. numero 141. ff. solut. matrimon. sentit Dec. consi. 576. numero 3. qui non meretur reprehendi à Crauett. consil. 199. cum attendat dignitatem ipsius sp[illegible]ij Roland. consil. 54. in fine volumine 2.

Consideranda etiam sunt accidẽtia infirmitatis, quæ esse possunt, qualitas complexionis, & similia, de quibus per Crauett. pulchrè loquentem consi. 199.

Primam tamen opinionẽ quod teneatur dotare filiam spuriam, tenet Bartol. in l. final. numero septimo, ff. de his, quibus, vt indignat. qui re vera loquitur de posse, non de obligatione: eodẽ modo loquendi vtitur authenti. ex complex numero quarto, C. de incest. nupt. in l. final. §. si a socero numero secundo, in discursu illius quæstionis ff. quæ in fraud. credit. in l. Meuius §. duorum numero decimooctauo, ff. de lega. 2. qui vr̃ dissentire ab eo, quod dixit in §. si a socero. Abbas pariter loquens de posse in cap. cum haberet columna 2. in vltimo notabil. numero quinto. de eo, qui duxit in vxor. illam quam poll. per adulter. Mattesil. notabil. 146. vbi hoc commendat pro valdè singulari Abb. consilio 155. colum. prima, versic.

sed

sed his non obstantibus volumine secundo, Bertrand. consilio 219. columna final. versicu. quamuis, & ipse volumine primo, in nouis prępo sit. in d. capitu. cum haberet columna secunda, versicu. not. ex eo. text. Corsett. in singular. in verbo spurius 2. Ias. in authent. res quæ columna decima, sub numero 133. limitat. 7. C. commun. de successio. licet superius numero octauo, contrarium asseruerit Cassan. consilio 40. columna secunda, versicu. & quod stuprator. Cardinal. in capit. §. similiter, versicul. & etiam dicit de cap. Corrad. Laudens. in capitu lo primo, circa versicul. & tunc con sului, an apud iudic. Iacobin. in tra ctat. feud. versiculo, qui quidem, columna final. versiculo, sed restat pulchra. Cassan. in consuetud. Burgund. folio 299. colum. prima, versiculo, & aduerte, glos. pragmatic. sanction. folio 172. columna tertia, in fine. Bald. Nouell. in l. prima, numero 105. versiculo è cõtra aũt, vbi Bulgarin. numero 20. ff. solut. matrimon. & hæc est communis opinio Ripa. in dicta l. prima, numero 65. Ruin. consilio 104. columna 4. volumine 1. Ioan. Lup. ad capitu. per vestras in 3. notabil. §. 9. & §. 23 de donation. inter vir. & vxor. & magis communem dicit Anton. Gabr. de Aliment. conclusio. 1. nu. 14. in fine.

Addo benè loquentes, & de communi pariter attestantes, Ias. consilio. 24. alias 26. numero 4. volumi ne primo. Paul. Ghirland. de pœnis omnifar. coitus quæstio. secunda, numero nono. Pontan. de aliment. capitulo secundo, numero 13. Roderic. Soarez. in l. prima, titu. 6. libro tertio, fori Caccialup. ad l. si qua illustris numero 93. C. ad Orfician. & ita in practica seruatur Aretin. in l. prima, numero 7. ff. solut. mattimon. vbi Socin. senior, numero 45. Socin. iun. numero 181. Crot. numero 76. Camill. numero 116. Mainer. in l. in ambiguis, pro dotibus numero 18. de regul. iur. Ludou. Sard. de natural. libe. quęst. 4. Ioann. Lup. in cap. per vestras in tertio notab. §. nono, versicu. conclusio, numero 1. fol. 142. vbi sentit idem in filia incestuosa.

Ampliatur hæc conclusio, vt procedat, & locum habeat etiam in foro ciuili, & in terris ecclesiæ non subiectis, Bar. in dicta authen. ex complexu, numero secundo, Angel. Aretin. institut. de iur. natural. gent. & ciuil. numero nono, dicens se ita consuluisse cum multis amplissimis Doctoribus Baldus consilio 457. columna secunda, volum. 5. Abb. consilio 60. volumine 2. cõsilio 115. eodem volumine. Aretin. consilio 48. Alexander consilio 74. column. final. volumine secundo. Dec. in capitu. ecclesia sanctæ Mariæ numero 114. versic. secundus casus, de constitutio. in l. liberi col. penult. versiculo tertio etiam. numero vndecimo, C. de bon. possess. cont. tabul. Decis. consilio 311. numero quarto, consilio 576. in principio; melius, & clarius consilio 611. numero primo, & quarto. Aretinus in tract. de testamen. versicu. item reliquit l. spuriæ, attestans ita iudicatum in ciuitate Regij, Mattesilan. de successio. ab intestar. par. quarta, versicu. sequitur quarta species Soc. consil. 161. col. 1. in fi. vbi inquit ita omnes tenere. Curt. iun.

* consil.37.colum.fin.dicens opinionem canonistarum veriorem,& qđ ita iudicaret. Caccialup. in l.frater à fratre,colum.30.de condit.indeb. dicens hanc quæstionem occurrisse de facto, & quod Marian. Socin. & Thom.Dodus consuluerunt, quod sic. Paris.dicens hanc esse magis cõmunem opinionem consilio 64.columna secunda; volumine tertio. Roland. consilio 74. numero 47. volum.1.

Cui addo bene loquentes, Cap. decisi.164. Ioan.Orosium in l.1.§. ius naturale numero 19. ff.de iusti. & iur. Anton. Gomes.in l.9.Taur. numero 38. Mencaca. de successio. creat.§.20.numero 313. Anton.Padill. attestans de magis communi
* ad authent.res, quæ numero 65. C. commun.de successi.Paleot.de not. & spur.capi.47. circa principium, Dec.in capitu. in præsentia numero 29. vbi Bero. numero 213. de probatio. vbi discurrit, quod alio modo considerantur mali mores à iure ciuili, alio modo a iure canonico, & voluntaria paupertas non placet iuri ciuili, placet iuri canonico. pulchrè Ripa.in rubr. de verbor.obligatio. sub numero 58.attestans, nedum de cõmuni, sed quod
* ita seruatur in practica, in l. si vnquam quæstio.25. numero 68. C. de reuocan.donatio. attestans hanc
* esse communem opinionem,etiam de iure ciuili,Neuiz.Silu.Nuptial. libro 3.numero 27. Benintend.Decis. Bononiens. 22.sub numero 4.
* vbi pariter de communi attestatur, reprobata opinione Papiens. in libell.hæredit.ab intestat.in gl.multis superstitibus numero decimo septimo,Bald.Nouell. in repetitio. l.1.numero 108.ff.solut. matrimo. Guiliel. de Benedictis in capitulo Rainutius in verbo vxorem nomine Ardelasiam numero 123. Euerard. in loco de Aliment. ad dotem numero 4.Roland.consi.54. numero 54.libro secundo. Emilian.consilio 139. numero primo, Ferrar.in §.sed naturalia institutio. de iur.natural.gent.& ciuil.Mandell. consil.
* 44. dicens hanc esse communem opinionem Natt. consilio 108. nu. quarto. Ioann.dilect. libro primo, cautel.14.numero 13. Calcan.consilio 58. numero secundo. de communi Michael Graff. commun.opinion.§.legatum quæst.6. Benincas. de Paupert.quæst.8.speciali 3.contract.nu.7.

Ampliatur hæc conclusio in clerico, qui potest de redditibus suorũ beneficiorum dotare filiam spuriam, Abb. in capitulo primo, numero quarto,de cohabi.cler. & mulier.& in capitu.peruenit,in secundo notabil.de arbitr. vbi cum bona conscientia potest, Ias. in authenti. res, quæ, sub numero vndecimo, versiculo, & istud procedit etiam. Abb. in capitu.relat.il secondo,columna secunda,de testament. in capitu.ad hæc,in secundo not.eodem titul.in capitu.inquirendum,in vltimo not.de pecul.cleric. in capitulo coniugatus in vltima columna. de cleric.coniugat.in capitulo constitutus columna quarta, de reliq. dim. in capitulo in eos, in glos.nihil,de hæretic.in disputatio.Titius Anan in capitulo qualiter, & quando, il secondo, columa decimatertia.de accusat.Castrens.consil.295. Thom. secunda secundæ quæstione,185. art.5.in respon. ad 2.argu.

Aufrer.

Aufrer.ad Tholos.291. versicu. & idem dicendum de clerico Ias. in l. col.7. versi.vltim. quærit Barto.ff. solut.matrim.Campeg.de dot.part. 1.quæstio.23.Boer. decisi.129.numero octauo, Benincas.de Paupert. quęst.8.special.3.de contract.num. 20.Silu.nupt.lib.3.nume.27.Petr. de fideicommiss. quæst.8. sub num. 462.versicu. declaratur tamen. Io. Lup.in capitu.per vestras notab.3. §.23.nume.13. licet in fine numeri subsistat. Duenn.reg.366. ampliat. 1.nume.1.Cordub. ad §.idem quæsijt num.26.vbi & Theologos tenet & allegat, dummodo bona patrimonialia non habeat, vt ibi per eos.

Declara, dummodo dos constituta non excedat metam legitimam alimentorum Bartol. in authent.ex complexu nume.4. versicu. ex quo infero C.de incest.nupt. Abb.consi. 115.colum.1.versi. sed his non obstantibus volum.2. Bald.in l.neque mater nume.3.versic. ex hoc infero C.de iur.dot. vbi dat rationẽ quod datum ob causam regulatur ab ea l.final.ff.de exercitor. vbi Alber. & Angel.dicunt, quod si spurio relinquatur pro alimentis magnum potere, regulatur, & restringitur ad necessariam condecentiam, sic in dote dicendum est Iacobin. in feud. in verbo qui quidem inuestiti col. final.versic. sed restat vna pulchra, Curt.iun.consil.37. in fi. Cassan.in consuetudin.Burgund.fol.299.col. 3.versic. & aduerte Bulgarin.in l.1. versicu.sed hoc secundo loco nume. 20.ff.solut.matrimo.Ant.Gabri.de alimen.conclu.1.num.15.

Addo Bald.consil.267. colum.2. volumin.1.457.colum.2.volum.5. Ias.cons.26.colum.3.volum.1. Veronens. cautel.38. in nona cautela ibi posita Ioan.dilect.de arte testan. libro 1. cautel.14. numero 13.Nicola.de Vbal.in tractat. de successi. ab intesta.par.1. num.50. Roderic. Soarez.l.1.titu.6. lib.3. fori Boer. decis.127.sub num.6.Gugliel.de Benedict.in capit.Rainutius in verbo vxorem nomine Adelasiam num. 126.Mattesilan.in tract de success. ab intestat.in 3.memb.articu.1.numero 18.Cifuentes.in l.9. Tauri n. 10.Cassan in cõsuetudine Burgun. tit.des successionis rubri.8.§.3. nu. 11.fol.285.Caccialup. in repetitio. l.si qua illustris num.91.C.ad Orfician.Duenn.regu.366.sub num.3. versicu.quod est verum,& facit textus in l.si filiæ ff. de legat. 3. melior textus in l.quæro cum l.sequen. ff. de iur.dot.Pere.de fideicomm.quęs. 8.sub numero 4462.lim.1.

Declaratur hoc, vt constante matrimonio dos data filiæ spuriæ non possit ab ea auferri quia habet titulo oneroso, sed post quam est reuersa ad filiam spuriam per matrimonium solutum; aufertur ab ea per hæredes patris dotantis, Barto.in l. fin.§.si a socero ff.quæ in fraud.creditor.vbi loquitur in spuria maritata à clerico: & sentire videtur consi. 119. circa principium Campeg. de dot.par.1.quæst.48.Angel.Aretin. in §.si res aliena colum 2.de leg.in §.item si quis in fraudem colum 3. instit.de actio.Alexand.consil.153. colum.3. in fine lib.7. Abb. consil. 115.colum.2. volum.2. & hanc dicit magis communem Bertrand. consil.54.volum.2.Bald. Nouell.de dot.par.6. priuileg. 16. & communem dicit Alexan.in l.hæreditas C. de his quibus indign.cons.73. alias

74.nume.3.volum.3. Burbond.de public.concubin.fol.318.num. 28. versicu. ego autem puto, Michael. Crass.§.legatum quæst.6.sub num. 2.vbi dixit communem, Petr. de fideicommiss.quæst.8.num.464.

Declaratur hæc conclusio, vt nõ auferatur mortuo viro a spuria nupta tota & integra dos data, sed excessus tantum Couarru.in Epitom. de sponsa.pat 2.cap.8. numero 12. clemen.de patr.potest.effect.11.nu. 10.& hæc est communis opinio Io. Lup.in cap.per vestras notabil.3.§. 24.sub num.3.

Subdeclara, aut maritus ignorabat filiam esse spuriam, & tunc declaratio procedit, vt mortuo marito expectetur repetitio excessus: aut maritus sciebat vxorẽ esse spuriã, & tunc, etiam constante matrimonio repeti poterit excessus. Io.Lup. in d.§. 24.colum.3. circa medium versic.ego credo, ea ratione, quia, si non valuit ab initio constitutio, talis excessus nec ex post facto conualescet regul. non firmatur libro 6. idem tenet Nicol. de Vbald de success.ab intest. in 4. specie filiorum column.6.Cuman.in l.final. ff.quæ in fraud.credit.Ripa.in l.1.numero 68.ff.solut. matrim. Duenn. regul. 365.nu.5.Veronen.caut.38. in nona cautel.Durant.de arte testan.lib. 1.caut. 14.num.13.Benintend. dec. 22.num.6.

Et videtur etiam de iure, quod dos excessiua moderanda est. Castr. in l.1.C.de inoffic.dot.

Ampliatur subdeclaratio prædicta, vt, si mortuo marito possederit excessiuam dotem per annos triginta, adhuc competit repetitio hæredibus patris dotantis filiam spuriam Bartol.consi.119.Ioan.Lup.in cap. per vestras notab.3.§.22.nume. 6. Paleott.dicens communem de not. & spur.cap.51.vbi limitat, nisi filia spuria crederet se legitimam, vel legitimam, nam tunc tali longissimo tempore præscriberet, ex Fel.in ca. de quarta nume.26. de præscriptio. quamuis Alex. aliter teneat consil. 74.volum.3.

Declaratur vlterius, prædicta vt habeant locum in patre naturali, qui, coactus à superiore dotet filiã spuriam: tunc enim datur repetitio, soluto matrimonio, modo prædicto. Si vero pater filiæ legaret dotẽ, vel inter viuos donaret, hoc expresso, vt transeat ad filios spuriæ; vtique transibit, nec repetetur ab hæredibus dotantib Barto. in l.fin. column.2.ff.de his, quib. vt indig. Veronens.caute.38.in nona cautel. Ioan.Lup.in cap per vestras notab. 3.§.24.sub nume.7.Paleott.de not. & spur.cap.51.num.6.Ripa.in l.1. num.69.ff.solut.matrim.Beninten. decis.22.num.6.

Et hæc cautela vera est, etiam stãte legitima sobole in patre dotante, vt deducit Capic.decis.181.num.5. vt per eum.

Declaratur vlterius in lucro statuti de vxore præmoriente sine liberis, non procedit etiam in dote data filiæ spuriæ Bal.Nouell.de dot. par.6.priuileg.16.colum.3. Craue. consil.186. colum.final. Roland.de Lucr.dot.quæst.94.& consi.74.nu. 65.volum.1.vbi subdeclarat, quando fundus esset datus in dotem: secus, si fructus, quia tunc morte finiuntur, nec statuto locus erit. Et alimenta, quæ dantur causa miserationis, non regulantur secundum digni-

dignitatem, sed secundum necessitatem viuentis, Bald. in l. si maritus ff. solut. matrim. Roland. consil. 74. num. 41. volum. 1. Rota Bononiensis 22. numero 8. Ioan. Lup. in cap. per vestras notab. 3. §. 24. numero 3. vbi hoc valde commendat Cord. ad l. si quis ex liberis § idem quæsiuit num. 54. de liber. agnosc. reiecta opinione aliorum contrarium tenentium.

Et prædictis addo Boer. dec. 127. quod spuriæ principum dotari possunt ab eis, & vsque ad dotem moderatam tenentur cōtribuere subditi, dummodo filia non sit incestuosa Ioan. Lup. in cap per vestras not. 3. §. 9. versi. conclusio nu. 1. fol. 142. dicit tamen Angel. §. quod vero authen. quibus mod. natural. effic. sui, vnum notabile verbum, si verum est, quod spuria nupta viro, efficitur legitima, quia capacitas viri extenditur ad vxorem Bal. in l. si quis versic. & si filiam C. de natur. liber. dixit singulare Dec. in l. fœminæ n. 8. de regu. iur. Marsil. sing. 501. Are. in §. fin. num. 2. de nupt. bon. de nobilit. par. 3. num. 191. Cessan. in cōsuetud. Burgun. de successio. bastardorum, § 3. num. 17. Grammat. ver. 4. num. 20. Prob. ad Monach. in Clement. 15. qui num. 9. de sepultu. lib. 6. sed non credo verum, & quilibet maritaret spurias suas legitimis ad istum effectum, & textus in § quod vero, loquitur, in curiale, qui erat priuilegiatus in legitimationibus faciendis.

Declaratur vlterius, vt teneatur pater naturalis, si aliunde se dotare non possit filia, alias secus, Ludoui. Molin. libro 4. de hispan. primoge. cap. 6. num. 19. Alciat. respons. 19. n. 10. Menoch. libro quarto, præsump. 189. num. 25.

QVAESTIO XII.

Dispositio eiusdem legis fin. an locum habeat in filia emancipata.

SED numquid dispositio l. fi. C. de dot. promissio. habebit locū in filia emancipata?

Et videbatur, quòd non; quia per emācipationem soluitur patria potestas § præterea, institu. quibus mod. ius patr. potestat. soluitur l. cū in adoptiuis versicu. si verò C. de adoptio. Paris. cons. 53. numero 39. volum. 1.

Et hæc conclusio, ampliando, vera est, vt non solum filius emancipatus liberetur a patria pot. sed nepotes ex eo ita gl. in d. §. præterea, in verbo, liberi, quam ibi Aretin. sequitur.

Et ad prædicta facit, quod emancipatio morti æquiparatur Bald. Nouell. de dot. par. 7. priuileg. 34. nu. 7.

Pro cōtraria parte facit, quod filij emancipati debent habere legitimam & alimenta à patre l. cum ratio C. de boni. damnat. l. eas obligationes, l. legatum, ff. de capit. dimin. l. si quis à liberis, in princip. ff de liber. agnoscend. tradit. Bald. in l. vni. colum. 4 C. quando non peten. par. facit tex. in l. iura sanguinis ff. de regul. iur. l. ius agnationis ff. de pact. §. sed naturalia instit. de iur. natura. gent. & ciuil. & in simili arguit Roman. consil. 179. amplissime Doct. latè Mantua. sing. 562.

Et hanc opinionem tenent omnes in l. 1. ff. solut. matrimo. vbi Ripa. num. 87 versic. secundo amplia.

Soc.iun.nu.166.Bolognet.nu.109. versi.secundo ampliatur.

Et est ratio, quia, licet emancipatione soluatur patria potestas, vt diximus; tamen remanent reliquiæ quædam patriæ potestatis, puta reuerentia, ius sanguinis, & similia, maxime naturam respicientia Angel.in tract.de Suita.quæstio.10.n.14.Ias.in l.quod dicitur nume.34. de verbor.oblig. vnde filius emancipatus non potest vocare in ius sine venia l.final. C.de in ius vocan.dec. in l.in potestate C.eod.tit. Socin.in l.sicut num.7.C.eod.clemen.de patria potestat. capitu.6. effect.3.numero 4.

Et vltra scribentes in d.l.1.ff.solut.matrim.addo Signor. consi.88. Bald.Nouell.de dot.par.6.priuileg. 5.& 26. Campegg.de dot. par.1.q. 26.& est communis opinio Boer. deois.131.num.6.clemen.de patria potesta.cap.vlt.sub num.89. versic. vnde etiam: & ex his patet responsio ad contraria, & clarè hoc firmat textus in d.l.final.ibi, vel fortè emancipatus Benincas. de paupert. quæst.8.priuileg.3. contract. nu.9.

QVAESTIO XIII.

Dispositio eiusdem legis fin. an locum habeat in filia vidua, quæ secunda vice nubit.

SED numquid dispositio l.final. C.de dot. promissio. habet locũ in filia vidua, quæ secundo loco nubit? & pro resolutione huius quæstionis considerandi sunt duo casus principales: primus est ad hoc: an pater teneatur iterum dotare filiã: secundus est casus, an dispositio l. fin. C.de dotis promissio. procedat in vidua iterum nubente.

Ad primum videtur distinguendum, aut sumus in dispositione legis, aut hominis.

Primo casu plures sunt conclusiones.

Prima sit conclusio, si filia per patrem nuptui tradita, dotem amittat eius culpa, & defectu, pater non tenetur amplius dotare, nec in primo, nec in secũdo, vel vlteriori matrimonio. Alexand.post alios in l.si cum dotem §.1.numero 6.ff.solut. matrim.vbi Barto.num.2.Castren. num.6.Socin.num.15.Aret.nume. 12.qui ait hanc esse communẽ opinionem Castrens. in auth. quod locum, nume.4.vbi Ias.nume.7.C.de collatio.per illum textum, ibi, siue mulieri possit imputari, & l.etiam §.1.ff.solut.matrim. Calcan.consil. 20.colum.1.versic. secunda limitatio Socin.consil.100.lib.2. Ias. in §. fuerat nu.135.de actio.Ioann.Lup. in cap.per vestras notab.3.§. final. nume.6. Coras.ad l.qui liberos nu. 94 de rit.nupt.Cur.iun.ad authen. res quæ num.11.C.communi.de legat.Boer.quæst.131.num.5. Ludo. Molin.lib.2.cap.16.num.23. Cord. ad l.si quis ex liberis §.idem iudex num.22.de liber.agnoscend. Campegg.de dot.part.3.quæst.26. Cast. consi.80.libro 1.Menoch.de arbitr. cas.182.num.57. & de præsumptio. lib.4.præsumpt.192. num.11.licet confusè loquatur: & hæc est cõmunis opinio Gozad.consil.92.nume. 3.vbi, nec ex bonis fideicommissi Curt.iun.consi.59.num,3. Petra de fideicommiss.quæstio.8.num.457. Bal.nouell.par.6.priu.5.& 16.Dec. in l.iura sanguinis num.3. de regu. iur.

iur.Boer.deci.131.num.5. Peregrin. de fideicomm.attic.42.num.11.

Licet Doctores transeant communiter cum ista opinione; tamen rectè considerando materiam authen.quod locum; non videtur cócludenter probare hanc conclusionem: ibi enim dicitur, quod in tribus casibus filia dicitur in dote exigenda: primus, si pater consentit, vt dotem exigeret. ergo, si pater nó consentit; non dicitur in culpa, & sic hic primus casus non excludit absolutè: quid enim si pater nó cósentiat? secundus est casus in dote aduentitia, de qua non loquimur, cum l. final.de qua agimus, tractet de dote à patre profecta. Tertius casus est in dote profectitia, sed magna, ergo in alijs excluditur, & sic ille textus non videtur generaliter, & concludenter probare.

Ampliatur, siue filia consumpserit dolo, vel culpa, siue lata, siue leuis: secus, si leuissima sit. Campeg. de communi de dot par.1. quæstio. 15.in fi.

Limitatur tamen hæc prima cóclusio in casu l.si cum dotem § 1.ff. solut.matrim.videlicet, quando dos fuisset soluta ipsi filiæ, sine consensu patris: quia, licet filia consumpsisset dotem dolo, & culpa sua; tamèn pater tenetur adhuc ipsam redotare, & quia non agitur de præiudicio ipsius, cum habeat regressum contra maritum, vt not.in dict §.1. Campeg.de dot.par.1.quæst.15.

Secunda sit conclusio, si dos sit perdita sine culpa mulieris; tunc pater tenetur iterum dotare, quia officium paternum est, non solum dotare, sed cóseruare authent. sed quãuis C.de rei vxor.action.Bald.in l.fi. num.8. C.de dot.promissio. Angel. in l.pater filiæ ff.de euict.

Amplia, siue filia sit in potestate, siue sui iuris, §. preterea in princ.de æqualit.dot.

Amplia secundo, vt istud onus transeat etiam ad hæredes Areti. in §.fuerat nume.57.de actio. vbi valde commendat, declarãdo, vt suo loco dicam.

Limita, vt teneatur iterum dotare, transeundo ad secũda vota: secus durante primo matrimonio, quod sine dote stare potest, ita declarat Ias.ad authent.quod locum nũm.7. C.de collatio. dicens sic intelligendam glos.in hac l final.vbi Bald.nu. 8.C.de dot.promissio.

Facit, quod pater non tenetur iterum dare legitimam filio, si eam ludendo, vel alias luxuriosè consumpsit: secus, si casu, & sine sua culpa consumpsit Bart.in l.si cum dotem §.1.ff.solut.Bal.in l.1.§.ius naturale ff.de iust.& iur. Cin.in l.pactum C. de collatio.Bald.in authen.ex testamento, in authen.quod locum, eod. titu.in authent.si captiui, in fi.C.de episc.& cleri.in l.scimus quæstio.6. C de inoffi.testamen.in l.filiæ C. famil. hercíscund. in authent. contra rogatus C.ad Trebell. Fabia.ad authent.nouissima n.265.vbi Cucch. fol.136. Orosci.ad l.si arrogator n. 112.ff.de adoptio.Pau.de Monte in l.in quartam num.fin. ff.ad l.falcid.

Tenetur tamen filio dissipatori ad alimenta non iuxta conditioné, sed iuxta indigentiam tantùm, & hæc est verior, & magis communis opinio Iacob. ab Arcua. in l.libertus qui operas ff.de oper. liber.in l. imperator ff.ad Trebell. Bal. in l.1. §.ius naturale nu.7. ff.de iust. & iu. in l.2.

in l.2.§.quod si in patris super glo. 1.ff.solu.matrim.in authen. si capt. in fi.C.de episc.& cleric. Castren.in d.l.si cum dotem §.1.num.7. ff.sol. matrim.Barbac.in capit.ex parte 3. de consuetu.Marsil.singu.104.Roman. ad authent.quod locum C.de collatio.Bal.Nouel.in repetitio.l.2. §.1.ff.solut.matrim.& ibi Vincent. num.19.Benintend.decis.22.num. 4.Mattesil. notab.148. Gugliel.de Benedict.in cap.Rainutius, in verbo,in eo testamento 1.de testamen. num.222.Gomes.Arias.in l.8.Tauri.nume.36. Castill. in l.10.Tauri. par.en Cato,Lambertin.de iur. patron.lib.3.quæst.3. principali, arti. 6 num.13.Rauenn.singul.44.Mantua.consil.13.nume.4.Ruin.consil. 144.num.14 lib.5.Menchiac.quęst. illust.lib.1. capit.35. num.14.licet Cordub. ad l.si quis ex liberis §.idē iudex num.19. contrarium per plures rationes tueatur.

Et licet alimenta, quæ sunt loco legitimæ transmittantur ad hæredes Roderic.ad l.9.titu.6.lib.3 fori Didac.in epitom. de sponsal. pat.2. cap.8.§.6.nume.15.tamen ista quæ subrogantur filio prodigo, & legitimę dissipatori,non transmittuntur ad hæredes Anton. Cucch.de legit. fol.136.versa pag.

Tertia sit conclusio , quando sumus in dispositione hominis fit interpretatio de prima vice tantum, vnde pactū initum inter socios de dotāda filia,de bonis communibus, nō intelligitur semper vel quotiēs opus fuerit, sed de prima vice tantum.l.si socius,vbi Fulgos.nume.6. dicit singulariter notandum ff. pro Socio.commendat Luc.de Penn. in l.si quis decurio colum.2. versi. idē videmus C.de decurion.lib.10.Ancar.consil.404.colum.3.versic.facit l.si socius Ias. dicens singulare in l. duobus §.si ei qui,num.5.versic.tertio facit de iur.iurand.in l.diuortio §.quod in anno num.13. versic.pro confirmatione ff.solut.matrim. vbi dicit illum tex.singularem, & paucis notum,in l.inter stipulantem §. sacram sub num.27.ff.de verb.obli. vbi pariter appellat valde notabilē consi.36 colum.vlt.lib.3. vbi illum text.appellat solemnem Tiraquell. ad l.boues §. hoc serua in princ.nu. 10.& limit.9.num.4. pulchrè & latè Socin.consi.291.colum.5. lib.2. vbi benè loquitur Petr. de Vbal. de duob.frat.par.6.quæstio.10. facit l. cum pater.§.pater certam ff. de leg. 2.l.dotis promissio. l.stipulatio. de dote ff.de iur. dot. l.matrimonij ff. qui & à quibus Campegg. de dot. par.3.quæst.16,Menoc.de præsum. quæst.49.num.19.Benincas.de paupert.quæstio.3. special.3. contract. num.14.

Ex prædictis postea infertur ad aliud principale caput huius propositæ quæstionis:cum enim pater secundo viro dotem dederit,ad quam de iure non tenebatur, iuxta tamē conclusiones superius propositas non videtur dedisse animo compensandi cum prima dote,ita Alexand. in l.huiusmodi §. cum pater nu.7. ff.de lega.1.dicens Imol.hanc quæstionem reliquisse indecisam,& allegat Alexand. ad hoc l.creditorem & l.cum quidam vxori de legat.2. quæ iura satis benè probare videntur: & idem tenet Socin.sen. consil. 100.num.7.versicu.& maximè.lib. 3.Soc.iun.consil.79.num.85.lib.3. sed vt veritas magis appareat, subnectam

nectam aliquas vtiles resolutiones.

Conclusio igitur sit, si pater aliquid relinquat filiæ cui dotem dare debebat, videtur fecisse animo cõpensandi, vt not. in l. qui libetos ff. de ritu nupt. in l. obligamur §. lege ff. de actio. & oblig. Sebast. Medi. de compensatio. par. 1. quæst. 17. nu. 7. & communem dicit Alexand. in l. huiusmodi, §. cum pater num. 3. vbi Ias. num. 8. de legat. 1. in l. fi. num. 2. C. de legat. Soc. reg. 232. alias 349. Pater. eandem communem dicit Campegg. de dot. par. 3. quæst. 100. Paris. consil. 95. nume. 38. volum. 2. communem etiam dicit Ruin. cõsi. 138. num. 3. lib. 4. Cephal. consi. 84. num. 9. consi. 486. num. 12. libro 4. Crass. in §. legatum quæst. 42. num. 6. Alciat. in l. Gallus §. quodam recte, num. 3. de liber. & posth. Manti. lib. 10. tit. 2 num. 5.

Ampliatur hæc conclusio multo magis, si cum obligatione legali cõcurreret etiam promissio, prout in casu l. huiusmodi §. cum pater ff. de legat. 2.

Ampliatur secundo, etiam in dote recuperata conseruanda, iuxta l. si cum dotem §. si pater, vbi Alexan. num. 4. ff. solut. matrim. iuncta authent. sed quãuis C. de rei vxor. act. Bald. in authent. res quæ, colum. 2. C. commu. de legat. Soci. sen. consil. 75. num. 7. versi. sed aduertendum, lib. 1. Ias. in authent. præterea, num. 19. vbi Dec. num. 11. C. vnde vir. & vxor. vbi Curt. iun. num. 20. Parisi. consi. 95. num. 38. lib. 2. Boui. de statut. glos. 21. num. 46.

Sub ampliatur hæc ampliatio, vt si egit ad dotem contra hæredem patris exigentis, & eam exegit, & plus sit in dote, quã in legato, vel ei æqui polleat, non possit amplius exigere legatum: si vero plus sit in legato, quam in dote; illud plus consequetur actione ex testamento l. Titia §. qui inuita ff. de legat. 2. Afflict. dec. 44. num. 9. & 17.

Sed pone, quod filia nolit legatũ factum animo compensandi, dotem a patre exactam, sed velit præcisè dotem suam; poteritne maritus agere quodammodo pro conseruatione suæ indemnitatis? Et primo videbatur, quod non, quia eius contemplatione non est factum l. fideicommissa §. interdum ff. de leg. 3. pro contraria parte facit, quia ad legatum agit, cuius interesse principaliter agitur l. seruo legato. §. si testator ff. de legat. 1. veritas est quod filia recusante, non agit maritus ad legatum, sed succurritur ei per conditionem indebiti, contra hæredem patris, qui dotem exegit ui per Castrens. post glo. in d. §. qui inuita vbi subdit, quod filia potest recusare legatum factum animo compensandi, & agere præcisè ad dotem.

Et notabilis est textus in d. §. qui inuita, qui consulit doti: si enim dos æquiualet, vel est plus legato, debet mulier esse contenta dote petita, si in dote est minus, & in legato plus petit dotem, & illud plus quod est in legato actione ex testamento.

Sub ampliatur secundo hæc secunda ampliatio, vt possit filia, cui factum est legatum animo compensandi, relinquere, & omittere legatum, & nihilominus agere ad dotẽ non cõtra hæredes pro portionibus hæreditarijs iuxta l. pro hæreditarijs C. de hæred. actio. sed solum, & in solidum hæredem grauatum ad legatum: textus est singularis in l. cum

ab

ab vno in princip. ff.de legat. 2. vbi Barto.dicit esse casum valde singularẽ fauore dotis, & hunc esse communem sensum ad illum textum: singularem quoque fauore pariter dotis dixit idem Bart. in l.pro hæreditarijs, in quinto casu glos.C.de hę reditatijs actio. vbi pariter attestatur hunc esse communem sensum Ias.in l.debitorum nu.8. C. de pact. Castr. in l.seruo legato §. si testator num.1.ff.de legat. 1.

Ampliatur tertio in socero, vel marito, qui dotem iam receperunt legantibus: num & in his præsumitur animus compensandi l. 2. ff. de dot.præleg. contrarium videtur in l.vnic.§.primum C. de rei vxor.act. vbi Sali. post Din.rationem reddit, quia est debitor proprio facto, & contractu, non iuris dispositione.

Ampliatur quarto, vt nec conferre teneatur, Barto.in l.cum pater §.pater filiæ num.2.ff.de legat.2. dixit singulare Alexand. ad Bartol. in l.titia §.quæ in vita ff.de leg.2.

Declarando hoc modo videlicet, aut legatum dotis soluitur in vita, per testatorem legantem, & tunc non confertur, aut confertur in tẽpus mortis,& tunc non confertur: ita sentit Ias. in l.filiæ dotem sub n. 3. C.de collat. in l.filia legatorũ C. de legat.nume.5.dicens hoc esse dictum Bald.singularissimum, quod ita saluari potest à multorum impugnationibus, & si rectè inspiciatur, ita sentit Bart.in d.§.pater filię, licet re vera Dec.in d.l.filiæ dotem, dicat, quod solutio in vita est subrogatum, & implementum legati ad fauorem mulieris, quod non debet retorqueri in odium.

Ampliatur quarto, scilicet quãdo pater primò fecit legatum filiæ, & deinde dotem ei numerauit nam hæc numeratio dicitur facta in cõpensationem,& implementum pręcedentis legati l.filia legatorum C. de legat. l.Lucius, la 1.ff. de legat.2. Corn.consi.30.nume.2. lib.4.Ruin. consi.82.nu.7.lib.2. cons 38. nu.9. lib.4.Socin.iun.cons.79 nume.18. lib.3.Phanucc.de Lucr.dot. glos.8. num.801. Campegg. de dot.par.3. quæst.37. Vrsil.ad afflict. 275.n.5. Subampliatur, dispositio l.filiæ legatorum, etiamsi tempore legati filia nupta reperiretur Tiraq.de cau. cess.limit.18. Imol.ad l.sed hoc ita, ff.de verbo.oblig.Crau.cons.167.n. 6.de magis communi Borgn.de vsu fruct.num.196.

Subampliatur secundo, etiamsi post testamẽtum soluisset, sed post, sciens in codicillis legatum confirmasset, in casu Mago. Rota Luca. 28. vbi multo magis si, vt pro alio obligatus, soluit.

Ex prædictis inferuntur duæ notabiles limitationes ad regulam l. rem legatam ff. de adimend. legat. vt legatum nõ censeatur ademptũ, nec reuocatum per alienationem necessariam.

Declaratur id verum, primo in necessitate rei familiaris, vt pro debitis tributis soluendis, vel pro alimentis, & similibus: secus, si alienatio fiat ex necessitate legati, vt in patre alienante legatum pro dotanda filia, qui necessitate legis dotare tenętur, vt in hac l.fin. ita pulchrè Alber. in l.filia legatorum vbi Ias. valde commendat C. de legat. pulchre Bero.quæst.9. num.3. Ias.in l. Lucius col.6.circa medium, versic. ego autem, licet ibi nume.27. in fi.

con-

contrarium teneat ff. de vulgar. & pupil. Cephal. consi. 84. num. 74. & 78. lib. 1.

Secundo non procedit, quando alienatio ex causa necessaria fieret in eundem net legatarium. ita Alb. in d. l. filia legatorum, in princip. vbi Ias. valde commendat Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 168. num. 36. propè finem. Addo Bald. consi. 163. num. 1. lib. 5. Rui. consi. 223. num. 4. lib. 1. latè Crauet. consi. 784. Mantic. lib. 1. titu. 6. nume. 18.

Declaratur hæc materia l. filia legatorum, vt procedat in specie, quę si primo legetur, postea in dotem detur, intelligitur de eadem specie prius legata: & rō est, quia legatum speciei non est multiplicabile l. Lucius. §. impuberem, vbi bonus text. ff. de legat. 2. l. planè §. 1. ff. de legat. 1. & hæc est communis opinio, vt dicit ibi Ias. nume. 8. vbi Zasi. subdit ita sine dubio tenendum. Hanc etiã dicit communem Gomes. vari. reso lut. tom. 1. cap. vlt. num. 38. Mich. Crass. in §. legatum quæstio. 60. col. 2. in fi. versic. secundo casu.

Declaratur secundò, vt procedat, & habeat locum in legato quantitatis, Bartol. & Bald. in l. si cum dotem §. si pater ff. soluto matrimon. in l. si pater §. filia ff. de collatio. do. Bald. consil. 58. num. 2. volum. 2. & hanc dicit communem Corn. consi. 257. numero 20. libro 1. dicens, ab ea, in iudicando, & consulendo non esse recedendum. latè Socin. consil. 93. numero 23. volum. 1. dicens ita responsum a celeberrimis Doctotibus, nec ab eorum opinione in iudicando, & consulendo, recedendũ, Didac. in capit. officij, sub numero secundo, versi. est igitur receptum, de testam. Mantic. de coniect. vlti. volun. libro 10. titu. secundo, num. 8. vbi limitat, nisi ex coniectura ta mente testatoris appareat, vt etiam de specie ad quantitatem fiat compensatio, ex Purpura. consilio 400. num. 6.

Aut igitur sumus in meris speciebus, & non fiant in quantitate, & specie, & pariter non fit compen satio: aut sumus in mera quantitate, & fit compensatio. Addo vltra Mantic. Aretin. consilio 902. Natt. cons. 109. numero 12. consilio 111. numero octauo, volum. 1. Sebast. Medic. de compensat. par. 1. quæst. 3. num. 2.

Declaratur secundò, vt procedat, quando in legato est expressa causa, puta, pro dote: tunc numeratio sequens extinguit legatum, secus, si legatum non haberet causam, sed esset simpliciter factum, nulla expressa causa, tunc vnum non venit ad implementum alterius, sed ambo debentur: ita Bartol. in dicta l. filia legatorum per l. quingenta ff. de probat.

Contrarium tenent ibi communiter omnes alij; ea ratione: cum enim pater cogatur a lege dotare filiam, vt sæpius dictum est, legando simpliciter, præsumitur pro dote, vti in debitum necessarium l. quod autem, & ibi Bart. & l. tali, ff. de iur. dotal. Castrens. in Titio centum §. Titio genero, nume. 9. ff. de conditio. & demonstrat. dicens hoc perpetuo memoriæ tenendum Alexander in l. huiusmodi §. cum pater numero tertio, de legatis secundo. Ruin. consilio 224. numero 10. lib. 1. & hæc est cõmunis opinio, Ruin. cons. 138. numero 3. lib. 4. Cephal. consi.

ibi not. per Doct. colligitur hæc notabilis resolutio pro opinione Crauett. contra Corne. quod quando causa originalis, & primæua est lucratiua, prout testamentum in casu nostro; attenditur causa originalis, iuxta l. qui id quod, vbi Alberi. col. final. in princip. vel actus potest valere secundum causam primam, & secundam, tunc semper prima attéditur, vt in casu nostro: vel causa secunda habet dependétiam a prima. & tunc prima attenditur, vt per Bald. in d. l. si filius C. ad Macedoniam, in prima oppositio. prout pariter in casu isto, quia aditio hæreditatis pendet ex testamento, meritò testamentum attendi debet, non voluntaria aditio hæreditatis: & à primordio tituli posterior formatur euentus l. vnic. de imponend. lucrat. descript. libro 10. bonus textus in l. si hęres in princip. in verbo ex testamento ff. de actio. empt. vbi ad accessoria contractus, se extendit actio ex testamento.

Accedit vlterius alia ratio, quod faciens ex persona defuncti, quod euitare non poterit, dicitur à defuncto, non ab hærede procedere l. adoptionum §. 1. ff. de iur. dot. Barba. in rubr. de rebus eccles. non alienand. colum. 66. versicu. ex istis sequitur, & in cap. literis col. 2. de rescri.

Dispositio eadem an locum habebit etiam in matrimonio spirituali in patre dotem promittente filiæ monasterium ingredienti.

SED numquid dispositio d. l.final.C.de dot. promissi. habebit locum, etiam matrimonio spirituali in patre ponente filiam in monasterio,& dotem promittente?

Et videbatur non habere locum, cum dispositio d.l.final. sit exorbitãs a iure communi,merito restringenda,nec amplianda ad matrimonium spirituale, ex his, quæ diximus superius quæst.5.

Contrarium est verius, vt per Bal.in d l.final.num.5. per not. per Bartol.in l.1. §. si parens ff. si quis à paren. fuerit manumiss. sequitur Alex.consi.139.num 8. lib.2.commendat pro singulari Euerar.in loco à matrimon.carnal.ad spirituale num 4.Benincas.de pauper. quæst. 8.in contract.special. 3.nume.15.& special. 10.nu.21.

Pro qua opinione facit, quod si testator legauit mille mulieri,si nupserit,eadem mille debentur si religionem ingressa fuerit.Fulg.consi. 53.colum.1.versic. rursum, & tertio Socin.in l.mulieri, & Titio nu. 12.versic.item in virgine ff.de conditio.& demonstr.& hæc est magis communis opinio, Ias.in authen.si qua mulier num.11.C.de sacrosan. eccles. Didac.varia.resol.lib.1.cap. 19 n.9. Iacob.Menoch.de præsum.

dispositioni d.l.fin. C.de dot.prom. in quietatione de bonis paternis, maternis, & similibus Afflict.dec. 178.nu.13.Paris.cons.80.nu.3.

Contrarium tenet Ruin. in l.1. numero 136. vbi Soc.iun.nu.174. & 178.Hercul.nume.24. Ripa.nu. 93. ff.soluto matrimonio, pulchrè Crauett.consi.84. Vrsil.ad Afflict. dict.decisi. vbi reprehendit Afflict. & Paris.contrarium tenentes, & in decis.179.num.3.in fi. vbi limitat, si eo tempore habebat bona materna,& alia quibus renunciabat,alias nihil operatur. ex Dec.consil.379. & consi.181.

Nec obstat ratio Ancar. quia in * contrarium est communis opinio, Imol. in l. qui superstites col.1. de acquir.hæred.Dominic. in d.capit. quamuis colum.3. versi. quid si filia. Georg.Nat.limitat.5.Alexand. in d.stipulatio hoc modo concepta nume.9.de verbor.obligat.Bero.in cap.in præsentia num.177. de probat.Didac.in d.cap.quamuis,par.3. §.2.sub numero 2.& adde quæ dixi quæst.9.in fi. Est quæstio frequentissima, quia huiusmodi renunciationes passim fiunt. si igitur filia diues sit,& multa habeat bona,& materna,& fraterna,& similia, si à patre dotatur, præsumitur de bonis paternis dotata, & hæc est vera, & * magis communis opinio, Parisien. consil.29.num.61.volum.3.Socin. consi.57.num.3.volum.4.licet contrarium tenuerit Bart. in l.mulier. §.cum proponeretur nume.3. ff.ad trebellian. & de communi pariter contra Bartol. attestatur clementi. de Patria potest.capit.4.effect.11. num.14.

Et hoc est adeo verum,vt procedat, etiam stante renunciatione filiæ, vt dictum est.

QVAESTIO XX.

Filiæ iam maritatæ, post matrimonium contractum, ei dotem promisit pater, an hoc casu promisisse præsumatur de bonis propriis.

QVÆRO, filia est iam maritata,tamen post matrimoniũ iam contractum, ei dotẽ promisit; numquid isto casu præsumetur promisisse de bonis proprijs ipsius patris? & vtique sic respondit Paris.consil.180.nume.quinto, vol.3.

Nuptæ enim filiæ pater dotem dare tenetur, siue dos fuerit promissa, siue non: & promittendo, de suo dare præsumitur, ex dispositione l.fin. C.de dot. promissi.Bal.Nouel.de dot. par.6.priu. 16.n.8. vbi loquitur in maritomet dotante.

Ampliatur primo, si cum patris consensu nubat, vt per Rip. in l.1. n.56.in primo casu ff.sol.matr.filia enim nupta solet à marito sperni, & potest à marito expelli,si non habet dotem,l.fin. C.ad Velleian.glo. notabilis in §.fi.in verbo onera.authen.de non eligend.secund.nubentes Ias.in § fuerat nu.98. institu.de action. Bald.reputans eam glo.singularem, & mente tenendam in ca. quemadmodum nume.8. vers. vlt. scias, de iur.iuran. vbi nec eam,nec seruientes ei alere tenetur, eandem gl. commendat Bal. in l.fi.n.1.C.ad Velle.in l.quod in vxorem nu.1.C. de nego.gest. in l.si donaturus ff.de cond.ob caus.Abb.cons.85.col.2.in prin,

princ.volu.2.Sicul.in ciuitatis col. 6.de probatio.versic.in quantum dicit Bal.vital.in tract.clausul.in clausul.iuri alimentorum,an renunciari possit col.3.circa medium sub n. 5.Campegg de dot.par.2.quæstio. 54.Sil.Nuptial.lib.1.num.45.

Et hoc verum est,siue dos in nullo fuerit data,vel soluta, siue soluta in parte, sed non integraliter,Bald. in l insulam §.vsuras, & ibi Castr. ff.solut.matrim.

Pariter hoc habet locum,siue dos sit promissa ab ipsamet vxore, siue à patre, siue ab extraneo: nulla enim in hoc est differentia,Salice,in l.quod in vxorem C.de negoc.gest. quem commendat, & sequitur Io. Lup.in cap.per vestras in 3. notab. fol.133.

Et hæc vera sunt in dote promissa, & muliere existente soluendo, ita pulchrè Rom.consi.517. vbi bonus locus in hoc, secus si nulla sit promissa dos,quia sibi imputat,cur sic recepir, & sibi ab initio non prouidit,Castren.in d.§.vsuras. Aufer. ad Tolosan.87.nisi mulier hoc casu sit diues. Ias.ita limitans in l.si donaturus §.1.num.4. versic. ego autem ff.de condit. ob causam,vel maritus inops,Guid. Pap.quæst. 439. Bal.in l.final.num. 11.C.de senten. quæ sine cert. quantit. nec de propria authoritate de iudicio ecclesiæ Bald.nouell.par.6 priuileg.43. col. 2.in fin.& addo Bald.in cap.iurauit num.5 de probat.vbi hanc opinionem de expellendo vxorem in casu dotis non solutæ dicit æquam, discretam,& honestam,& videtur loqui in casu non promissionis licet Silu.nuptial.lib.1. nume.45.dicat quod solū mariti auari hoc faciūt.

Ampliatur secundo, etiam si patre inconsulto nubat,siue digno, siue etiam indigno, dummodo vigesimum annum excedat,ita Ripa. in d.l.1.num.57. ff. soluto matrimon. Abb.consi.12.colum.2. lib.1.in c. 1.de despons.impub.in capitu.1.de adulter.

Ampliatur tertio,si non excesserit vigesimum quintum annum, sed nupserit viro digno,etiam patre inconsulto, Bald. Ange.& Castren. in authen.res quæ,vbi Ias.num.14. Curt iun.nume.25.C.commun.de legat.qui ambo attestantur hanc esse communem opinionem Ripa. in l.1.num.55.vbi Bald.Nouel.nu. 152.ff.solut.matrim.Boer.dec.130. num.8.Paris.consi.29.num 62.lib. 3.Didac.in epitom.de spons par.2. cap.3.§.8.num.7.est glos.in cap. vltim.32.quæst.2.Abb.in cap. ecclesia nu.20.de constit.

Ampliatur quarto,etiam si ante vigesimum quintum annū nubat indigno viro, nec dotem promisit Imol.in cap. accedens de procurat. Alexand.in l.1.ff.solut. matrimon. num.25.vbi Ripa.nume.59. Ias.in authen.sed si post,in fine C.de inof. testam. Dec.in l.nuptias nume.14. de regu.iur.consi.231.num.4. reg. Socin.281. vbi communem testatur Didac.in epitom.de spons.part. 2.capitu.3.§.8.num.7. dicens pariter hanc esse cōem opinionem, nec vllam fieri iniuriam patri.

Et hæc opinio est verior in terris ecclesiæ, & vbi seruatur ius canonicum: secus in terris imperij, & vbi seruatur ius ciuile,Bald. in l. cum multa nu.4.C.de donatio.ante nupt. Menoch. de præsumpt.lib.4. præsump.189.num.84.in fi.

QVÆ.

QVAESTIO XXI.

Dispositio eiusdem legis fin. an locum habeat in patre paupere.

SED numquid dispositio l. final. C. de do. promissi. habeat locum in patre paupere? Vtique non, in eo, qui non habet substantiam idoneam, vt inspecta qualitate personarum, & patrimonij non posset de proprio dotem constituere, quantã dedit sine bonis maternis, ita sentit glos. in d. l. final. in verbo, idoneam, vnde considerari debet numerus filiorum, propter quem diminuitur dos, qualitas mulieris, & viri, & quantitas matrimonij, l. si filiæ, vbi Bart. not. ff. de leg. 3. inferens ad statutũ de congruenter dotata ad idẽ l. quæro ff. de iur. dot. vbi Bal. dicit, quod ignobiles mulieres egent minori dote, & nobiles maiori: & hãc opinionem de patre paupere tenet Alex. consi. 149. nume. 9. volum. 7. Benincas. de pauperta. quæstio. 8. in contract. special. 3. nume. 16. & nu. 24. declarat, patrem pauperem tũc dici, quando dotando non superesset tantum, vt commode secũdum eius qualitatẽ viuere possit, Ange. & Imol. in l. Nesennius §. final. ff. de re iudic. Aret. consi. 17. colum. pen. habetur etiam ratio, nedum qualitatis ipsius dotantis, sed & seruientium ei, sine quibus ille stare non potest. Barto. in l. administrantes ff. de excus. tut. Oldrad. consil. 11. Bal. in authen. habita colum. 1. C. ne fil. pro patr. addo prædictis Clementi. de patr. potest. capitu. vlt. effect. 11. num. 21. limit. 5.

Quando autem pater vt supra esset inops, tunc si habet patrem, & sic auum respectu filiæ, tunc onus dotandi spectat ad ipsum, quo deficiente, ad matrem, qua deficiente, vel inope existente, ad fratres l. dedit dotem ff. de colla. bon. l. & ideo. §. fin. cum l. sequen. ff. de in rem ver. Aretin. consil. 17. consideratis, col. 12. Bal. in l. neque mater. C. de iur. dot. Barto. post glos. in l. cum plures ff. de administ. tut. in l. non omni C. eod. in l. nihil interesse ff. de in rem versi. Bald. in l. qui liberos ff. de ritu nupt. Imol. in l. a filia ff. ad trebell. Afflict. decisi. 371. num. 3. est communis opinio, à qua nemo discrepat Ias. in l. 1. nu. 28. ff. solut. matr.

QVAESTIO XXII.

Dispositio eadem an præsumatur si pater incipiat a traditione non a promissione.

AN dispositio l. fin. & præsumptio illius habebit locũ, si pater incipiat à traditione, non a promissione? Vtique non, quia ipsa datio declarat causam, propter quam fit traditio Bald. in d. l. final. colum. 1. in fi. sequitur Alex. cons. 149. nu. 9. volum. 7.

QVAESTIO XXIII.

Patre constituente pro dote fundum qui erat filiæ, an dispositio eadem locum habeat.

QVID si pater dedit in dotem fundum Cornelianum, qui erat ipsius filiæ? Vtique non videtur locus dispositioni d. l. final. ne pater teneatur ad interesse, vt ibi per Bald. nu. 15.

QVAESTIO XXIIII.

Filia promittente in instrumēto promissionis paternæ conseruare indemnē patrem, an eadem dispositio teneat.

QVID, si filia in instrumento promissionis dotis promisit patrem promittentem indemnem conseruare? Vtique per hoc non tollitur, quin gener agere possit contra patrem promittentē, & ita tenet Bald. in d.l.fin.num.16. si enim pater aliquid prętendit; est quæstio cum filia, quę promisit indemnitatem, vnde non retardabit in eius legali actione.

QVAESTIO XXV.

Pater grauatus relinquere in dotem filiæ, quid si relinquat simpliciter.

PONE, quod pater sit grauatus relinquere filiæ aliquid nomine dotis, si relinquat simpliciter, dotem, an de nouo, vel causa implendi grauamen, videatur reliquisse? & vtique de non, nō vt grauatus reliquisse videtur respondit Comens. cons. 109. vol. 2.

QVAESTIO XXVI.

Extraneus qui dotauit mulierem, an de bonis proprijs præsumatur dotasse, ita vt sit locus præsumptioni legis finalis.

EXTRANEVS dotauit mulierem, an de bonis proprijs dotasse præsumatur, ita vt sit locus præsumptioni legis final. C. de dot. promissione.

Extraneum autem intelligo, qui non habet mulierem in potestate: in hoc plures casus possunt considerati.

Primus est in extraneo administrante bona mulieris, & hanc administratorio nomine fecisse præsumitur, & sic de bonis met mulieris, iuxta ea, quæ dicta sūt superius quæst.6.in fi. hoc modo dixtinguēdo: aut enim promisit simpliciter, & animo donandi, & de bonis proprijs promisisse præsumitur, & allegando se administratorem, vel animo compensandi deducere debet, aut expressit titulum administrationis, puta, procurator, pro . . . tutor &c. & tunc administratorio nomine præsumitur, nec aliud probare debet, Borgn decis.34.nu.17. part.1.

Secundus casus est, quando mulier habet patrem, qui dotare tenetur, & tunc animo repetendi dedisse præsumitur Castrens. consil. 96. volum. 2. licet Socin. consilio 291. columna 9. contrarium tenere videatur.

Et hæc conclusio vera est, etiam in patre, & matre simul dotātibus, quia mater præsumitur intercedere fideiubendo tantum in causam dotis. ita dicit in facto decisum Bal. Nouell. de dot. par.6. priuileg.3. dicens authentic. §. quæ mulier C. ad Velleian. non procedere in muliere intercedente in causam dotis, & sic patet declaratio ad l. vnic. §. accedit C. de rei vxo. action. vt non procedat in extraneo administratore bonorum mulieris, vel si mulier habeat patrem, vel auum, sub cuius potestate sit.

Secundo infertur ad auth. si qua mu-

mulier. C. ad Velleian. vtnō procedat in muliere intercedente pro viro dotante, quia potest.

Tertio infertur ad fratrem dotantem, & habentem bona communia; an partem suam donasse videatur? & vtique sic, nisi sit debitor, vel administrator bonorum sororis, vel habeant patrem, vt per Campeg. de dot. parte 1. quæst. 24. vel protestatus fuerit, quod animo repetendi iuxta cautelam Salic. ad d. l. fin. C. de dot. promissi.

QVAESTIO XXVII.

Dispositio legis fin. an procedat in iocalibus, expensis, & festis nuptialibus.

SED numquid dispositio l. final. C. de promiss. dotis, procedet in iocalibus, & expensis, & festis nuptialibus? vtique non, respondit Butr. consi. 38. quia sine his matrimonium stare potest, & facit quod dixi supra quæst. 4. & 5. quod dispositio huius l. est exorbitans.

QVAESTIO XXVIII.

Pater, qui de suo promisisse præsumitur, iuxta hanc legem fin. an conuenietur ad rigorem, vel de æquitate, in quantum facere potest.

SEd numquid pater, qui de suo promisisse præsumitur, iuxta hanc l. fin. C. de dot. promiss. conuenietur ad rigorem, vel de æquitate, inquantum facere potest? & vtique inquātum facere potest, licet fauore dotis & filiorum de proprio promisisse præsumatur, & hoc verum indistinctè, si conueniatur constante matrimonio, eo autem soluto, distinguitur, si dolo induxit ad ducendum filiam à principio in vxorem, cum intentione dotis, quam re vera adimplere non poterat, & tunc ratione dotis insolidum conuenitur: si autem cessauit dolus, ex tunc etiam soluto matrimonio cōuenitur, inquantum facere potest l. ex diuerso, in princip. ff. sol. matr. l. penul. ff. de iur. dot. l. sicut ff. de re iudic. vbi Ias. n. 3. dicit hunc esse cōmunem intellectum ad dicta iura, licet Castr. in l. rei iudicatæ §. fin. n. 8. vbi legit legē, ex diuerso teneat intrepide, quod stante dolo cesset priuilegium: cui respondet Ias. in d. l. sicut, quod constante matrimonio durat affinitas, & dilectio, quæ præualet dolo, & in quantum facere potest, intelliguntur commodè, & honestè, secundum qualitatem personæ glos. in l. in condemnatione ff. de regul. iur. Dec. in l. diuus num. 9. eod. tit. Ias. in §. sunt præterea, de act. Brun. consi. 89.

QVAESTIO XXIX.

Dispositio leg. fin. an procedet in fratre dotante sororem.

NVMQVID dispositio l. fi. C. de dot. promissi. procedet in fratre dotante sororem? vtique non, sed de bonis sororis l. 1. §. filiā ff. de collatio. dot. dixit singu. Guil. de Ludou. 150. fol. 799.

VIN-



VINCENTII CAROCII I.C.

TRACTATVS DE MINORE

in delictis excusando:

PER PLVRIMAS QVAESTIONES ad exactam rei totius discusionem examinatus.

De causis minuendi pœnas minoribus.

QVAESTIO I.



RES potissimũ videntur causæ minoribus pœnas minuendi. Prima, quia adolescentia sit suapte natura vitiorum incitamentũ, vnde peccatũ ætati fragili ascribit. Secunda ratio, quia hæc ætas non habet plenum iudicium.

Tertia ratio quia spes est emendationis vitæ,& vitia cum adolescẽtia depositu ros Tiber. Dec. consil. 24. volum. 3. facit quod notat Seneca in Octauian.

Iuuenilis ardor impetu primò furit.
Languescit idẽ facile, nec durat diu.
In Venere turpi, ceu leuis flamma vapor.

Tiboll. lib. 1. Eleg. 4.

Vidi iam iuuenem, premeret cum serior ætas
Mærentem stultos, præteriisse dies:

Et ad primam superius allegatam rationem facit.

Seneca in Thieste.

Peiora iuuenes facile præcepta audiunt.

Et

Et ex Catholicis in materia supradictarum rationum.

Diuus Ambrosius de viduis lib. 3.

Vicina est lapsib. adolescentia, quia variarum.

Aestus cupiditatum feruore calentis inflammatur ætatis.

Et Diuus Hieronymus.

Impossibile est iuuenem vitijs carnis non tentari.

Ex quibus auctoritatibus, & illud virtualiter colligi videtur, qđ dum in prima ratione dictum fuit, quòd iuuenilis ætas est vitiorum incitamentum: intelligi potest in vitio carnis, à qua impossibile est ne iuuentus tentetur, ex Diuo Hieronymo superius allegato.

Sed Claud. Bertazzol. in additio. ad patrem 192. lib. 2. videtur damnare dictam indulgentiam in delictis minorum, quia isto modo habituantur in delictis, & cum isto habitu venirent in ætatem grauiorem, vnde allegat exemplum Alphonsi Primi, qui nec iuuenibus, nec senibus parcebat.

Sed videtur responderi posse, ex his quæ ponit Lactant. de ira Dei capit. 22. dicens quod multi in prima ætate turpes, & omni iudicio damnati, postmodum tamen laudabiles extiterunt, quod vtique inquit ille non fieret, si omne peccatum pœna sequeretur.

Hoc idẽ confirmat Cicero in oratione pro Cœlio, equidem multos vidi in hac Ciuitate, qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando, & ad bonam frugem redisse, grauesque homines atque illustres fuisse.

Vide Dauid Psalmus 24. cognoscens delicta iuuentutis esse magis indulgenda, orat omnipotentẽ delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Domine, quasi hæc inconsulto, & ex fragilitate commisi, & sic proniori venia digna.

SVMMARIVM.

1 *Dictio interdum arguit regulam in contrarium.*

2 *Dictio nisi, ponit quando procedit negatiua.*

3 *Iudex potest, sed non cogitur minuere pœnam minori delinquẽti ex sententia Alberic.*

QVAESTIO II.

QVÆRO an iudex ex necessitate iuris cogatur minuere pœnã minori delinquenti, vel stet in eius arbitrio. hanc quęstionem difficilem reputaret Plac. in Epitom. delict. cap. 32. num. 10. dicẽs eam plenã spinis & sentibus, & in qua certatim omnes Doctores variant, vt difficile sit veritatẽ inuenire, & id omne consistat in intellectu verborũ l. auxilium §. in delictis. ff. de minor. videtur. n. regula ibi posita, & exceptio ad regulam posita idem continere, ponitur enim pro regula ętati minoris succurri, ponitur etiam pro fallentia quod minori succurritur, & hoc ex nulla alia causa, nisi ex miseratione ætatis, & sic ætas met inducit regulam & limitationem. ponitur
1 enim in textu dictio, interdum, quæ præsupponit regulam in contrarium, nam si sit interdum, ergo nõ semper l. interdum, vbi Rebuff. ff. de verb. signifi. l. verbum erit ff. eodem

eodem tit. l. interdum ff. de minor. l. interdum ff. de condit. indeb. Ias. in l. iurisgentium §. præter ait nu. 12. in 8. notabili ff. de pact. Port. in §. interdum num. 1. instit. de rerum diuisi. in §. 1. num. 7. instit. de hære.
2 quæ ab intestat. deferuntur negatiue prout in casu nostro l. actione C. de transactio. l. 1. §. inde scribit ff.
* deposi. de communi Iason de actio. in princ. sed ex ætatis miseratione ibi succurritur, potest enim esse quod alicui non sit succurrendum, sed ex miseratione moueamus ad succurrendum, vnde licet homini in delictis non sit succurrẽdum, tamen succurritur fragilitati humanæ, vnde Pli. epis. 51. Me recordantem fragilitatis humanæ miseratio scribit.

Præterea ibi ponitur regula in materia restitutionis aduersum delictum commissum. & exceptio ponitur de moderatione pœnæ ex miseratione ætatis, vnde exceptio nõ videtur de regula, cum non tractet de restitutione prout regula, nisi fortasse dicatur quod præuia restitutione aduersus ordinarium delicti pœnam iudex moderabit pœnã ex miseratione ætatis, & sufficit quod exceptio sit de regula secundum quid, licet nõ simpliciter Ias. ad l. nummis nume. 13. de in litem iurando.

Non omitto quod Rebuff. in l. natura cauillationis colum. fin. de verb. sign. exponendo hunc textũ dicit, perduxerit iudicem ad mediocrem pœnam, idest traxerit, & facultatem suam extenderit.

3 Sed quod minoratio pœnæ, non inducat necessitatem iudici, sed stet in eius mero arbitrio, tenet ibi Alberic. dicens ita vidisse in facto seruari, Bald. in l. quicunque colum. 5. versi. 4. vero casu C. de ser. fugitiu. & ibi Salic. nume. 7. in l. quid ergo §. pęna grauior in secunda lectura nu. 12. in fine ff. de infamibus, Ana. in cap. sicut colum. 2. de iudic. clarius hoc exprimit Dec. in l. fere in omnibus, num. 4. ff. de regul. iuris. Iosephi decisio Luca. 17. num. 72.

4 Contrarium sentit Castrens. in d. §. pęna grauior in 2. versic. & potest esse clarius Alexand. in l. & si seuerior num. 8. C. ex quibus caus. infam. irrogetur, vbi rationem reddit, quia minor ætas sicut cessatio doli, est causa intrinseca minuendi delictum, & consequenter pœnam, & dicit Castrens. in citato loco nu. 14. quod hic casus est valde frequẽs
* in practica de communi, Gramma. decis. 23. nume. 12. vbi bene loquitur Castr. in l. 1. C. si aduers. delict. Foller. in pract. in verbo, & si confitebuntur num. 17. fol. 253. Placa aliquantulum dubius, in Epit. delict. cap. 32. num. 10. Boer. de obseruantia pœnis attestans decis. 254. num. 20. Gomes. to. 3. cap. 1. nume. 63. Calde. ad l. si curatorem habens in verbo, vel aduersus nume. 50. &
* hæc est communis opinio. Grammatic. super constitut. regni, de restitutio. minorum num. 7. D. Sfortia de restitut. in integrum part. 2. quæst. 80. arti. 9. num. 93. Foller. in pract. §. 4. num. 17. Rolan. consi. 72. col. 3. in princip. volum. 3. Bertazz. cons. 378. nume. 6. volum. 2. consil. 492. num. 4. lib. 2. cons. 143. nu. 17. vol. 1. Tiraquel. de pęnis caus. 7. de communi Bursatt. consil. 77. numero 19. volum. 1. Aretin. consil. 130. in fine.

Quæ

Quæ opinio mihi videtur confirmanda, ponderando verbum perduxerit; quod significat totalitaté quandam & actionem perfectã, & consummatã l. vrbana §. pernoctare ff. de verbor. signifi. Ioan. And. ad specul. in tit. de teste. §. nunc videndum in additione prima Bald. in c. 1. §. si quis triginta sub numero 2. si de feud. controuers. fuerit inter do min. & agna. Rebuff. ad l. qui in cõtinentibus §. perfecisse columna 1. versicu. ad hæc, quasi quod ætatis miseratio, vbi causa intrinseca totaliter, & ratione consummationis actus cogat iudicem ad minorandam pœnam ad idem Bartol. in l. si cui columna secunda in principio, versicul. ideo dic ff de legat. 1. Crauet. consi. 205. num. 15.

6 Videtur confirmanda hæc opinio ex verbo perduxerit quod est futurum subiunctiui, quod recipit substantiam à præterito perfecto l. 1. §. final. ff. quod quisque iuris, gl. in cap. ad hæc in glo. 2. in verbo elegerint de rescript. in cap. 2. in verbo commiserint, & ibi Gemin. de rescript. lib. 6. Hinc lex Aquilia loquens per verbum subiunctiui occiderit, verificatur nisi morte actualiter secuta l. 2. iuncta l. item si obstetrix ff. ad l. aquil. sic in statuto Bart. in l. 1. §. diuus ff. de sicar.

7 Ampliatur hæc conclusio vt ita imponatur pęnam iudici minorandi necessitas, vt aliter faciendo grauaret, vel daretur appellatio, vel teneretur in sindicatum Alex. in d. l. & si seuerior num. 8. Gomes. in citato loco, & facit illa ratio, nam

8 quando aliquid committitur arbitrio iudicis si inique arbitratur, & inferat grauamẽ, datur appellatio glos. notabilis secundum Batto. ibi nume. 8. in l. si qua pœna, ibi, tu dic tertio ff. de verbor. signifi. & ibi sequuntur Alciat. colum. 2. sub nu. 2. Rebuff. colum. 4. versicu. primo ista glos. reputata notabilis in cap. super his in verbo arbitrium de accusatio. Alex. in l. 1. sub numero 18. ff. de leg. 2. de communi consi. 106. num. 7. lib. 3. multos recusat Boer. decis. 284. numero 16. Ias. in l. final. num. 84. in fine C. de iur. emphiteotic. Ripa ad l. in quantum nu. 122. ff ad l. Falcid. ad l. si insulam nu. 36. de verbor. obligat. Corbul. de iur. emphiteotic. limit. vltim. Felin. in dict. cap. super his num. 7. in capit. excep. exceptionum de exceptio. in cap. ex literis numero 23. de const. in cap. cum venissent n. 9. de iudic. Marsil. in l. quæstiones n. 68. versi. scias tamen ff. de quæstion. vbi ponit hæc duo simul, non posse conqueri, & posse appellari Tiraquel. ad l. si vnquam in verbo omnia vel parum num. 31. C. de reuocand. donatio. Cassan. consi. 68. nume 37. & 48. Duar. ad l. in actionibus in verbo licuit enim eis in fine ff. de in litem iurando.

Sed hæc ratio videtur aliquantulum dubia, ex quo contrarium tenet Bartol. in l. 2. in fine. num. 18. ff. de legat. 2. & in sua disputatione prima numero secundo, volumine 2. Bald. in l. 2. C. quomod. & quand. iudex Salicet. in l. si societatem §. arbitrorum numero 26. ff. de arbitr. in l. cum antea C. de arbitris Calc. consilio 38. numero octauo, Iason ad l. si sic numero quinto, ff. de leg. 1. licet confuse loquatur in l. de pupillo § opus numero quarto, ff. de noui oper. nunciation. Amode. de

Castello in tractat. sindica. numero 147. Paris. de Puteo in eodem trac. sindic. titu. de potestat. iudic. numero primo, folio 63 Curt. iunior in l. prima, numero 30. ff. de iurisdict. omni. iudic. multos huius sententiæ refert Boer. decisi. 284. numero 17. versiculo contrarium tamen, licet in se aliter sentiat Crauett. consilio 70. numero octauo, late Men. de arbitr. quæstio. 70. licet re vera Doctores per eum allegati loquantur in varijs facti speciebus, & multi de libero arbitrio, multi de conscientia, multi de commissione facta à lege, multi de reductione ab vna, & partibus facta.

Sed in hoc articulo, & in hac ratione superius allegata doctores varij fuerunt, vt absque labe peccati spiritus sancti vtraque opinio teneri posset, Lanfranc. de arbitr. par. 3. quæst. 22. Magon. Rota Lucan. 37. numero 8. & quod possit appellari dixit magis veram, magis tutam, & magis communem. Afflict. in constitut. in verbo appellationum tempora colum. 11. glos. fin. lib. 2. attestans insuper in plano regio consilio ita determinatum Alex. pariter de magis communi consil. 106. nu. 7. lib. 3. & ibi in additio. quod in regno Franciæ obseruat praxis iudicum & Aduocatorum Couar. Var. resolut. libro 2. cap. 12. sub num. 7. versic. secundo veriorem, & æquiorem Castrens. in d. l. 1. numero 8. de legat. 2. dicens pluries habuisse de facto Boer. decis. 284. colum. 13. in princip. dicens. ita tenere maiorem partem scribẽtium Villalob. in sua recollecta i verbo reductio Mesuerii ad Papien. in forma libelli quo agitur ad pœnam ex compromisso in verbo, nec reductio in additione quæ incipit, contrarium Camilli Borrell. de compromiss. §. 8. glos. 4. Menoch. consi. 217. num. 30. lib. 3.

9 Licet quod non possit appellari dicat veriorem, & ab ea in iudicando, & consulendo non esse recedendũ Bologni. ad consi. Ananiæ 51. & magis communem additio ad Alexander 106. libro 3. Menoch. consi. 345. numero 25. libro 4. & videatur etiam hæc opinio de mente Rotæ 443. nu. 3. & 4. in nouis alias 18. de concess. preben. Lancellot. de attentat. appellatio. penden. limit. 10. n. 6. declaratur, vt ibi per eum, posset fortasse & illud attentari, quod nedum detur appellatio, sed de nullitate dici possit cum in d. §. auxiliũ ponatur dum agitur de minoratione pœnæ dictio nisi, quæ inducit formam Bartol. in l. 1. nume. 10. ff. de condition. & demonstr. Osasch. Pedemon. 172. nu. 2. & forma non seruata, etiam in minima qualitate actus, est nullus Butr. in cap. fin. in 7. notabili de resti. spoliat. & hoc modo argumentãdi vtitur Dec. cõsilio 132. num. 4. & 5. sequitur Neuiz. consi. 87. nume. 5. & 6. Osasch. iterum decisio. 164. num. 12.

10 Declaratur autem l. auxilium §. in delictis ff. de minor. vt non procedat in minore solito delinquere, quia & hic pena ordinaria punitur l. capitalium §. solent ff. de penis, in quo cõtextu tres gradus ponũtur: primus est iuuenis turbulentus ac

11 clamationibus populi operam dando, pro prima vice, si de hoc non fuit à præside monitus, fustigatur, & spectaculis interdicitur: secundus est iuuenis à Præside monitus persistendo in exilium damnatur; ter-

tertius est iuuenis solitus prædicta perpetrare, & captus, mitius fuit alias punitus, tunc capite punitur.

Et I.C. in eo contextu non videtur proprie loqui in iuuene & minore, ibi, qui vulgo se iuuenes appellant quasi allegarent ætatem ad excusandum, non quod vere essent iuuenilis ætatis.

12 Et dicitur etiam ibi, quod spectaculis ei interdicitur, scilicet, qđ vbi tumultuosus, spectaculis interesse non possit, & sic loco pœnæ erat interdici spectaculis.

13 Hinc interdicere arte sua, idest, ne eam exerceat in l. final. ff. de pœnis in l.1.C. de postulandi.

14 Interdicere patria in l. nulli C. de sent. & interlocutor. omn. iudic. ad quem textum, Alc. in l. pronunciatum in princ. ff. de verb. signific. num. 5. dabat hunc intellectum, vt qui in vniuersum pro aliquo delicto non potest, nec habet ius interdicendi, is nec in specie patria inter dicere non potest, quasi, à quo remouetur species, remouetur & indiuiduum illius speciei, & a quo remouetur totum, remouetur & pars.

De quo dubitabat ibi Rebuff. cum l. esset de indubitabili, cum careat omni dubitatione, vt à quo remouetur genus, remoueatur quælibet eius species.

15 Sed ad hoc videtur posse responderc quod sæpius legislatores fecerũt decisiones per argumentũ à genere ad speciem prout in l. causa cognita C. de transact. Clarius in §. vulgo quæsitos instit ut. de successi. cognatio. vbi si vulgo quæsiti non sunt inter se agnati, ergo nec consanguinei, cum consanguinitas species sit agnationis, vt ibi dicit imperator in l. prima, §. quod autem prætor, vbi Odofred. not. ff. de aleæ luso. & aleator.

16 Secundo quod casus debet esse de dubitabili, non habet locum in legibus codicis, in quibus imperator respondet ad factum præpositum Fulgos. in rubric. C. de seruis fugitiu. Decius in l. illam numero quarto, C. de collation. in l. prima, nu. primo, C. de bonorum poss. con tratabul.

17 Tertio sufficit quælibet leuis & minima dubitatio, vt not. in l. eunuchis, C. qui testamen. facere possent.

18 Quarto sufficit esse dubium apud Imperatorem vel legislatorẽ, licet non sit apud peritos & doctos Bartol. in l. vbicunque sub numero vndecimo, ff. de interroga. actio. versiculo vltimo oppono Silua. nuptial. libro sexto, versiculo item in dubio folio 585. secundum Lugdunensem.

19 Quare alter videtur intellectus quod is habet potestatem interdicendi patria, qui habet facultatem diffinitiue sententiandi, non autem is qui habet facultatem cognoscendi, sed postea superiori referendi iuxta l. solent. & l. si quid ff. de offic. proconsul. & l. iudices C. de iudic. cum interdictio fiat per sententiam.

Sed nec hæc Rebuffi opinio satisfacit, & hic vere esset casus de indubitato magis quam primus, quis enim dubitat, vel dubitabit, quod qui non habet ius in sententiando, non potest interdicere.

20 Tertius igitur ab eodem datur intellectus quod patria interdicare

is potest qui in ea iurisdictionem habeat:& hic planus est.

21 Planior igitur mihi videtur intellectus, quod interdicere patria pertinet ad illum solum iudicem, qui habet merum imperium, & gladij potestatē,non autem ad simplices magistratus,& iudices meræ tantum iurisdictionis.

22 Interdicere aqua,& igni,mortis sententiam significat, nefas enim videbatur, homines quãuis malos capitis supplicio afficere, interdictio igitur vsu earum rerum, quibus humana vita substentatur perinde habebatur, ac si esset morti cõdemnatus, qui talem sententiã exceperat, adeo ista duo elementa prima sunt habita vt nec ortus hominis nec fine his vitam crediderint posse consistere, sunt enim duo elementa, vnum masculinũ, alterum quasi fęmininũ alterũ actiuum, alterum patibile, ideoq; à veteribus institutũ est, vt sacramento aqnę & ignis nuptiarũ fœdera sanciantur, quod fętus animantium calore & humore corporentur, atq; animentur ad vitam. cum.n.omne animal constet anima & corpore, materia corporis in humore est, animæ in calore. quod ex ouiũ fętibus datur scire quos crassi humoris plenos nisi calor fouerit,nec humor potest corporare, nec corpus animare, tale erat igitur interdici aqua & igni Lactan.li.2.Orig.error. c.20.Seru. super Eneid.7. ad faciendũ fędera aqua & ignis adhibentur, quos arcere volumus a nostro cõsortio,eis aqua, & igni interdicimus.i.rebus, quibus consortia copulantur Vacon.lib.1.cap.18.nu.8.

23 Et dum ibi dicitur fustibus cęsi dimittuntur, minus turpe erat fustibus,quam flagellis cędi, cum liberi homines hac tantum pęna coerceantur, quæ pęna hodie recessit ab aula,quia ex eo sæpius homines moriebantur, & remansit Scopatio Rebuff. ad l.armorũ col.4.in princ.ff.de verb.sign.

Et vult I.C.in d.§.solent vt pręcedat monitio in iuuenes ad eos coercendos, & seuerius tractandos & ibidem etiam colligitur quod minor obstinatus & alias clementius tractatus persistens puniri potest pœna mortis.

Et sic habemus qua pęna puniũdus iuuenis,& minor seditiosus.

Et cum pro seditione in populũ pro prima vice fustibus cęderetur quę pęna abijt in dissuetudinem,illius loco erat fortasse pęna arbitraria pro qualitate facti.

Secundo loco principaliter,allegatur textus in l.3.§.si plures ff. de re militari,ibi,sed tironibus parcẽdum est, qui si iterato hoc admiserint pęna competenti afficiuntur, & ibi Cald.ad l. si curatorẽ habens ĩ verbo vel aduersarij dolo n.50.ĩ fi.

24 Sed videtur ꝙ non sit consequẽtia necessaria,est Tiro ergo iuuenis & minor, de quib. nos loquimur, nonne potest dari Tiro, & nouitius qui non sit minor? ergo ille contextus non videtur necessario concludere.

Nisi dicamus cum Luca de Penna in rub.de Tironibus li.10.ex Vegetio de re militari c.8.quod a magnis viris magnaq; diligentia Tirones eligi conuenit iuniores:exercitusq; nunquam proficit tempore belli cuius in probandis Tironib. claudicat electio.

Nec

Nec illud omittam, quod in materia Tironum & nouitiorum inuehit contra iurisconsultus Laurent. Vall. nam Vlpian. in l. præcipiunt. ff. de edilit. edict. veteranum appellat ex tempore, qui diu seruiuit Tironem vel nouitium è contra, & Venulaius in l. final. ff. eodem titulo Veteranum & nouitium appellant, non à tempore, sed a conditione, & qualitate, ita vt ex sententia Venulaij subtiliter Veteranus dicatur addictus turpi & sordido officio, quamuis de recenti & nouitius dicatur addictus nobili arte, licet per longum tempus, ex interpretatione Hotomanum, in verbo nouitius.

Quare Alciat. reprimendo audaciam Vallæ lib. 4. de verborum significat. in apologia in Vallam fol. 207. tres casus considerat, primus est in venditore seu mãgone ex ædilitio edicto, & tuc veteranus Tiro, & nouitius ex tempore iudicantur. aut loquimur i ipso patre familias de nouitijs suis & extraneis disponente, & nouitius dicitur, qui nullo ministerio, vel officio addictus est, Veteranus quem in tali numero habuit: aut agimus de causa vectigalis, & veterator accipitur qui anno seruiuit nouitius, minus anno & l. final. §. quotiens ff. de publicano, & secundum hunc vltimum sensum capiatur in hac l. tertia, §. si plures ff. de re militari in facto militum Tironum, & nouitiorum.

Sed Alciat. potest addi quartus casus, & in materia de edicto, quod veteranus dicitur addictus vili, turpi, & sordido officio, nouitius è contra vt diximus superius ex Hotoman. ita interpretante l. final. ff. de ędilit. edict. nec dissentit Veronens. in dicta l. præcipiunt numero vndecimo.

Et laudatur admodum Venulaij consideratio in l. fin. ab Hotoman. quam à Spilego in verbo nouitij & Tironis.

Sed circa illum textum in allegata l. 3. §. si plures ff. de re milit. dum ibi dicitur SI ITERATO hoc admiserint competenti pœna plectuntur, quando minor dicatur iterato deliquisse.

25 Et videtur sufficere per duas vices, ita enim significat verbum iterato in textu positum l. fideicommissa §. si quis decem, vbi Bartol. & Alberic. notant ff. de legat. tertio, ad idem bonus & clarior textus in final. in fine ff. de bon. author. iudic. possidend. textus in §. quorum vbi notatur in prooem. institution. bonus textus in capitu. sua nobis ibi, semel & iterum de appellatio. vbi Dec. numero sexto inferens ex hoc post Baldum, quod potestas data arbitris prorogandi compromissum semel, & iterum intelligitur de duabus vicibus tantum & non vltra, sequitur & dicit elegans dictum Alexand. in l. qui bona §. fin. sub numero vigesimo secundo. ff. de dam. infect.

26 Pro contraria parte facit l. veluti §. final. ff. de edend. l. oratione iuncta glos. in verbo iterum ff. de ferijs.

27 Quare Baldus in dicta l. veluti §. final. distinguebat aut dictio iterum profertur à lege, vel ab homine: primo casu, intelligitur totiens opus fuerit ex quo lex semper loquitur aut profertur ab ho-

606. numero 3. Bello. consf. vlt. nu. 5. Iaf. in l. 3. §. iurari num. 4. de iure iuran. Mascard. conclu. 194. Meno. de arbi. caf. 375. nu. 31.

QVAESTIO III.

VIDIMVS superius loco cũ iusdam prefationis de causis succurrendi minoribus, & an iudex de necessitate cogat pęnã minuerę, modo ad ætatis successiue delicta.

INFANS HOMICIDA.

Considerationes ad l. infans. ff. de sicarijs.

Numquid infans tenetur de homicidio, vtique non, l. infans ff. de sicarijs, vbi rationem reddit, quia
2 eum orietur innocentia consilij. & hæc est magis communis opinio Plac. in Epitom. delict. lib. 1. capit. 32. num. 1. Iul. Clar. §. fin. quęst. 60. colum. 1. ad idem bonus text. in l. cum autem. §. excipitur ff. de edilit. edict. Nouel. reg. 45.

Consideratio prima.

Sed circa rationem in lege allegatã oritur difficultas, dicit enim, quod infantem excusat innocentia consilij, quid concludit hæc ratio?
3 Consilium enim est quod datur alicui petenti, vel recipitur l. humanũ C. de legibus. ibi bene enim cognoscimus quod cum vestro consilio fuerit ordinatum l. consilij ff. de regul. iur. non enim videtur hæc ratio conueniens ad dictum dicere enim quod infans non tenetur de homicidio, quia nescit dare consilium, videtur ineptum, nec cum dicto conuenire.
4 Sed videtur posse responderi, q consilium capitur, & exponitur multis modis, & quod datur vel recipitur ab aliquo modo quo supra dictum fuit.
5 Aliquando capitur pro iudicio animi, vel discretione, vt ĩ l. in principip. C. qui & aduers. quos, ibi in consilio glo. exponit discretione ad idem tex. in l. 2. in fine C. de repud. in l. nemo potest mutare ff. de reg. iur. vbi Cagnol. exponit consilium, idest placitum & voluntatem.

Vnde Cicero. 2. de Inuentione. Consilium, est aliquid faciundi, vel non faciundi excogitate ratio.

Et Terentiæ.

Vestrum consilium est, non meum, quid agendum.

Consideratio secunda ad l. infans ff. de sicar.

6 Secunda videtur consideratio ad d. l. infans ff. de sicar. non enim videtur appellari posse innocẽs, in quo non potest cadere nocens, ex regula, & natura contrariorum, cum se inuicem excludant l. hæc verba ille, aut ille ff. de verbo. signific. vnde dicebat Crisipp. apud Aulum Gellium lib. 6. capit. 1. nullum contrarium ponitur in esse fine altero, sed in infanti non potest cadere nocẽs, ergo nec innocens appellari potest.

Consideratio tertia.

Sed non credo verum quod de necessitate sit, vt quis dicatur innocens, vt virtualiter possit cadere in eo nocens.

Minor quando dicatur nocere.

Sed quando dicitur minor, vel alius nocere si statuta vel bannimẽta de nocendo alicui loquantur?
6 Respondetur si personam offendat, & immediate corpus eius, vel ea quæ sunt inseparabilia a corpo-

re, vt capillos, & barbam, nam hic dicitur nocere, & in personam & de strictiori & magis proprio significatu Bartol. in l. prima §. hoc edictum in fine, & ibi Alexander in §. opus in fine ff. de noui. oper. nunciatio. in l. licitatio §. quod illicitè numero sexto. de publican. Bald. in l. prima, §. præbet ff. de his qui . . . . in l. si quis per calumniam, colum. prima, numero tertio. C. de episcop. & cleric. de lata tamen, vel non ita stricta dicitur nocere qui offendit rem circa personam existentem, vt per Bart. in citato iam loco.

8 Vnde dispositio capitu. si quis suadente Diabulo procedit in lacerante etiam vestes clerici vt ibi per glos. Silua nupt. libro primo, numero 100.

Quod verum est, si clericus sentiat, secus si dormiat, Cardinal. in clemen. 1. quæstio. 6. de pœnis. dixit valde singulare Marsil. singul. 188.

9 Sed quomodo infanti conuenire potest qualitas innocentiæ, cum innocens is dicatur, qui duo facit s. nemini nocet, & malum cohibet. Cano. non est 23. quæstio. 5. si enim non potest cadere malum, quomodo cohibitio mali? & hoc respicit completam ætatem & virum prudentem.

Respõdetur quod duplex est innocentia, vna quoad Deum, & de illa loquitur textus in Can. nõ est, alia respectu criminis de quo quis imputatur, & de hac loquitur l. infans. Luc. de Penn. in l. 1. colum. 2. in fine C. de reis postulat. lib. 11. vnde Hieron. super illo Matthæi, quicunque humiliauerit se sicut paruulus iste, sic inquit.

Sicut paruulus non perseuerat in iracundia, non, læsus meminit, non, videns pulchram mulierẽ delectatur, non, aliud cogitat, & aliud loquitur, sic & nos nisi talem habuerimus innocentiam, & animi puritatem, regna cœlorum non poterimus intrare.

Tull. de off. innocentia est puritas animi.

Consideratio quinta ad l. infans ff. de sicarijs.

Sed instatur vlterius in materia d. l. infans, dicitur enim ibi, quod infans non tenetur pœna legis Corneliæ, ergo alia pœna cum exclusio vnius sit inclusio alterius l. cũ prætor ff. de iudic. capit. nonne de præsumpt. vbi ponitur negatiua prout hic, scilicet Dæmonium nõ habeo: & videtur posse etiam suaderi quia pœna legis Corneliæ est grauissima, cum tendat ad vltimum suppliciũ, vnde ob id exclusit eam I. C. ab infante.

11 Hinc dicebat Dec. consilio 99. colum. 2. versicu. tertio non obstat, quod si vigore transactionis non possum agere nisi contra nominatum, non per hoc excluduntur alia remedia de iure cõi competentia.

12 Videtur posse responderi quod militet eadem ratio prohibitionis stante innocentia quæ vbique militat Gerard. singul. 7. numero 8. pulchrè Sal. in l. de crimine in 2. oppo. C. qui accus. non poss. Rimin. consi. 221. numero 44. & 529. nume. 25. & de donatio. in princip. num. 861. Felin. in cap. nonne num. 5. de præsumption. Ruin. consil. 111. num. 39. lib. 1. Grat. consi. 5. num. 48. lib. 2. Paris. consi. 111. num. 39. libro 1. Menoch. consi. 106. num. 316. cõs.

173.num.59.consi.194.n.5. vol.2. consi.250.nu.56.vol.3. consi.345. numero 37.libro 4.Soc.iun.consil. 121.numero 22.libro 2.& de præsumptio.lib.3.præsumpt.90. num. 7.lib.4. præsumpt.89. numero 90. Dec.in cap.2.requiris num.7 de appellatio.Beninc.in §.actionum nu. 217.de action.

13 Et si dicatur argumentum ab inclusione non procedit, quando alia via per ius commune consultum, & prouisum esse possit, Sal.in l.qui de crimine in 2.oppo. C.qui accus. non poss per l.2. C.de conditio. incertis ad quam Dec.in l.1. n.46 de offic.eius. Barto.in l.2.& parui nu. 3.ff.quod vi, aut clam per textum iuncta glos.in l.ita nobis cordi. C. de adulter. & licet ibi Bald.contrarium sentiat, tamen contrarium est verius Ias in l.1. nu.82. de offi.eius in à vi taxalire num.3.& 4.

14 Hinc dixit Bartol. in l.3. §. cum Titio ff.de adimend. legat. quod si vnum statutum imponit primo, pro delicto pœnam cētum, & aliud statutum imponat pęnā quinquaginta tantum, nō per hoc est sublata pęna statuti de cētum, sequitur, & valde commendat Imol.in l si vero §.de viro ff.solut.matrimon. Ancaran.in repetitio.cap.canon. statuti quæst.14.de constitut. Alexand. in l.1.C.de contra tabul.in l.si constante colum.7.ff.solut.matrimon. vbi Crot.num.86.Ias num.89 dicens valde singulare & difficile in practica obtinere contrarium, licet in se contrarium teneat prout in l. 1.in princ.colum.10.versic.2. conclusio ff.de offic.eius in l.1 col.2.ff. si quis ius dicent, quem sequitur Coff. in memorabil. in verbo tantum, & in verbo solus. Rebuff. in l. pratum colum.5.circa medium de verborum signif.tamen eorum motiuis respondet Crauett.de antiqu. temporum par.4.versi.transeo nūc nu.112.fol.188. & Bart. opinionē sequitur Euererd.à natura Taxal. numc.3. dicens valde singularem, Dec.dicens valde notabilem consi. 110.numero 4. Aret.consil.27. col. vltima.

Et conclusionem superius firmatam de argumento ab inclusione, quando alia via potuit esse, confirmat Dec.consi.2.num.18.consi.99. col.2.versic. quia ad hoc respondetur Rimin.consi.529 num.29.Berou.consi.79.colum.vlt.nu.16.volum.1.Rimin.de donatio. in princ. numero 868. Dec.in lib 1. in 3.lectura num.84.ff.si cert.pet. Meno. cons.106.nu.231.vol.2.de præsumptio.lib.3.pręsump.90.n.7.Magon Rota Flor.34.nu.6.

Sed conclusio procederet quando alia via reperiretur iure prouisum, quod infans puniretur pęna saltem extraordinaria pro homicidio, sed hoc nullibi reperitur expressum, merito argumentatio nō procedit, immo attenta ratione in lege expressa, idem dicendum videtur in pęna etiam arbitraria, vt dictum est.

15 Et si dicatur quādo sumus in casibus omnibus à iure permissis, tūc inclusio vnius non est exclusio alterius, sed vnū censetur expresū gratia exempli Bal.in l.1.C.de adulter. Rui.cōs.157.nu.19.vol.1.Cephal. cons.257.nu.26. Rimin. de don.in princ. num.863.

Respondetur q̄ argumentū ab inclusione ad exclusionē nō ꝓcedit quan-

enim loquitur de infante, vtitur verbo tuetur, dum loquitur de furioso, vtitur, verbo excusat, & infanti tribuit innocenntiam, furioso tribuit infelicitatem, vnde factum, excusat infelicitas tuetur, & defendit innocentia.

QVAESTIO IIII.

INFANS FVR.

1 NVMQVID infans tenetur de furto. vtique non l. impuberem. ff. de furtis.

2 Ampliatur ex eadem lege, vt nec de ope ad furtum teneatur.

3 Ampliatur secundo ex eadem lege, vt nec conditione furtiua teneatur.

4 Ampliatur tertio, vt nec lege Aquilia teneatur.

5 Infans igitur caret dolo, quia in eo non cadit furtum.

6 Caret culpa, cum non teneatur lege Aquilia.

7 Et consequenter nec statur de damnis datis cessante dolo & culpa in eo.

QVAESTIO V.

INFANS FALSARIVS.

1 NVMQVID infans incurrere potest crimen falsi? vtiq; non l. impuberem in princip. ff. de falsis. Sed circa illum textũ oritur difficultas, inquit enim, quod vix est ut falsum cõmittat, quod enim

2 vix est proprie, tamen & vere fieri dicitur l. vix. vbi Castrens. & Albe. notant ff. de iudicijs. textus ita arguens in cap. contracto de cognat.

3 spiritual. vbi Cardin. Zabar. notab. 2. num. 2. infert quod percussio dicitur probata, si testis dicat quod vix percussit, ad idem in cap. 2. eodem titu. lib. 6. vbi idem not. Fran. ad idem capit. postulanti de homic. sequitur ergo quod infans committat falsum.

4 Videtur posse responderi quod dictio vix multis modis accipitur, quandoque importat difficultatẽ bonus textus in l. rescripto §. cæterum ff. de muner. & honor. ibi sed etiã, vix de suo victu se substinere possint, qui textus vt hoc obiter dicam, facit cõtra ambitiosos pauperes ad Reipublicę administrationẽ anelantes, nam periclitatur substantia manibus pauperis commissa, vt ibi dicit Alberic.

5 Quandoque exponitur vix. i. nullo modo l. si iure. vbi Din. Alberic. & Bart. ita exponunt ff. de leg. 3. in l. intra vtile §. final. ff. de minor. vbi gl. sic exponit l. si seruos ibi, vix tuere potest ff. de pign. l. si seruus legatus §. qui quinque ff. de lega. 1. & c. Et hoc modo capitur ĩ hac lege impuberem, prout etiam sentit Reb. ad l. alienationis verbum. colum. 8. circa medium in verbo vix. ff. de verb signifi.

Consideratio secunda ad l. impuberem ff. de falsis.

Sed alia oritur difficultas ad d. l. impuberem, quia videtur ratio eadem cum dicto, primo enim dicit, quod impubes non cadit in edictum, & subiungit rationem quia non tenetur crimine falsi, quod idẽ est cum precedenti, & ita arguit cõtra I.C. glo. in l. fin. ff. de offic. proc. Cęsar. in l. labeo. ff. de vsucap. in l. qui interrogatus ff. de petitio. hær.

vbi Barto.rationem reddit,quia ratio fit ad declarandum dictũ quod non est si esset eadem cum dicto.

7 Hinc si testis dicat,scio,quia scio, non probat Castren.in d.l.labeo,& in d.l.qui interrogatus,Ias. in d.l. final.num.2.ff.de offic.procur.Cæsar.Bal.de testibus par.3.nu.9 pulchre Maran.de testibus in princip. nu.2.vbi valde inuehit contra Notarios dum in redditione rationis, dicunt, & dixit prædicta scire per ea quæ supra deposuit, quia depositio nihil valet, & quod millies op-

8 posuit,& est casus frequentissimus ad idem glo.in l.1.ff.de exceptio.& ibi Bart.& Castrens.notant Bald.in l.non omnium in prima lectura ff. de legibus.Crauet.consi.2.num.4. vbi tenet dictum testis non concludere, si dicat audiui vocem talis, quia eam notam habeo, quia ratio est eadem cum dicto.

Sed videtur quod in eo contextu tria principaliter ponantur,primum,quod est vnum assumptum, s.impubes in hoc edictum non incidit: secundum est ratio, quia falsum committere non potest: tertiũ est ratio rationis quia in eo non cadit dolus sine quo falsum committi non potest.

Consideratio tertia ad l.impuberem ff.de falsis.

Tertia oritur difficultas ad hanc l.impuberem ff.de falsis.cum dicat in impubere dolum non cadere.cõtrarium habetur ad l. impuberem ff.de furt.de hoc dicam suo loco inferius an detur infans doli capax.

9 Posset fortasse his verbis dari iste intellectus,quod cum dictio ibi nõ ponat causam, sed conditionem & tempus; puta quod non incidit in crimen falsi,si in eo statu sit vt dolo careat,obstat tamen regula Bart.in l.1.nume.8. in l.demonstratio §.1. num.10. ff.de conditio. & demonstratio.quod dictio cum,iuncta verbo præsentis vel præteriti temporis importat causam.

QVAESTIO VI.

Infans irregularis.

1 NVMQVID infans incurrit in regularitatem, vtique non,clemen.1.de homicid.Abb.in cap.1.nu.4.de homicid. & in capit. 1.num.4.de homicid.&in cap.1.de delict.puerorum. & Ioan. Brunell. in d.capitu.1.nume.181.Carret.in pract.§.circa 6.nu.2.

2 Et vsque ad annos octauos infans non dicitur irregularis Duenn.regul.259.num.3.Manno.de minor. capit.4.num.28.

Consideratio ad Clem.1. de homicid.

Sed non videtur congrue locutus Summus Pontifex,cum enim de homicidio titulum inscripserit cur in nigro de irregularitate: lex

3 enim conuenire debet titulo sub quo posita est l.imperator ff.de in diem addictione.Hinc dixit Barto.

4 in l.cum vir ff.de vsucapio. num.5. quod cum textus ibi dicat vẽditionem fundi dotalis non valere, intelligitur quoad vsucapiendi conditionem, & correspõdeat titulo sub quo collocata est.

5 Hinc etiam dixit idem Barto.in l.fin.ff.de condit. indeb. quod cum textus ibi dicat quod datum pro libertate ab eo, qui postea ingenuus repertus est,repetitur,exponit Bar. conditione indebite vt conueniat

titulo

3 Tria autem considerabit bonus & ęquus iudex, facti qualitatem, personæ, conditionem: vnde si eueniat delicti casus in masculo ante annum decimum cum dimidio, in fœmina ante nonum cum dimidio nõ iudicabit facile pubertati proximum immo raro nisi maxime in contrarium sint coniecturæ & indicia, sed post illam ętatem sic, nec ita vrgentes pręsumptiones exigit, sufficiunt enim mediocria signa. Couarru. de sponsal. par. 2. capit. 5. nu. 5. considerabit etiam qualitatẽ loci & regionis: nam pueros Normannos & Longobardos callidos appellat glos. in l. sequitur §. pupillus. ff. de vsucap versutos appellat Hispanos glo. in l. dotem C. de dolo Sclauones mortalium nequiores Odofred. in l. Iulianus ff. de action. emptio. Gomes. in §. sic itaque nu. 18. de actio. Catalanos proditores, & pacis fractores Bald. in cap. 1. de pact.

pact. Boer. quæst. 179. in fine Men. de arbitr. cas. 57. nume. 49. è contra gallos sui natura stolidos, syros auaros, scithas imanes, siculos acutos, asiaticos luxuriosos, Italos Regales, Hispanos, elatæ iactantiæ Iul. Mater. in Astronom. Petr. Crinit. de honest. disciplin. libro primo, cap. 7.

QVAESTIO XXIIII.

Minor famosus latro.

VIDIMVS de impuberib. & pubertati proximis videamus de maioribus annorum quindecim, iam puberibus effectis.

Quæro, nam de generali consuetudine famosi latrones, & de pluribus furtis imputati furca suspenduntur Vitalin. de malefic. rubr. de furt. nu. 10. Iul. Clar. §. furtum versicul. scias tamen, numquid hoc habebit locum in maiore quindecim, minore viginti, vtique non, sed minuitur pœna, & ita pluries in facto iudicatum testatur Caccialu. inter consil. crim. diuers. 92. Mazol. cons. 64. Fulgo. consil. 124. in fine & 157.

QVAESTIO XXV.

Minor de falsa moneta.

AN minori viginti quinque succurratur in crimine falsæ monetæ, vtique & aliàs fuit commutata pęna ignis in pecuniariam, & ita fuit Ferrariæ iudicatum ex consilio multorum iuris prudentũ Caccialup. consil. 92. nume. 4. inter crimin. diuersorum.

QVAESTIO XXVI.

Minor mandans in facie.

QVIDAM minor viginti quinque mandauit aliquem vt vulgo dicitur sfrisciari, mandatarius excessit fines mandati, & in capite percussit, & occidit an minor mandans teneatur de homicidio? & videbatur quod sic ad tradita per Felin. in cap. fin. de hom. vbi clericus mandans aliquem vulnerari secuta morte efficitur irregularis, quia ita mandando videtur fuisse in culpa cum debuerit cogitare euenire posse, cum vulnera nõ dentur ad mensuram.

2 Secundo quia nihil interest, an quis occidat, vel mortis causam præbeat l. nihil ff. de sicarijs.

3 Minori tamen ita mandanti succurritur nec pœna mortis, sed meliori punitur Maluat. inter consil. crim. diuers. 11. num. 25.

QVAESTIO XXVII.

SED dato quod minori non sit imponenda pœna mortis, sed minuenda propter ætatem, quæ pęna erit imponenda? & multorum fui opinio, quod reducatur ad pecuniariam 6. doctrina Bal. in l. data nume. 11. C. qui accusar. non poss. quam singularem dixit Castren. & secundum eam, hominem a morte liberasse ad l. nemo nu. 3. C. de episcopal. audient. in l. & si oneror nu. 5. C. ex quibus caus. infa. irrogat. Iaf. in l. 1. nume. 22. ff. de legib. in l. 1. §. quod prætor num. 3. ff. ne quis eum. Dec. consi. 92. num. 2.

Se-

Secundo per l. qui ędes & l. si fortuito ff. de incen. ruin. & naufrag.

Tertio allegatur l. si adulterium cum incestu §. Imperatores ff. de adulter. l gracchus C. eo. quem textum dixit notabilem Aret. in tract. malefic. in verbo & se defendendi num. 17. versicu. aduersus. Marsil. consi. 25. num. 22. cons. 68. num. 8. cons. 73. nu. 58.

Quæ iura allegat Marsil. consil. 24. num. 37. sed non probare quod imponetur pecuniaria sed solum mitius puniri, immo afflictiua corporis, sed non ordinaria.

Tamen hanc opinionem quod pęna debeat esse pecuniaria tantū, secutus est idem Marsil. consi. 30. n. 20. consi 47. nume. 54. Grammatic. decisi. 23. num. 13. consil. 36. num. 12. Carter. in sua pract. crimin. § 6. nu. 5. Nouell. in tract. ad defensam in princ nume. 35. Foller. in verbo pœnis debitis par. 4. num. 17. Rol. cons. 51. num. 40. volum. 1. Bertaz. cons. 118. num. 3. vbi de communi sed non, Roland. ab & allegatus & & cons. 143. num. 16. vol. 1. vbi pariter de communi quod solū debeat esse pecuniaria Paul. Meren. consil. 89. num. 75. & cons. 378. num. 6. & 492. num. 2. vol. 2.

Et vltra allegatos per Bertazzo, Dec. cons. 482. num. 15. verum superius allegati, non omnes concludunt de pecuniaria, sed bene quod non sit corporis afflictiua, & hoc credo verius & apud Olas. Pedem. 68. mulier illa licet minor ex grauitate delicti, & quia vilis fuit publice fustigata, & apud Veronen. cons. 30. fuit puer relegatus ad quinquēnium & sentit addit. ad Rom. sing. 3. quod pœna non sit præcise pecuniaria, sed non ordinaria nec corporalis.

Ampliatur hæc cōclusio in quocumque etiam maiore viginti, minore tamen viginti quinque. Zuccard. in rub. C. qui ad mill. num. 23. Menoch. de arbitrar. casu 329. nu. 19. cuius extensio ad statutum Ferrariæ aliquantulum dura videtur, si de pœna ibi apposita loquamur, qui ætati ibi expressæ proportionata est.

Propter tamen sceleris immanitatem, & grauitatē delicti ne dum minores viginti quinque, sed infantes & paruuli puniuntur pęna etiam ordinaria pro delictis aliorū in se innocentissimi §. item paruulos 1. quęst. 4. pulchre Luc. de Pen. in l. fine colum. 3. in princip. C. de exact. & execut. lib. 2. commendat. Tiraquell. de pęnis. caus. 49. num. 45. dixit valde notatu dignum Nouell. regul. 45. in fine.

QVAESTIO XXIII.

Minor mandans vulnerari.

MINOR annorū 20. mandauit famulo suo vt aliquē vulneraret an poterit puniri pęna Bannimentorum quibus grauis pęna mandantibus imponitur? vtiq; nō, sed alia pęna mitiori Bertaz. consil. 143. vol. 1. & sic pęnæ bannimentorum non ligant minores.

QVÆSTIO XXIX.

Minor homicida.

MINOR homicidium commisit an punitur pœna legis Cor-

Corneliæ vtique nō, sed alia mitiori; & pecuniaria secundum Bertaz. consil. 118. volu. 1. vide quæst. 27. Riminald. consi. 135. num. 10. crimin. diuer. Roland. consilio 77. col. 3. in fine versic. vigesimo, volum. 3. Marsil. in practic. §. quoniam num. 96. Grammatic. decis. 23. nu. 12.

Extenditur etiam in minore interficiente alium minorem ad lapides etiam non stante cōsuetudine, adhuc enim de homicidio non tenetur Veronens. consi. 29. num. 8. in fine colum. fin. in princ. vbi nec pęna corporali, sed exilio tantum ad modicum tempus.

Extenditur secundo etiam si extat statutum quod minor annorum sexdecim habeatur pro maiore decem octo adhuc enim mitius punitur Asin. inter consil. crimin. 110. nu. 12. to. 2. ad idem. Maluat. consi. 111. nu. 25.

QVÆSTIO XXX.

Minor falsum committens.

MINOR in publico testamento vel alibi falsum commisit an puniatur pena falsi vtique non, sed mitius Fulg. cons. 124. col. penult. in fine & vltra eum fuit de mente Bald. in cap. 1. in princip. nu. 6. de prohib. feud. alien. per Lothar.

Contrarium sentit Aluarott. in cap. 1. §. scriba num. 3. de prohibit. feud. alienat. per Feder. ea ratione, qa tale delictū prouenit ex animo.

QVAESTIO XXXI.

PONE quod minor fuit in pęnam ordinariam delicti cōdennatus, & sententia sit contra eum lata, poterit ne post sententiā opponere exceptionem minoris ætatis ad alleuiandum pęnam per sententiam impositam, vtique sic. ex doctrina Inno. in cap. significantibus, in fine de purgatio. vulga. sequitur Bald. in l. 1. num. 102. de confess. Veronensi. consi. 20. num. 2. & cautel. 252. similem dixit singulare Mars. singul. 72. in fine. Arno. Soliloq. 9. & 14. Ias. Dec. et alij in l. 2. C. qui testam. facer. possunt. Bal. in l. §. quod si actor C. de iuram. calumn. in l. ita demum num. 6. C. de procu. in l. error numero 14. C. de iur. & fact. ignor. Butr. in cap. fin. de confessio. Imol. in l. creditor §. iussus colum. 3. versicu. & pro ista de appellatio. Aretin. consi. 141. in primo dubio Alciat. regu. 3. præsumpt. 22. num. 7. Dec. in cap. 1. num. 2. de postulat. prælat. in cap. in 2. in princ. de probatio. Boss. de nullit. Banni. num. 4. Marsil. in pract. §. postquam nu. 47. in l. 1. §. si quis vltro nume. 93. de quęstion. Tiraqu. de retract. ligna. §. 4. glos. 1. num. 12. Neuizan. cons. 60. numero secundo, Cæphal. consilio 140. numero 7. pract. Corrad. in verbo contumacia in fine Roland. consi. 60. volum. 2. Natt. consi. 444. & hæc est magis communis opinio Corn. consi. 45. post numerum septimum, volumine tertio. Bonac. communis opinio in verbo contumax reus ob delictum Cattar. de executio. sentent. capt. bannit. capitulo tertio, numero vigesimo tertio, capitulo primo, numero 103. & 164. & hæc opinio non habet difficultatem Bertazzol. in terminis minoris ætatis post sententiam consi. 118. in fine lib. 1.

2 Et hanc opinionem credo verissimam etiam stante motu proprio Pij V. & similibus in casu quo non tollatur allegatio minoris ętatis cũ non obstante prægnantia verborum, de qua ĩ motibus proprijs adhuc doceri possit de innocentia rei, siue sit cęptus siue annus sit elapsus per euidentiam rei prout est minor ætas quæ etiam ex aspectu colligit Cart... de executio senten. capt. ban nit. c. fin. n. 44. & 260. Iul Clar. §. fi. q. 52. in prin. post Bal. in l. si quis testibus in fine C. de testibus. Arc. in tract. malefic. in verbo comparent nu. 23. Sebastian. Scacc. in sua prac. cap 97. n. 185.

3 Et licet pręfati Doctores omnes loquantur quando tractatur de an nullanda penitus sententia & pęna in ea contenta, prout in exemplis per eos positis: tamẽ idem credo dici posse si tractetur de pęna alleuiãda, & diminuenda nõ in totum tollenda, ex Bertazz. & alijs superius pro minori ætate adductis.

Et per tertium quoque hoc allegari & opponi poterit de communi Bal. in l. reos col. 5. vers. quæritur hic C. de accusatio Aret. consi. 146. col. 3. Ias. in l. 2. nu. 7. C. qui testam. facat. poss. Audr. Gail. de pace publica. lib. 2. c. 8. nu. 3. Anto. Gabr. de malefi. concl. 9. nu. 36. Misign. attestans in camera imperiali pluries obseruatum. Centur. 2. obser. 88.

QVAESTIO XXXII.

Minor insultans maior quatuordecim minor viginti.

NVMQVID minor puniri poterit pœna ordinaria insultus indicta a statuto vel bannimentis. vtique non, sed alia mitiori, leuiori, & pecuniaria solum Bertaz. cons. 492. num. 2. volum. 2.

Sed cur minoratur pœna in minore? quia spes est melioris frugis Tiber. Decian. consi. 24. numero 4. volum. 3.

QVÆSTIO XXXIII.

NVMQVID statutum pęnale cõprehendit minores? vtique sic, Bal. in quæstione ad statuta in verbo disponere clare Dec. in l. si qua mulier n. 2. C. de secun. nupti

1 Ampliatur hæc conclusio vt vera sit & procedat etiam in exorbitantibus a iure communi, additio ad Bertaz. 532. litera B. col. seq. lib. 2, dicens hanc esse magis communem opinionem.

2 Contrarium tenet Marsil. singu. 481. in fine Rom. singu. 816. nu. 2. inferens ad casum valde quotidianum, quod statutum prohibẽs ex-

3 tractionem Bladi non comprehendit minorem Roman. cons. 120. circa primum in prima dubitatione ad alium casum valde quotidianũ, quod statutum permittẽs capi debitorem ad instantiã creditoris pro

4 ut Tuderti non comprehendit minorem debitorem Natt. cons. 542. num. 13. lib. 3. Sfor. de restitutio. in integrum. q. 15. art. 7. num. 64. hinc etiam bannimenta prohibentia accedi ad molendinum sine bullettino non comprehendit minores l. si

5 ex causa. §. final. ff. de minor. quam singularem dixit Romanus singu. 816. Rauenn. singul. 282. Sfort. de restitutio. in integrum. quęstio. 15. articu. 7. numero 65. quęstione 80. art.

artic.8.num.67. quæst.82. artic.4. Cui addo Cremens.sing.30. vbi dicit perpetuo notandum Plac. in epitom.delict.capit.32. numero 9. vbi pariter valde commendat. Mannos.de minor.quest.8.in fine Rom. consi.130.numero 2.Viui.in Silua opinio 765. numero 23. Roland. consi.57.numero 6.volum.2.deci. Peru.80.n.8.Vnde quotidie Gubernatores faciũt bannimenta extractionum: vtique minores non cõprehenduntur Ioseph. decisio. Lucan. 17. numero 71. Afflict. ad constitution. regni in 2. par. titu. de restitution.minorum rub.38. nu.10.

Et ad ea quæ D.additionator ponit in loco citato ad consil. Bertaz. 532. responderi posset quod non loquuntur citati in pęnalibus: vnde si in casu Blanci. de compromissio. quæstio.3. num.39. comprehendit minores, ideo est, quia compromissa tendunt ad quietem, & concordiam, merito extenduntur.

QVÆSTIO XXXIIII.

DICIT decretum, Edictum, vel statutum quod minor annorum sexdecim habeatur pro maiore annorum decem octo, an ex hoc debet mitius puniri. vtiq; non, cum statutum recipiat interpretationem passiuam a iure communi l.2.cum ibi notat. C. de noxal. cap. cum dilectus, de consuetudi. Asini. inter consil. criminal.110.numero duodecimo, libro secundo.

2 Nec decretum vel constitutio, quod minor habeatur pro maiore operatur in loco in quo non est publicata. Rimin.cons.135. num.28. part.1.

QVAESTIO XXXV.

Minor annorum 16. de raptu.

CASVS est notabilis apud Cuman.consil.85. quidam accedẽs ad quandam ecclesiam extra ciuitatem inuenit puellam annorum duodecim pecudes pascentem in via, proiecit eam in terram, leuando per aliquos passus de via, in qua erat, cumque clamaret puella, extracto cultello posuit super gulam, minando mortem, & ita nixus fuit eam, carnaliter cognoscere, emittens semen in cruribus suis, sed non potuit eam resistentem corrumpere.

Et videbatur prima facie puniedus vltimo supplicio, vti raptor l.raptores C.de episc.& cler.l.vnic. de rapt.virginum.

Contrarium tenuit verius Cremen.in citato iam loco, quia non dicitur vere rapere, qui adducit de loco, ad locum, gratia commodioris vsus Gandin.de multis quæst. concernent.statuta num.19. Alber. in 3.par.statut. quæst.31. incip.itẽ pone Castren.in d.l.raptores col.1. Marsil.dicens singulare in d.l.vni. nume.12. & singul.65. Guid.Pap. singu.107.raptus Boss.de rapt. mulierum num.3.Iul.Cla.in §. raptus in princ.Tiber.Dec.tract.crim.lib. 8.cap.7.nu.31.to.2.

Præterea vti minor excusatur a pęna ordinaria raptus & mitius punitur, sequitur Tiber.Dec. tractat. crimin.lib.8. cap.13. limit.31.nu. 33.tomo 2.& est consilium quod frequẽtissime allegatur in materia minorum ad excusandum eos, &

sumus in facto grauissimo attentis circumstantijs facti, ibi appositis, & tamen ibi, minor excusatur.

QVÆSTIO XXXVI.

CASVS est valde notabilis apud Dec. consilio 535. in muliere, quæ per plures reiteratas vices abortum commisit, & in Cloacam proiecit, qua pœna puniri debet: nam leges in hoc varie loqui videntur, nam in l. diuus, de extra crimin. abortus pœna extraordinaria imponitur, qui textus videtur a Doctoribus intellectus in faciente partem abortiuum ante quadraginta diem, quia non est animatus, vt ibi glo. & Barto. animaduertunt, & ibi Bologn. in nouis interpretationibus dicit eam glos. valde singularem, Alberic. in tract. statutorum parte tertia, quæstio. 59. Signorol. consilio primo, numero 15. Fel. in capitu. at si aliquis de homic. Marsil. in l. si mulierem ff. de sicar. Did. in clem. 1. de homicid. par. 2. §. 1. numero 3. Plac. in epitom. delict. cap. 26. num. 8. Tiber. Dec. dicens communem intellectum lib. 9. capit. 8. num. 13. tomo 2. Iul. Cla. §. fi. quęst. 68. versic. abortus. & ca l. Cicero ff. de pœnis punitur pęna mortis concurrente pecunia ad idem l. penult. C. de sicar. l. si quid §. qui abortiuis ff. de pœnis.

Quidquid tamen sit, minor excusatur & mitius punitur, etiam si solita sit, & per plures reiteratas vices sequitur Osasch. Pedem. 60. Menoch. de arbi. cas. 357. nu. 20.

QVAESTIO XXXVII.

Minor sodomita.

NEFANDVM sodomiæ crimen, minores vt plurimum committunt, numquid eis ex ætate pœna minuitur? vtique sic Socin. cons. 7. in fine libro 3. sequitur Menoch. de arbitrar. cas. 286. numero 19. & casu. 329. numero quinto. Rolandus consilio 77. numero 16. volum. 3.

QVÆSTIO XXXVIII.

Minor cognoscens carnaliter Iudæam.

NVMQVID minor christianus cognoscens carnaliter iudæam excusabitur a pœna ordinaria? vtique sic, Alciat. resp. 458. in fine.

QVÆSTIO XXXIX.

Minor ioculator.

MINOR exercens artem ludicram vel ioculatoriam, non efficitur infamis l. penul. C. ex quibus caus. infam. irrog. vbi Bal. not. quod licet ioculatores non possint promoueri ad sacros ordines, excusatur tamen minor.

QVÆSTIO XL.

Minor apostata.

NVMQVID minor persuadēs baptismatis reiterationē excu-

excusetur; vtique sic iuxta tamen cap. 2. de apostatis.

Minor vxoricida.

Succurritur & minori in vxoricidio, vt solum teneatur pœna iuris canonici tantum, scilicet, ne aliam ducat can. inter factores 32. quæst. 3.

QVAESTIO XLII.

Minor de pace rupta.

NVMQVID minor tenetur de pace rupta, & videbatur quod non, cum minor teneatur de pace rupta si non est stipulatio pœnalis apposita Bal. in l. pater curato
1 ris C. de pact. ergo data stipulatione penali non tenetur pro vt præsupponitur, in duobus igitur casibus tutor, & pupillus eo authore facere possunt pacem, vel quando non est apposita penalis stipulatio, vel quando pupillo expedit ad tollendas rixas Plac. dicens communem in epitom. delictorum capitu. 45. num. 7. Vulpell. de pace quæst. 18. licet aliter teneat. Martin. de tregua & pace q. 48. in fine.
2 Secundo facit dictum Marsil. ad l. infans num. 14. ff. de sicar. vbi minor contraueniens paci factæ excusatur nec tenetur.
3 Contrarium est verius vti per consilium Maceratense 150. num. 41. & 42. vbi etiam tenetur pœna pacis ruptæ.
4 Limitatur hæc conclusio, in pace valida & subsistente; alias non, quia quod nullum est, non præiudicat Thob. Non. consil. 152. Philip. de Vbal. cons. 153. Ludo. sensi. cōs. 155. in 1. vol. crim. Zilet.
5 Et ratio, huius limitationis esse videtur, quia pax nulla, nomen pacis non meretur l. 4. §. condemnatū ff. de re iudicat. cum late congestis per Prosperum Farinacc. quæst. 16. num. 45.

Verum in hoc aliqualem dubitationem facit, & faciunt ea quæ late cōgerit Vant. in tract. nullat. in titu. quotiens, & intra quod tempus numero 53. vbi contraueniens
6 actui nullo pœnam incurrit siue concurrat dolus siue culpa tātum, ea ratione, quia in similibus non iuris effectus, sed animi distinctio sola consideratur, vt per eum ibi numero 60.
7 Hinc clericus in sacris constitutus contrahens matrimonium cū consanguinea, & sic nulliter, nihilominus beneficia perdit, Brixiens. q. 10. Cardin. Imol. & Abb. in c. 1. de cler. coniugat. Rom. consil. 483. num. 6. dixit singulare, & menti tenendum Marsil. consi. 386. num. 3. Crauett. consi. 191. num. 7. staphile de litteris gratiæ fol. 75. Barbat. consi. 11. colum penult. versicu. accedat præterea simile vol. 1. Ias. in l. vbi pactum nu. 25. C. de transact.
8 Et hæc conclusio est adeo, vera, vt intelligatur priuatus ipso iure siue scienter siue ignoranter ita contra Dec. cons. 166. tenet Couar. in epitom. de sponf. par. 2. cap. 6. §. 3. colum. 5. sub num. 4. dicens hanc opinionem esse veriorem & magis communem cum Dec. tamen tenet Tiber. Decian. tracta. crimin. lib. 6. cap. 12. num. 5. to. 2.
9 Est etiam vera etiām cum impubere contraxerit, & matrimonium non fuerit consummatum Rot. decis. 102. in antiq.

16 Est etiam vera etiam si antequã vxor cognoscatur, clericus monasterium ingrediatur Sum. Angel. in verbo clericus.

11 Hinc etiam, ex iuramento nullo contrahitur periurium Bald. in cap. tua nos nume. 11 de iur. iurand. commendat Ias. ad l. vbi pactum num. 25. C. de transact. Dec. consil. 536. col. fin. Crauet. cons. 91. nu. 7. Bald. in l. non dubium column. 11. versi. ex prædictis conclude C. de legibus in l. 1. colum. 1. versic. consuluit tamen C. de non nume. pecun. dicens hanc partem tenuisse sanctum Thomam Angel. in authent. a moriente præstet colum. 1. Castr. consil. 70. viso puncto colum. vlti. Marsil. consi. 9. num. 40. Serafin. de iuram. priuileg. vlt. nu. 3. Riminal. cons. 89. num. 1. volum. 1. Soc. iun. consil. 125. nume. 3. volum. 3. Bero. consi. 18. volum. 1. Port. consil. 89. vol. 1. Cagnol. ad l. si quis maior numero 111. C. de transactio. Tib. Decian. libro 6. cap. 11. num. 6. tom. 2. Serafin. de iuram. priuil. 174. nu. 3.

12 Tertio, testis deponens falsum quamuis nulliter punitur pęna falsi Bald. in l. iurisiurandi C. de testibus in l. fi. C. si ex fals. instrum. Fel. in cap. ex tenore de testibus. Cin. in l. 1. C. de sepulcr. violat. Ioan. Andr. in regu. non est sine culpa in mercurialibus, & licet Corn. consi. 182. colum. penult. volum. 4. quem sequitur Roland. consil. 38. num. 22. volum. 1. aliter teneat etiam in pęna stellionatus, tamen hæc est communis opinio Gand. in rubr. de fals. colum. 4. versic. subijciamus & col. 9. versi. item quasdam, & ita in practica seruatur Alber. in 2. par. stat. quæst. 147. Marsi. ad l. 1. §. pręterea. num. 29. de sicar. Menoch. de arbit. casu 306. num. 16.

13 Bartó. ad l. post legatum nu. 2. ff. de falsi. distinguebat aut est defectus in contractu seu contento, vel instrumento, seu continenti: si est defectus in contractu, sed instrumentum habet suas debitas circunstantias & solennitates & tunc notarius cõmittit falsũ, secus si defectus non sit in contractu, sed in instrumento, tũc notarius non punitur, sequitur Soc. consi. 104. col. 2. libro 2.

14 Alibi distinguebat idem Batt. in l. quid ergo. §. cum autem ff. de infam. quod si lex respicit factum in se & hoc habeat debitam formã si peccet in alio, tamen falsum committitur, puta testamentum habet suam debitam formam, sed peccat in prætentione filij vel simili, nuptiæ habent suam debitam formã, sed peccaret in cõsanguinitate, vel si mihi, in similibus falsum & peccatum committitur, sequitur Bald. consi. 294. colum. 1 lib. 2. Rui. cõs. 85. num. 3. lib. 5. Boss. de fals. n. 89.

Si tamen priorem opinionem sequi malimus, limitatur secundo, vt non teneatur minor ad pœnas legales nec bannimentales, nec ex constitutionibus Marchiæ, sed in his minoratur pœna Prosper Farinac. quæst. 16. num. 48.

Declaratur in pœna conuentionali in contractu pacis, ad quã minor tenetur, nec in hoc dicitur læsus nec restitui meretur. Bald. in l. 1. C. de in integrum restitut. minorum Salicet. Alex. & Ias. in l. pactũ curatoris. C. de pact. Afflict. in constitut. Siciliæ minorum iura col. 3. num. 6. in cap. 1. §. iniuria col. final. versi.

versi.& in tantum de pace iuramento firmand. Gomes.de delict.cap.3. de homicid.num.66.Nouell.in practic.§.fi.numero 99. Crot. ad l.4.§. Cato num.100.ff.de verb.oblig. & hanc dicit magis communem collegium Maceratense in citato consi. 150.num.10.& 15. Simonc.de decret.lib.2.titu.6.inspect.16.num. 144.Lambarteng.de contract.mulierum glo.1.num.348.Io.de Ami. consil.88.nume.1.Natt.de bann.in 3.par.n.34. Nicol.Moron.de treg. & pace.quæst.48.num.4. Sfort.de restitutio.in integrum quæstio.85. artic.7.num.45. vbi pariter de magis communi. Prosper.Farinacc.q. 16. num.56. nec discentit Vulpell. de pace quæst.18.vers.sed cum Bal.

Ampliatur hæc declaratio, siue sit pax facta cum certo, delinquente, siue cum incerto, siue tutor qui pacem fecerit, confecerit inuentarium siue non, siue sit tutor generalis siue specialis consil. Maceratense vt supra numero 62. & licet Iul. Clar.& Boss. circa specialé vel generalem tutorem varient, loquũtur tamen circa loci consuetudiné.

QVAESTIO XLII.

SED numquid minor effectus maior, poterit puniri de delicto in minori ætate commisso? vtique non, quia attenditur tempus commissi delicti glos.in l.sciunt in verbo moritur, versicu. & est ratio C. de legit.hæredit.quam singularem dixit Marsil. ad l.infans nume. 15. C.de sicar.in l.de minore num. 62. ff.de quæst.in l.si quis te C.de sicar. Rom.consi.40. sing.574. Carrer.§. 6.num.8.Plac.in epitom,delict.lib. 1.cap.32.sub nume.10. facit l.1.ff. de pœnis.Bart.in l.omnes populi numero 48.ff.de iust.& iur.Abb.in c. vlt.de sentent.excommun. Duenn. regul.259.amplia.8.de communio Clar.q.60.vers.sed numquid.

QVAESTIO XLIII.

REGNI constitutio disponit si quis aliquem, de percussione illicita quod percutiens aliqué cum armis amittat manũ, qua percussit, si percussus nõ moriatur, pone quod iudex habet punire minorem vel senem, poteritne pœnam minuere? vtique sic.Bal.in l.quicũque C.de ser.fugitiu. argumento l. qui postremos ff.ad Sillan.Ioan. de Arn.comment.11.

QVAESTIO XLIIII.

NVMQVID minor poterit banniri vel foro iudicari? & vtique non, Bal.in l.clarum nume. 4.C.de authorit.præstand.in l.vnic. C.de conclu.nume.16. versic.iuxta hoc quæro, adultus vbi declarat hoc verum in pupillo, secus in adulto, & hoc fortasse verius: & sentit Natt. de bannit. in prima pat.primi temporis quæstio.1. vbi etiam dicit minorem comprehendi sub statuto quod contumax habeatur pro cõfesso, sed datur restitutio. Afflict.in constitutio. minorum iura. in 5.notabili.Foller.in pract.in verbo,&,si confitebuntur n.7. Matth. decisi.74.& 793.p.1.pulchra Natt. consi.540.& 542.vbi late se extendit.Carrer.de homic.§.circa & tertio num.10. Aretin.in tract.malefic. in verbo qui iudex Comisilbanum

quod possit opponere exceptionē minoris ætatis ad impediendum executionem sententiæ.

QVAESTIO XLVII.

QVÆRO de intellectu illorum verborum l.auxilium §. in delictis ff. de minor. ibi, nisi quatenus miseratio ætatis, ad mediocrem pęnam iudicem perduxerit; quid talia verba importarent.

Vna fuit opinio quod minor regulariter punitur pęna ordinaria delicti commissi ita Alberic. ibi, Bal.in l.quicumque columnn.5. vbi Salicet.colum.7. C.de seruis fugit. in l.quid ergo §. pœna grauior in 2.lec.ff.de infam. numero 2.Anan. in cap.sicut de iudic.colum.penult. Dec.in l.fere num.3. ff.de regu.iu. Sfort.de resti.in integrum parte 2. q.81.artic.1.num.20.

Et hoc etiam in atrocissimis ampliauit Ioseph.de Ludoui. Rot.Lucan.17.numero 74.quem sequi videtur Prosper. Farinacc. quæst.16. numero 49.Maurit.de restitution. in integrum capitu.113. num.16. Grammatic.super constit.regni titul. de restitut. minorum nume.7. vbi attestatur ita decisum Duenn. regul.259.limit.secunda.Ancar.in capitu.primo,numero 4. de delict. puerorum,& hęc videtur verior,& magis recepta opinio quamuis cōtrarium tenent Castrens. in dict.§. pęna grauior colum.1.& ibi Barto. columna penult.Alexand.in l. & si seuerior ex quibus caus. infam. irrogetur Tiraquel.de pen.caus.7.

Cui addo Grammatic. quæstio, 23.num.10.Plac.in epitom. delict. cap.32.nume.6.& 10.Boer. quæst. 65.num.6.quæstio.254. nume.20. quæstio.63. numero 6.Maurit. de restitut. in integrum capitu. 153. colum.3.Gomes.tomo 3. capitu.1. numero 63.

Fallit vt ratione minoris ætatis, iudex pęnam minuere possit glos. in l.impunitas C. de pęnis, & in d. §.in delictis in l.1.C.si aduer.debet in capit.de senten. excommun.Bal. in l.&, si minorum C.ex quibus caus.infam. irrog. numero 4. Azo. in rubr. C.si aduers.delicti. Fulgos. consi.157.colum.2.sub numero 3. Cremen.cons.95.in fine Dec.& Cagnol.in l fere ff.de regu.iur. Marsi. singul.628.Riminal.sen.consi. 24. numero 37.consil.30,&117. lib.2. Aretin. de malefic. in verbo scienter & dolose n.12. Caccialup.inter consil.Zilett.93. dicens ita practicari Rimin.consi.135.num.10.Anton. Galial.eadem constitut.consil. 111.Gomes.varia. resolutio.tom.3. cap.1.numero 62. vbi de communi Carrer.in pract.Cart.163.nu.2. Boss.de homicid.numero 69.Alex. consil.160.numero 8. lib.Mantua. consil. quartodecimo,numero 39. Socin.iun.consi.7.numero 5. libro 2.Marant.in quarta parte, numero 89.Cassane.in consuetud. Burgun. rubri.1.§.5.Cart.45.Tiraqu.de pęnis caus.7.Roland.consi.51. numero 42.volum.1.consi.77. volum.3. Grammatic. decis.23. numero 12. Pedemon.60.numero 8.de communi Clar.quæst.60.Menoc.de recup. remed.9.num.49.& de arbi. Cent. 3.cas.286.nu.19.& cas.329.& 316. num.31.Sfort.de restitutio.in integrum parte 2.quæstio.80.articu.9. colum.

colum. 1. in fine versi. in contrariũ. Vltra quem limitatur vt non procedat in minore solito delinquente, cui pęna non minuitur Calder. ad l. si curatorem habens in verbo vel aduersarij dolo num. 50. Carre. in pract. can. 163. num. 5. & solitus delinquere quis dicatur, posui in tract. locat. & conduct. titu. de merced. omiss. nume. 25. dummodo incorrectionem in minore induxerit & sic puto conciliari posse ad id qđ not. Ioseph. rot. Lucan. 17. in fine quæ vult. in minore reiterationem non grauare delictum, hoc credo verum nisi minoré ad incorrectionem induxerit quia enormissimus est ille casus Rotæ Lucanæ & tradit Rimin. consi. 245. num. 3. lib. 3. Prosper Farinacc. quæst. 23. nu. 34. ex reiteratione augeri pœnam in minore, quod credo verum quando ad incorrectionem induceret.

Limitatur secundo vt ætatis cõmiseratio habeat locum in minore quatuordecim tantum Vulpell. respon. 101. num. 14. attestans ita Romæ seruari, & pluries iudicasse, sed cõsidera casus superius annotatos.

Limitatur tertio notabiliter in delictis spiritualibus, & contra naturalem humanitatem hominum pro vt hæresis, simonia & similia Butr. in cap. ex litterarum num. 11. de apostat. dicens bene notandum.

QVÆSTIO XLVIII.

DISPONIT statutum Ferrariæ vel alterius loci quod minores annorum quatuordecim mitius puniantur puta Ferrula, vel alijs similibus leuioribus castigationibus: quid in minoribus viginti quinque, & maioribus quatuordecim an, a statuto censentur exclusi ne leuius puniantur pro vt ius cõmune dictat? vtique nõ dictum est notabile Zuccard. in rub. C. qui admitt. nume. 23. dixit valde notabile Menoch. de arbitr. casu 229. nume. 19. de quo superius dixi, & dubitaui de hoc.

QVAESTIO XLIX.

CASVS est notabilis, & valde singularis quod statutum etiam generaliter loquens puniens vel prohibens id quod non est prohibitum de iure communi non cõprehendit minores cap. 2. de delict. puerorum dixit singulare Roman. singul. 816. Curt. iun. in l. postquã liti in fine C. de pact. consi. 8. in fine Neuizz. consi. 17. num. 77.

Quod facit ad bannimenta prohibentia extractionem bladi vt nõ comprehendat minorem pro vt superius dixi.

QVAESTIO L.

Minor an pœna legis si quis in tantum C. vnde vi. teneatur.

NVMQVID minor tenebitur pęna legis si quis in tantum C. vnde vi. plures uidentur cõsiderandi casus: primus est in infante qui ea non comprehenditur, cũ quidquid videt, ignoret uribus in princ. de infante adductis.

Secundus casus est in pubertati proximo vel iam effecto pubere, & tunc tenetur pęna legis si quis in tantum C. vnde vi, vt ibi probauit glos. & eam secutus est Alexander consi.

consi.103.nu.18.lib.1.dicens hanc esse magis communem opinionem.

Ampliatur ex mente Alex. ibi. vt nec competat restitutio in integrum, ex quo sumus in faciendo & circa errorem iuris naturalis.

Declaratur hic secundus casus quando hic pubes inuasit possessionem credens sibi licere: tunc enim ob iustam causam restituitur iuxta l.1.C.si aduers.delict.sic Bar.ibi nu. 3. Alberic.colum.2. Sal.quæst.4.in fine Alexander dict.consil.103.numero 19.

Et minorem restitutus cum dabat operum rei quam credebat licitam, respondit Alciat.respon.458. num.2. probare igitur debet illam credulitatem cum excusatio quæ fit circa actum illicitũ, probari debeat Bald.consi.79.in fine lib.2. Castren.consi.418.col.3.lib.1.pulchre Crauett.cons.35.num.8.

Circa restitutionem vero in integrum recepta: videtur sententia ad hanc l.si quis in tantum, si fuit inculpa vel dolo præsumpto tunc detur restitutio: si in dolo vero, non Sfort.de restitut. in integrum par. 2.quæst.82.artic.6.

Quæ restitutio datur ad damnũ inuasionis & remissionem pęnę Rofred.de libell.p.7. super constitutione ista num.18.

Declaratur secundo vt iste sic adultus, adhuc non puniatur pęna ordinaria sed alia mitiori iuxta superius adducta Menoc. de recuperan. remed. nono, numero 49. vbi subdit post Rofred. quod licet mitius puniatur, tenetur tamen ad restitutionem possessionis, & hoc valde ęquum videtur.

QVÆSTIO LI.

Minor lacerans instrumentum coram iudice.

LACERANS instrumẽtum multipliciter punitur, primò, stat iuramẽto aduersarij de cõtentis in eo, secundo punitur extra ordinem, tertio datur iuramentum in litem Bal.in l.1.num.2. C.de fid. instrumen.Boer.quæst.292.in fine Rom.con.346.num.12. Plot.de in litem iurand.§.31. num.3. Menoc. de arbitr.cas.309.num.7.

An hoc vendicet sibi locum in minore præfati scribentes non ponunt, sed vtique sic Dec.consi.521. nu.17.vbi tollit etiam beneficium restitutionis in integrum.

QVAESTIO LII.

Mulier minor nubens infra annum luctus.

AN mulier minor nubens isfra annum luctus incurrat pœnas secundo nubentium? vtique sic ex quo delictũ in faciẽdo consistit, Dec.in l.1.nu.2. C.de secund. nupt.

QVAESTIO LIII.

Minor ex l.meminerint C.vnde vi.

NVMQVID minor tenetur pęna legis meminerint C.vnde vi, vtique sic, nec contra agentem, dominij exceptionem opponere poterit, ita ibi glos.in verbo reddatur, vbi Bartol.num.21. & ibi sequuntur Bald. & Salicet.ex verbis con-

QVAESTIO LVII.

Minor de dolo presumpto.

NVMQVID minor excusatur a dolo presūpto? duo sunt casus, vnus a dolo præsumpto præterito, alter a dolo præsumpto futuro, primo casu excusatur, secundo casu non, nisi afferat damnum de præsenti Bart. in l. auxilium num. 1. ff. de minor. in l. 1. ff. de minor. in l. 1. §. nunciatio numero 32. ff. de no. ope. nunciat. in l. si ex causa §. nunc videndum ff. eod. glos. in l. vbi ff. de eden. vbi Angel. nume. 2. Alexand. num. 3. Ias. num. 6. dicens illam gl. quotidie allegari Alberic. in l. 1. §. eos qui ff. de edend. Castren. in l. 2. num. 2. C. si aduers. delict. in l. si alterius in fine C. si minor se maior. Ias. in l. 1. §. æditio. ff. de edend. Ruin. in d. §. nunciatio num. 115. vbi Crot. nu. 86. Natt. ad l. hac consultissima §. ex imperfecto num. 22. C. de testamen. Abb. in cap. 1. num. 9. de dolo Dec. in l. contractus num. 44. de regu. iu. Osasch. Pedem. 87. in prin. Afflict. decisio. 370. numero quinto, Sfort. de restitu. in integrum. q. 83. artic. 4. & 5.

Vnde contra adultum doli capacem datur iuramentum in litem ex delicto in faciendo Ploc. §. 39. n. 11.

QVAESTIO LVIII.

Minor periurus.

NVMQVID minor pubes obligatur iuramento? vtique sic, & cōtraueniendo efficitur periurus, & est communis opinio de qua Abb. consilio 39. numero 1. volum. 1. Bonacoss. commun. opin. in verbo pupillus.

Pœna l. si quis maior.

Pœna tamen legis si quis maior C. de transactio. non habet locum in minore viginti quinque annor. Bero. consilio 57. numero 12. vol. 3. impubes autem de periurio non tenetur Ias. ad l. qui iurasse numero 3. de iureiurand. Calder. consi. 8. de iur. iurand. glos. in cap. ex litteris 2. de sponsal. Tiber. Dec. tract. criminal. libro 6. cap. 11. numero quarto, tom. 2.

QVAESTIO LVIII.

Minor hæreticus.

NVMQVID iuuenilis ætas excusabit in crimine hæresis? vtique sic Brun. de hæretic. libro 5. capitu. 19. Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 5. capitu. 37. numero 48. tomo 1.

QVAESTIO LIX.

Minor contumax.

AN minor possit dici contumax? vtique sic tam in ciuilibus, quam criminalibus causis Ias. ad l. neque impuberes ff. de in ius vocand.

QVAESTIO LX.

Minor mendax.

MINORES de facili præsumuntur dicere mendacia Alciat. regu. 1. præsumpt. 42. nu. 5.

QVÆ-

QVAESTIO LXI.

Minor leno.

MINOR de lenocinio punitur Alberic. ad l. si maritus la seconda §. lex iulia ff. de adulterijs.

QVÆSTIO LXII.

Pœna minorum.

SOLENT autem pueri doli capaces, & quam maxime maiores annorum decem, & minores 14. ferula castigari Bal. de q. c. 1. n. 4. Gãd. in tit. de pœnis reorum n. 30. per l. 1. ad Sill. & l. 2. de termin. not. Sfor. de restit. in integrum q. 79. artic. 7.





VINCENTII CAROCII I.C.

Singularia FERME OCTINGENTA, & practicabilia in iudicijs, ab alijs iura profitentibus non posita.

Virginis implorato auxilio.

SINGVLARE I.



N contractib. nõ receditur à propria significatione, & in legatis attenditur mẽs. & vsus patrisfamiliæ, vnde si lego vestem muliebrem, non venit ea, qua vsus est testator, licet muliebris sit: secus in promissione. In qua vsus legantis non mutat l. inter vestem ff. de aur. & argen. legat. l. si mihi, & libro §. fin. ff. de verbor. obligat. vbi Castr. dicit esse casum peregrinum, sæpe occurrere, nec de facili reperiri, & id ibi valde commendat Iason, vnde videmus quòd vxor habet annulos, aliquem defert maritus, in legato muliebri non veniet, in contractibus sic, vnde si hæredes transigant, & fiat mentio muliebrium, & iocalium venient etiam ea, quibus promissor vsus erit, licet possint alio modo dicta iura conciliari, quia in l. si mihi, & Titio §. final. vsus sit stipulator verbis prægnantibus, & generalibus per dictionẽ quæcumq; secus in l. inter vestem.

SINGVLARE II.

SOCIVS reddens rem communem meliorem non repetit expensas a consocio. casus singularis in l. parietem ff. de seruit. Vrba. prædiorum, quem numquam obliuiscendum, & semper cordi tenendum dixit Pet. de Vbal. part. 6. q. 4. col. 2.

colum.2.in fine Veronen. de serui. Vrban.prædiorum cap.59.tit.de refect.col.4.circa medium.

SINGVLARE III.

MVTVANS accipienti nomine alterius obligat eum, cuius nomine afferitur, quatuor concurrentibus, assertione quod nomine talis, & ob talem causam: Secundo quòd causa appareat: tertio, quod non detur excessus in dádo, quarto quod locus sit aptus, & idoneus l.fin. vbi Castrens.dicit casum singularissimum. ff.de exercitor. & dicit quotidie in facto euenire. Hinc guardianus, asserens, accipere pecuniam mutuo pro induendis fratibus, nisi concurrat, quod oportebat indui fratres & non fuit mutuatum vltra quam necesse est, ecclesia non tenetur Castren.in l.1. §.non autem nu.7. ff. de exercitor. casus applicabilis,& frequés in pecunijs mutuandis,ad idem Bal.in l.1.nume.16. C.si aduers. credit, vbi valde exclamat de coniecturis huius notabilis contextus.

SINGVL. IIII.

VENIDTOR non tenet de euictione, ex compromisso emptoris l.si dictum §. si compromisero,ff.de euiction.limitatur singulariter, nisi venditor promisisset de euictione per verba generalia, prægnantia. .quomodocumque, & qualitercunque.glos.singularis. in l.cum antea ff. de arbitr. quam singularem,& valde notabilem dixit Aretin.in §.fin.num.5.institut. de contr.emptio. Alex.consi.4.n.3. in l.si domus §.de euictione ff.de legat.1.Gozad.consi.14.numero 22. cons.63.num.9.cons.1.numero 19. cons.76.num.3.cons.82.nume.18. Grat.valde commendans cons.163. num.22.volum.2.Riminal.consil. 362.nume.6.volum.2.Ias.ad l.fideiussor §.prętor ait,numero 4.ff.qui satis cog.Socin.ad l.quidam relegatus ff.de rebus dub.Dec.consi.287. in fin. Alexand. ad l.cum hæreditas colum.2. ff.ad Trebellian. Fel.in c. 1.colum.final.num.57.versi. tertio limit. in capit.quæ in ecclesiarum, num.45.de constitut. Cur.iun.consil.1.col.2. Bal. cons.215. Quatuor lib.1.447.lib.2. Alex.in l.si vnus in princ.ff.de pact.in l.manifestæ col. 2.de iur.iurand. Veron. dans pro cautela notabili cautel. mihi 98. Caball.de euictio. §.5.numero 19. Marsil.cons.80. numero 43. Alex. ad Barr. in l.exceptione littera B.in fine ff.de fideiuss.inhærens per hæc verba venditoré teneri de euictione, & per sententiam latam nullo iuris ordine seruato,ad limitationé l.si per impudentiá de euictio.Barbac.cons.12.col.8. volum.1. Burg. in cap.fin.col.8.de empt.& vendit. Rebuff.ad l.creditorum colum.1. in fi.de verbo.signif.Declara tamé hoc singulare dictú in arbitrio de iure tantum,& data scientia venditoris, non autem in arbitratore. Diduc.var.libro tertio,capitul.17. numero septimo, addo Bald.in l.2. numero sexto,C.de pericul.& commod.rei vendit.Imol.in l.si domus, §.primo,numero primo,ff.de lega. 1.Gra.consilio vltimo,numero 22. lib.2.

SINGVL. V.

CONuenticula . . . in dubio nō prę sumitur, sed casualiter & nō ex proposito hoīes fuisse coadunatos, dictū est Singular. Bald. in l. 1. in lectur. antiqua. ff. de . . . corrupt. Alex. ad Bartol. in l. in furti §. ope ff. de furt. Ancar. conf. 217. Marsil. in l. 1. nume. 54. C de rapt. Virgin. in l. final. nu. 17. ff. de quæstio. Feli. in cap. sicut dignum sub num. 6. de homicid Angel. in tract. malefic. in verbo Astitit, col. fi. Boss. de homicid. nu. 21. & 25. Menoch. de arbitr. Cas. 349. sub num. 6. immo statur simplici iuramēto, quod non ad malum finem se coadunauerint. Nonius. consil. 94. alias 96. nu. 4. & 5. Moscard. in verbo conuenticula in fine.

Limita nisi ex circunstantijs, in processu apparentibus contrarium appareat Gramat. consi. 32. Carrer. in §. si homicidium 3. num. 55. fol. mihi 72.

SINGVL. VI.

PACTVM de dotandis filiabus de bonis communibus societatis intelligitur de prima vice, & primo matrimonio tantum. Textus est singularis in l. si socius ff. pro Soc. quem singularem dixit ibi Fulgos. nu. 6. cōmendat Luc. de Penn. in l. si quis decurio, colum. 2. versic. idem videmus C. de decurio. lib. 10. Ancar. consf. 404. col. 3. vers. facit l. si socius. vbi notabilem appellat, singularem, & Peregrinum dixit Ias. in l. duobus §. & qui num. 5. vers. 3. facit ff. de iur. iurand. & Paucis notum dixit idem Ias. in l. diuortio §. quod in anno, num. 13. vers. pro cō firmatione ff. solut. matrim. in l. inter stipulātem §. sacrum sub nu. 27. ff. de verb. obligatio. consil. 36. col. vltim. lib. 3. vbi solemnem appellat. pulchre Soc. consil. 291. col. 5. lib. 2. Tiraquel. ad l. bonas §. hoc sermone in princ. nume. 10. limit. 9. numer. 4. Petr. de Vbal. de duobus fratr. part 6. quæst. 10.

Ampliat ad statutum Bald. in l. fi. nu. 8. C. de dot. promiss. vbi pariter illum textum notabilem appel.

Facit ad prędicta l. dotis promissio. l. stipulatio. de dot. ff. de iur. dot. l. matrimonij. ff. qui, & à quibus l. cum pater §. pater certi. ff. de leg. 2.

SINGVL. VII.

PACTVM cohæredum inter se de debitis persoluendis creditoribus non præiudicat, sed inter ipsos tantum operatur effectum suū l. licet C. famil. herciscund. l. Pacto successorum C. de pact. quod ampliatur verum esse etiam in diuisione facta per patrem inter filios dū in eius vita diuidit eis bona, & debita l. si filia §. si pater. ff. famil. herciscund idem in dispositione testatoris l. seruo legato §. si testator ff. de legat. 1 nec hæredes possunt nisi pro hæreditarijs portionibus cō ueniri. Fallit in legato facto animo compensandi debitum, nam tunc solus cohæres grauatus in solidū conueniri poterit. l. cum ab vno in princip ff. de leg. 2. vbi Bar. dicit esse casum valde notabilem, & singularem, & licet ibi Bartol. dicat singularem fauore dotis, tamen Bald. & Castrens. ibi dicunt procedere in qualibet actione bonę fidei, cum

testator supposuerit tali oneri persoluendo portionem, hunc heredé tangentem, singularem quoque dixit gloss. in l. si filia §. si pater in verbo donationem ff. famil. herciscúd. Castrens. & Ias. in l. debitorum. C. de pact. ille num. 2. vers. in vno tamen casu, ille in tertio notab. nu. 8. in l. seruo legato §. si testator nume. 1. ff. de legat. 1. Bal. in l. pro hęreditariis nu. 6. C. de hæredit. actio. vbi declarat quod in d. l. cum ab vno, hęres est ibi, vbi debitor delegatus accedente consensu creditoris agentis, & sic non est dotis priuilegiũ.

SINGVL. VIII.

FILIA cum fratribus succedens tenetur dotem conferre. l. filię dotem C. de collatio. fallit in dote legat. quæ nõ confertur, dictum est Bal. in l. filia legatorum vbi Ias. nu. 5. C. de leg. dicit post Fulgos. & Salicet. esse singularissimum verbum in tota militia Collationum. Ias. in d. l. filia dotem nu. 3. vbi limita dũmodo post mortem soluatur more legatorum, dicit singulare Bart. in l. cum pater §. Pater filio nume. 2. de leg. 2. Alex. ad Bart. in l. Talia §. qui in vita ff. de leg. 2.

SINGVL. IX.

ABLATIVI absoluti conditionem important l. a testatore & ibi not. ff. de condit. & demonstrat in rub. ff. solut. matrimo. vbi Ripa nu. 30. dicit hanc esse communem regulam. Limita singulariter nisi conditio pendeat ex facto promittentis, nam hanc dispositionem important. Textus singularis, & mirabilis secundum Castrens. ibi in l. tenetur §. 1. nume. 3. ff. de actio. empt. inferens ex hoc, quod si promisisti dare librũ, postquam scripseris, vel si scripseris, quid agere possum vt scribas, & tradas: reputans hoc valde mirabile in practica, & facti contingentia.

SINGVL. X.

VENDITIO non potest esse sine precio §. precium instit. de emptio. & vendi. l. 2. ff. locutus, declaratur ne sufficiat pecuniá interuenire in contractu connexo, & in continenti apposito gloss. singularis secũdum Fulgos. ibi in l. tenetur §. 1. in verbo intelligitur. ff. de actio. empt. vbi declarando l. fundi partem. ff. de contr. emptio. dicit quod est véditio, & competit actio ex vendito, si sine appositione pretij védo partem fundi, ita vt aliam partem pro certa pensione conductam habeas.

SINGVL. XI.

DICTIO taxatiua non extranea, seu connexa text. est singularis in Clementina exiui in versicul. cum autem, & ibi Cardinal valde exclamat de verb. significat. quem textũ appellauit ad hoc Aureum, & alibi non reperiri Io. de Anani. consilio 36. inferens ex hoc quod si statutum permittat filiam posse de dote tantum testari; quod poterit etiam de Cophanis, & Iocalibus & alij accessorijs testari gloss. notabilis in scholio Aliennm in l. ob æs. vbi Bart. Bal. & Salice. not. & valde commendant. C. de prædijs mi-

minorum in leg. serui nomine, & ibi Angel.not.ff.de vsucapio. Bald. in l.nullus C.ad l.Iuli . . .
Et hæc est communis opinio Ripa, in l.si constanti.num.86.vbi Crott. num.56.ff.solut.matrim.Gomes.de testam.cap.11.num.12.pulchre Crauett. de alijs camp. part.4. nu.117. Euerard.de testam.nu.4. . . 2. dixi in repetitio. reg.Cũ quid part. 1.Ampliat.4 de reg.iur.lib.6.

Hinc si constitutio sinodalis dicat, quod solus episcopus cognoscat, non excluditur capitulum Bal. in l.1.nu.5.vbi Alex.nu.2.Ias.nu.7. C. de bonorum possessio. contra tabul.est bona gloss. in Cano. episcopus 24. distinct. vbi excludit alios episcopos, non capitulum & connexum.

Hinc etiam si ex forma statuti contra instrumentum non possunt opponi nisi nominatæ exceptiones tantum, tamen similes non censentur exclusæ Angel. in l. sciendum, nu.2.versic.quod præstat argumentum.ff.de euiction.in l.si hominem §.in ędificijs ff.de ędilitio.edic. in l. ita nobis C. de adulter. in l. Paulus §.1.ff.de vsur.in l. si debitor. ff. qui potior.in pignor habeantur.

Tertio infertur, quod licet decisio.l.fina.C.de reuocand. donation, ex quinque tãtummodo causis ibi expressis velit donationem reuocari posse: extenditur tamen ad similes expressis puta ad alimenta denegata, si donatio sit omnium vel maioris partis bonorum glos. in d.l.fi. in verbo voluere, vbi Ripa, quæst. 49. & 41. in fine dicit hanc esse magis communem opinionem, nec ab ea in iudicando, & consulendo recedendum Pac. in cap. cum speciali de appellatio. Ias. in Autentic. non licet col.2.C.de liber.præterit. Barbac.in cap.final.eodem titul. Io. lup.in rubr. de donat. inter uirum & vxorem §. 70. numero 25. Cagnol. ad l.in condemnatione nu.6. de reg.iur. Iul.Clar.§.donatio. quæstione 21.Neui.ĩ Silua opinio.223. Riminal. de donatio.§.1.num.379. dicens contrariam opinionem esse impiam & inductiuam ingratitudinis Constanti. Rogeri.ad leg.qui ex donatione ff.de donatio.

SINGVL. XII.

PRIVILEGIA dotis concessa, extenduntur, ad ea, quæ sunt data in dotem, licet dos non sit gloss.singularis in leg. si ego §. dotis in verbo condici ff. de iur. doct: quam singularem dixit Ias.in l.maritus numero decimoquinto, C. de procur. Campegg. de dot. part. 1. quæstio.8.

SINGVL. XIII.

SPECIALIS prouisio in dote non tollit legis prouisionem. l.final.C.de pact.conuent.vbi Bald. numero quarto, dicit valde notandum. Et secus esse in paraphernalibus.

SINGVL. XIIII.

LEGANS fundum cum signo vniuersali totum, videtur legare etiam partem, quam habet in pignus leg. Iulianus in princip. ff. de legat. 3. quam singularem

dixit Imol. in l. si domus §. fin. vers. si autem habeat partem, ff. de leg. 1. singularem quoque dixit Bald. in l. prædia nu. 4 C. de fidei comitt. ad hoc propositum, quod legatum intelligitur saluo iure alterius Ias. in l. serui electione §. final. nu. 24. de legat. 1.

SINGVL. XV.

TESTAMENTVM primum non reuocatur per secundum nisi sit solemne, & perfectum §. posteriora, & §. eo autem instit. quibus modis testament. infirmantur. si tamen post primum testamentum validum, & solemne effluxerit decennium, & completo decennio coram saltem tribus testibus declarauerit se pœnitere fecisse primum testamentum, censetur reuocatum primum per contrariam voluntatem adeptiuã, non dispositiuam, textus est singularis, & notabilis in l. sancimus vbi Ias. nu. 15. C. de testamen. clarius Rui. cons. 6. nu. 2. lib. 2. Gugliel. de benedic. in cap. Rainutius par. 1. nu. 8. de testa. Iul. Clar. pariter hoc singulare appellans de testam. q. 91. in fine, Decius hanc esse magis cõmunem opinionem Eman. in suo es aur. litera T. nu. 64.

SINGVL. XVI.

INTERPRETATIO facienda est, vt actus potius valeat, quam pereat. l. si quando ff. de legat. 1. l. quoties ff. de rebus dubijs, & ff. de reg. iur. limitatur notabiliter nisi ex hac substentatione actus, hæres in aliquo grauaretur, nam in hoc potius reputatur actus nullus, quam quod hæres nimis grauetur l. quod in rerum §. 1. vbi Ias. notab. 1. dicit diligentissime notandum ff. de legat. primo, quod procedit etiam in legato facto coniunctę personæ, Bald. in l. habitatio C. de vsufru ct. per l. stilo in verbo nepotibus suis ff. de vsufr. leg. & sic præsumptio de non grauando hæredem potentior est, & præualet sanguini, & nullitati actus. Aretin. hoc valde cõmendans consil. 155. num. 3.

SINGVL. XVII.

SI lego tibi centum, & grauo te, vt des fundum Titio, qui pariter valet centum, & res sit tua, quousque viuas tantum, & post morté debet ad alium deuenire, si accepta sti legatum, & fundus a Titio euincatur, non habebit actionem contra hæredem ipsius legatarij, qui tradidit, sed contra hæredem testatoris legantis, casus est singularis, & notabilis vbi Castr. in l. vnum ex familia §. sed & si fundum. nu. 3. de legat. 2. dicit esse casum, qui alibi non reperitur.

SINGVL. XVIII.

LEGATVM factum per verba prægnantia quandocunque nupserit nõ verificatur in nuptijs de iure, non de facto secutis leg. penultim. ff. quando dies leg. ced. vbi Alberic. dicit esse legem notabilem & singularem. Et conditio

hæc

hæc cum nupserit habet tempus limitatum.s. triennium post pubertatem, & non vltra Bartol. dicens hoc valde singulare, & menti tenendum. in l. ad filiorum C. quando, & quibus quarta pars lib. 10. dicit etiã valde memoria dignum, Alex. in l. hæc conditio filij mei. ff. de condit. & demostrat. Caccialup. valde ĩ pratica commendans in l. 2. C. de Instit. & substitutio. Franc. Marchia. q. 863. part. 1.

SINGVL. XIX.

PATER soluto matrimonio conuentus ad dotem, non habet beneficium in quantum facere potest, si dolo induxit Generum ad contrahendum cum intentione dotis, quam adimplere nono poterat, text. singularis in l. penul. ff. de iur. dot. quem dixit valde singularem Castrens. in l. rei iudicat. §. final. nu. 8. ff. solut. matrim. Cõmendat pro valde singulari Ias. in l. sicut nu. 4. ff. de re iudicat.

SINGVL. XX.

SI delegatus ante præsentationẽ litterarũ incipiat processum est nullus, nec validatur, si presentatio superueniat pendente processu, Bal. nc tabilitet in l eum qui col. 2. versic item non quæro. ff. de iurisdiction. omn. iudic. commendat pro valde notabili Guid. Papæ. quæst. 286.

SINGVL. XXI.

TERMINATO negotio principali, accessoria amplius peti nõ possunt l. terminato C. de fruct. & lit. expens. l. 4. C deposit. fallit notabiliter in his, quæ post sententiam superuenerũt, quia de nouo Iudicis officium imploratur, puta in contumace ad rem tradendam, qui postea tenetur ad fructus, hæc est singularis limitatio Castrens. ad l. qui restituere num 2. ff. de rei vendit. dicens nunquam obliuiscendum, & signãdum semper.

SINGVL. XXII.

OBLIGATVS ad factum non tenetur præcise, sed liberatur soluendo interesse, l. stipulationes non diuiduntur §. Celsus. ff. de verb. obligat. limitatur singulariter, nisi lata sit sentẽtia diffinitiua super traditione rei, nam tunc perdit beneficium soluendi interesse, quia sententia obligat præcise glo. singularis in l. qui restituere ff. de rei vendication. vbi Bal. in prima lectura dicit esse mirabile verbũ in venditore condemnato ad rem tradendam vt præcise teneatur.

SINGVL. XXIII.

DEBITOR de fuga suspectus capi potest, & eius bona arrestari etiam in loco securo à debiti solutione vel exactione puta sunt publicata bannimenta vt Nundinę. siue . . . in accessu, loci, cumq; personę, tamẽ ibi debitor suspectus capi poterit ad effectum saltem vt canet dictum, & singulare in pratica Roderic. Suarez. ad leg. secundã fori libro secundo, titulo dello . . . sub nume. 26.

fol.805.dicens hoc perpetuo notádum in practica in materia nundinarum,& in die Natiuitatis, & Paschatis,Bald.in cap.fin.colum.final. de ferijs, etiam tempore treguæ, Bald.in capit.1.colum.2.de treg. & pac. sed data cautione liberatur, Bald.in l.lecti ff.si cert.pet. Ias.in l. fin.sub nu.9.de ferijs.

SINGVL. XXIIII.

TESTATOR potest dare licentiá in testamēto minus sollemni,capiendi possessionē rei legatæ propria authoritate l.final. ff.de rebus eorum, vbi Alberic.appellat illam l.pulchram,& non esse alibi, Bald.dicit singularem in cap. cæterum colum.4. sub num.8.de iudic. Ias. valde commendans in l.nemo potest in prima lectura,sub nu.34. de leg.1.

SINGVL. XXV.

PRÆCARIVM in re propria non consistit l.neq; pignus ff.de reg.iur. si tamen testator constituit,se præcario nomine possidere pro legatario,poterit legatarius capere possessionem rei legetæ propria authoritate Bal.in c.1.n.13.de cōfirmatio.vtil.vel inuti.p tex in l. Lucius la prima de leg.2. dicens esse notabile, & esse suum nouum dictum,commenda:.Iason in l.nemo potest.in prima lectura, nume.34. in 2.numero 49. de legat.1.Tiraq. de constit. par.2. ampliat.23. nu.2. vnde videmus multos testatores in eorum vita tradere bonorum possessionem hæredibus & præueniri, & transit in donationē causa mortis, & lucratur fructus à die traditionis ita notabiliter Bald. in l. fin. C.de fruct.& litium expens.

SINGVL. XXVI.

SI ego sum ab aliquo insultatus,& venit aliquis mediator,si non possum saluare me,nisi occidá vel percutiam mediatorem, quod impune possum,nec teneor, pœna l.Corneli. de sicarijs.glos. est singularis in l.2.C.de sicar. vbi Ang.nu. 3.dicit singularem, & intelligendá quando insultatus aliter euadere non poterat, quem sequitur Ias.in l.vt vim nu.32. ff.de iusti.& iur. & addit illam glos.esse mirabilem, & alibi non reperiri valde commendant addentes ad Dec. in l. culpa Can. de reg.iur.& subdit Angel.in citato loco aliud singulare,quod licet mihi destruere domum vicini in qua est ignis, ne domus mea ardeat,& uitet istud periculum.

SINGVL XXVII.

CREDITOR, qui diu tacuit suspitionem, non potest amplius iurare suspectum debitorem, Angel.in l.si ab arbitro §.1.ff. qui satis. cogantur. cuius doctriná elegantissimam vocauit Lanfranc. in capitu. quoniam contra in verbo recusatio sub numero 12. versi. item requiritur,vbi docet practicare, vt semper narretur quod de recenti sciuit.

SINGVL. XXVIII.

CREDITOR, etiam lite, vel appellatione pendente,potest

test iurare suspectum, debitorem, & capere, & capi facere citra vitiū attentatorum. Ita dixit notabiliter Ang.in repetitio.l.nemo carcerem post medium, versicu.item quæro, quid si lite pendente C.de exact.tri but.lib. 10.commendat pro singulari in l.si ab arbitro. §.1. in fine ff. qui satisd.cogantur dicēs, infinitis vicibus practicasse, vbi Ias.num.6. valde pariter commendat idem Ias. valde notabile reputat in l.2. sub numero ff.de iur.omni.iudic. Alex. pariter valde commendans consilio 105.numero 31.volum 3. Franch. dicens singulare in cap.cum tentemur;num.13.de appellatio. Cott dicens notatū dignum in verbo debitor non potest, post medium dicēs multum vtile in practica. Marant. in Specul.quæst.2.3.par. principalis num.166.vbi reputat valde vtile in practica. Misinger. dicens pluries practicasse, & esse valde notabile Centur.2.obseruatio.66.& Rota . . & obseruauit, & in recollect. Ioan.Paul.171.Lancellot. de attentat. lite pendent. in præfatio.num.210.& illarum par.2.cap. 4.limit.9. vbi multum pariter extollit.

SINGVL. XXIX.

CREDITOR de euictione non tenetur, sed docere tantū de iure suo,& prioritate ipsius l.1. C.debitor euict.pigno.vbi Bart. dicit valde notādum in practica. Nat. consilio 28. Caball. de euictio.§.5. num.36. & succurritur, quia tenetur debitor l.si ob causam.C.de euictio.

SINGVL. XXX.

MVLIER mortuo marito potest propria auctoritate remanere in retentione domus, in qua habitabat cum marito, donec dos soluatur, Bal. in l.penul.in princip. C.de non numer. pecun.in l.1. C.de seru.pign.dat.manumitten.in l.cum tibi C.qui potio.in pign.habeantur. est dictum quotidianum, & semper menti tenendum. Ias.in l. si non sortem §.si centum in fine ff.de condition. indeb. Menoch. de recuper.remed.5.num.92. Borgni. de vsufr.mulier.nu.201.

SINGVL. XXXI.

STATVTVM permittens in aliquo casu appellationē in possessorijs intelligitur quoad vtrumque effectum deuolutiuum, & suspensiuum, ita egregie. Grat.consi. vlt.num.18.& 20.libro 2.commēdat pro singulari Menoch.de recuperand.remed.9.num.331.

SINGVL. XXXII.

VERBA impropriantur vt sententia substineatur glo.est singularis in l.& puto, §. 1.in verb. communicari ff.famil. herciscund. quam singularem dixit Bal. in cap. final.nume.3.in fine de translatio. episcop. Clarius in cap. cum super numero 21. de re iudi.dicens quod verba sententiæ debent intelligi sano modo, ita quod sentētię adaptatur negocio, & negocium sentētiæ, vt sententia valeat, non pereat, vt sit iusta, non iniusta, singularem

quoque dixit Aretin. de actio.§.1. num.25.commendat pro singulari. Soc.in tract.fallent. reg.536. versi. limitat.9.

SINGVL. XXXIII.

DISPONITVR in l.final. C.de nouatio. quod nouatio hodie non inducitur expresse num quid per statutũ immutari põt forma d.l.fin. vtiq; non respondit singulariter Barb.consi.37.col 9.vers. & si quis pium, libro 1. consil.15. col.7.lib.2. quod perpetuo notandum dixit Menoch. de recuperand. remed.9.num.389.

SINGVL. XXXIIII.

CONTRAdicens sententiæ dicitur appellare, si quis litigãtium in verbo cõtradicat C.de episcop.audient.vbi Castren.dicit.valde singulare in practica, & limitat post Bald. concurrentibus alijs inditijs appellationum, puta quòd petierit apostolos, vel submiserit se iudici ad quem, vel quid simile.

SINGVL. XXXV.

CVLPÆ appellatio in dubio intelligitur de leui glo.est notabilis in l.in venditione §. de tempore in verbo, & culpa, vbi Barto. num.6.ff.de bon.author.iudic.possidend.quam singularem dixit Bal. in l.acceptum quæst.6. sub nu.16. C.de bonis authorit.iudicis possid. Alex.consi.45.numero tertio, libro 1, Dec.ad l.quod te numero 27.vbi sudodit numero 39. Camil. plant. glos.3.numero 97. ff.si certum pet. Menoch.de recuperand. remed.12. quæst.3.numero 8. vbi valde commendat.

SINGVL. XXXVI.

SEMIPLENA possessio est illa, in quã quis est immissus ex primo decreto tantum glos.est singularis in §. quod autem in verbo loci institutio. de vsucapion. quam singularem & non esse alibi dixit Angel.in l.si me in vacuam in fine principij ff.de acquirend.possessio. Alexand.ad Barto.in l.secunda §. 1. ff.de actio.empt. Ias.in l.traditionibus in finalibus verbis C. de pact. in §. versus numero 42. de actio. ment. recuperand. remedium tertiodecimo, numero decimo, vbi valde commendat.

SINGVL. XXXVII.

COLLVSIO probatur coniecturis, textus est, celebris, & singularis in l.qui autem §.non simpliciter ibi si tamen nulla suspitio collusionis religioné prætoris instruxerit, ff.si quis omiss.caus.testament.quam singularem dixit Bald. in l.1.§.final. C.si quis omiss. caus. testam.Gig.de pension.quæstio.42. numero 4.cons.59.num.9 pulchre contend. ad l.diffaman. in ampliat. num.162. vbi monet iudices vt abstineant a præstando iurament.in collusionibus detegendis, quia faciles sunt ad iurandum ne dicãtur colludere Mascard. conclusio.322. pulchre Veral. decisione 143. parte prima, Menochus libro 5. præsump.26.

SIN-

SINGVL. XXXVIII.

IVDEX per eius dectetũ contumaci potest denegare audientiam glos.est singularis in l.sed & si per prætorem §.sed & si dum decreto ff.ex quibus causis maior, quam singularem, & non esse alibi dixit Bald.in capit. 1.num.14. in fine de rescript.in cap.grauis sub num.16. versicu.quærit Bernard.de restitut. spoliat.in capit. cum venissent col. 3.sub num.9. versic. quære quid si actor de iud.dans pro cautela quod si contra aliquem non potest fieri executio realis, quod denegetur audientia & facultas agendi in causis suis Ias.dicens pariter multum singularem in l.iusiurandum & ad pecunias §. ait prætor numero 2. de iur.iurand.Prosper.Farinacc. q. 4.nu.19.

SINGVL. XXXIX.

PRINCEPS etiam sine causa, potest tollere priuilegiũ vel gratiam per ipsum concessam, textus est singularis in l.qui fundos. C.de omni agro desert. lib.10.quẽ ad hoc dixit singularem. Bald. in l. qui se patris sub num.12. versi. sed quid si C.vnde liberi.menti tenendum dixit Franc.in regu. decet super glos.fin. de regu.iur.lib.6. Anchar.consi.2.circa medium,vbi val de commendat Dec.in capit. noui. nu.96.versic.secunda conclusio,de iudic.

Extenditur notabiliter etiã parte nõ citata Soc. cons.156.col.2.in fine vbi limitat nisi trahat originẽ a iure gentium.

Et sic habetur declaratio, ad Clement.Pastoralis §.cæterum de re.iudicat. vt de plenitudine potestatis princeps contra subditum sine citatione procedere potest, nam hoc verum,tollendo propria priuilegia,secus ea,quæ oriuntur à iure gentiũ.

SINGVL. XL.

LEGITVR in Daniele,quòd Antichristus regnabit per tempus tempora, & dimidium temporis,idest,per annum,duos annos, & dimidium anni,gloss. singularis ita exponens in l.vsur.C. de vsur.dicẽs tanto tempore prædicasse Christũ. quam gloss. dixit singularem Barbat.in cap.ad nostram col. vltim.de rebus Eccles. non alienand. in cap. ex literis columna secunda, numero 48.de constitution. consil. 19.columna tertia, in fine vol.1.Rebuff. ad l.inter illum §.final.num. 1.ff.de verb.significatio. Alex.ad Bart. in l. sine præfinito ff. de pen. Castr. in l. 1.C.de postuland.

SINGVL. XLI.

QVÆ sine iudice fieri possunt, facta coram eo, & extra iudicium tenent,glos. singularis in §. serui in verbo transita. vbi Aretin.num.2. Post.num.4 de libertin. in l. qui testamento in verbo Post.ff. de testament. quam singularem dixit Bal.in l.consentaneũ numer.33. C. quam.& quando iudex in cap.1. §. si quis voto de pace iurament.firmand. in leg. secunda, num.6.C.de iur.Emphiteotic.

SINGVL. XLII.

CITATIO si sua putauerit interesse fieri potest, & valet glo.est singul.in l.ea quidem in verbo non continent C. si mancip. ita fuere alienat.quam singularem dixit Angel.in l.de pupillo §. meminisse num.2.ff.de nou.oper. nunciatio.Bald.in l.præscriptione C.si cõtra ius.vel vtilit.public.notabilem dixit Iason ad l.nequicquam.§.vbi decretum nume.decimo octauo.ff. de offic.proconf. & legat. nec audi tur comparens,nisi docto de interesse.Bal in l.fin.num.42. in fine C. de edict.diui Adrian.tollend.Rom. in l.de pupillo §. si serui. ff. de nou. oper.nunciat. Alex.in l.in prouinciali §.si in publico num.16.eodem tit. vbi docto de interesse præsumitur retro simpliciter admissus,& recusari amplius non potest, Felin.in cap.cum inter nu.12. de exceptio. vbi Dec.nu.16. Marsil.ad l.si quis, nec quæst.num.34.ff.de quæst. Aretin. dans hoc pro cautela in §.quadrupli,nume.68.de action. Iaf.ad l. ne quidquam §.vbi decretum num. 18.de offi.proconf.& legat.cagnol. ad l.diffaman.num.15.C.de ingen. Zuccard.ad l.fin. nu.369. vbi Men. num.616.Personal.nume 69.C.de edict.diu.Adr.tollend. Valaf.decis. 93.nu.7.

Ampliatur, vt tali modo etiam clerici coram iudice seculari citari possint, nec sit locus dispositioni. cap.si diligenti,de foro compet.Angel.loquens in confectione inuentarij in l.1.§.hæc stipulatio colum. 5.num.14 ff.si cui plus quam per l. falcid.vbi rationem reddit,quia est simplex monitio, ad commodum nec cogit, dixit valde singulare Ias. in l.testamen.colum.2. sub num.3. C.de testamen. Monticul.de inuentario.vers.septimo sub numero 20. Roland.fol.72 consi.29.nume.10. vbi dixit valde singulare. Cott. in verbo clerici non possunt.

Declara, nisi clericus hoc modo citatus,petierit causam remitti,vel in citatione fuerit adiecta cõminatio,alias &c.Capit.deci.8. Roland. consf.29.libro 2.vide Dec. consf.vlt. col.fin. Afflict.in constitutio. regni in constitutione de Burgensaticis in 3.colum.quæst.7. Grammat.decisio.61.nu.3. Afflict. decisio.380. num.7. Ioseph.de Ludouic.conclu. 5.ver.& in casu,Menoch.de recuperand. remed.15. nu.227. Viuius in singul.suis litera C.nu.50.

Et non comparando non dicitur contumax,nec contra eum sententia exequi potest. Bald. in cap.1. in 5.quæst.de milit.vasal. qui controuers.est vbi Afflict. num.89. Ias.in l.libertus ff.de in ius vocan. Ange. in l.consentaneum C. quomod. & quand.iudex Bald.in l.fin. quæst.5. C.de edicto diui Adria. tollend. in l.ea quidem C. si mancipi. ita fuer. alien.in l.præscriptione quæstio. 6. colum.15. C.si contra ius. in capit. final.col.1. de fid.instrumt. Aret.in §.quadrupli.columna 27. de actio. Alexand.in l.de pupillo §.1. in fine de nou. oper. nunciatio. Bellamer. decisi.11. vnde parum seruit, nam aut comparet vel non, nihil potest exequi contra:& cõtrarium est verius quia mitius agitur cum l.quã cum homine l.Celsus ff. de arbitr. & ita tenuit Salicet.in l.ita demum de procurat. Io.de Prato. in repert.

ad

ad l.admonendi ff.de iur.iurand. dicens pluries in facto obtinuisse restringendo semper ad ignorantiam facti, non,iuris, Mascard.conclusi. 925.num.11.

SINGVL. XLVI.

SI iudicis authoritate adhibita, rem meam recuperare non possum,licitum est furari ęquiualentem, dummodo sine scandalo fiat, singulariter Innoc.in capit.olim 1. colum.2. circa medium de restitutio.spoliat. per text.in cano.Dominus in verbo insidijs iuncta glo.ibidem 23. quæst.2. quod dictum ibi Anton.de Butr. col.6 in medio reputat mirabile:valde quoque singulare appellat Floria. ad l. itaque in fine ff.ad l.Aquil.pulchre Castren. cons.35.colum.3. Ias. valde extollens in l.1. C. de testament. de quo dubitauit Veronen.cons.26. num. 9. tamen mihi videtur, quod non bene alleget quia Innoc. loquitur prudenter s.adhibita prius diligentia per viam iudicis quod non considerauit Veronens. in citato loco, nimirum large eum allegando.

SINGVL. XLVII.

MAIVS periculũ est si vna anima pereat,quam si innumerabilium martyrũ corpora cruciarentur glos. notabilis in cano. si habes 23. quæstione tertia quam valde mirabilem dixit Alberic. in l.sancimus sub num.tertio. C de.sacrosc.eccles.Archid.in cano.Moyses 32.quæst.2.

SINGVL. XLVIII.

LICET non credatur Testi in facto proprio,si interesse prętẽdat, tamen hoc fallit in facientibus particularem artem: originalis doctr.Papiens.in forma oppon.i, contra Testes post publicationem in verbo in facto eorum nu.7.vers.denique quęro, quam sequitur Curt. de Testibus conclus.38. nu.81. dicens esse valde pulchrũ dictum, & bene ponderãdum, & ob id tota die est in ore Doctor, Mediolanensium Bossi. de Reprobat. Test. num.87. Io.de Amic.consil 41.num.8. Campegg.de Testibus regul.63.in 7.Fallent.pract.Corrad.§.2.de offic.Pręter.in caus.Ciuili.titul.de Testibus rub. Personas Testium aggrediendo verbo Testis in re propria num. 47. col.2.Mascard. de probatio.lib. 3.conclusio. 1.3.57. num 62.Burgni.decis.37.num.42. dicens valde vtile Florentię pro Zanaiolis,Pisis, Fuctriuis, Lambardię pro Brentitoribus & portitoribus vini, & aliarum rerum.

Declara nisi alium defectum patiatur.Riminal.cons. Criminal.diuersarum 82.nu.3.

Cautela est,vt procuret quitationem à consignante Thom.diplonenat.ad Bar.in l.deferre liter. de iure fisci per verbum forte subdubius loquendo.

SINGVL. XLIX.

TESTATOR legando vxori, iam viduę lectum, vel culcitram intelligitur de viduali non de serica,quæ non conuenit honestati

stati viduali, Bal. in l. plenum. §. equitis de vsu. & habit. dixit esse aureum dictum Feli. in cap. causam quæ sub numero 17. de Præscript. Idem si mandat vestitum fieri Bal. in l. 1. C. de verbo. significat. Idem si bene tractari, intelligitur enim viduali conuenientia Bal. in l. 1. C. delegat.

SINGVL. L.

MODICVM dicitur respectu qualitatis personarum gloss. singularis, & ab omnibus cōmendata in l. sed & si susceperit §. sed & si, proponas in verbo modica pondo. ff. de Iudic. vbi apud Comitissam Matildam ditissimā 30. miliaria erat quid modicum, vbi Alberic. in primis verbis Bartol. num. 4. Castrens. nu. 8. Angel. nu. 6. dicunt esse pulcherrimum dictum & cordi figendum, singularem quoque dixit Feli. in cap. causam, quæ sub num. 17. de rescript.

SINGVL. LI.

AFFINIS, soluta affinitate, nō seruat amorem Gloss. celebris ab omnibus pro singulari cōmendata in leg. sed hoc ita in verbo succurrendum in fine. ff. de re Iudicat. Quā nobilem dixit Bal. in cap. in literis nu. 5. de testibus vbi extendit ad famulum expulsum, quem in hoc sequitur . . . de reprobatio. testi. sub nu. 36. in 4. Fallent vbi pariter appellat singularē hanc glos. & menti tenendam, & alij per Farinacc. q. 55. Inspectio. 2. nu. 145. & alij per me cumulati in tract. de locat. & conduct. par. 6. de probatio. q. 3. num. 9. singularem quoque dicit Idem Bal. in l. affinitatis C. commun. de successsion. in l. Cui eorum §. affinitatis. ff. de postuland. Inferens ex hoc, quod licet quis prohibeatur ferre Testimonium pro vxore fratris viuentis, eo mortuo poterit, quod sequitur Alex. cons. 207. col. 3. vers. 3. &c. lib. 6. Lanfranc. in cap. quoniam contra. in verbo testium col. 19. vers. quod autē Crott. de testibus num. 121. & est omni exceptione maior, Anto. Gabr. de testibus conclus. xv. num. 4. & hæc est communis opinio tā in Ciuilibus, quam Criminalibus causis vt attestatur Petr. Moncad. in addit. ad Crott. sub nu. 77. literis BB. Prosper Farinacc. q. 54. nu. 32. tamen omne, remitterem Iudicis arbitrio, iuxta facti qualitatem, etsi remanserint liberi, vel non, & similia vt per Tiraquell. de causis cessant. in princ. num. 29. eandem gloss. dixit singularem. Bal. in l. 1. col. 10. ver. super tertio articulo de affinitate, Inferens quod licet affinis possit accusare propter sui affinis Iniuriam l. 1. §. 1. ff. de postuland. hoc procedit durante affinitate, secus ea soluta per hanc gloss. sequitur Alex. d. consil. 207. lib. 6. col. 4.

Eandem gloss. dicit singularem Bal. met in l final. vbi Ias. num. 23. C. de verb. signific. quod statutum de compromissis nondum finita affinitate, cum sit contra Ius commune idem in cap. accedens vt liti non contestat. in margarit. in verbo affinitas Ancar. in cap. 1. q. 14. de constitutio. & hæc est, communis opinio Alex. in d. l. sed hoc Tiraquell. de caus. cessant. in princ. nu. 30. vbi tandem post multa residet cum hac

opi-

opinione prout nu.37.

SINGVL. LII.

PROCVRATOR præsumitur iam intimasse Domino suo factum graue, notabile, cômodum, vel impensam, non tamê quâ credendum est verisimiliter non fecisse sine Domini certioratione data maxime competenti temporis interuallo text. est singularis in l. si quis forte, in princip. ibi nec enim debebat tam magnam rem tam diu . . . . ff. de pęnis, quem notabilem ad hoc propositum dixit Roman. consil. 481. col. 2. vers. secundo, quia nu. 7. Imol. côs. 123. colum. 2. cap. decis. 4. nu. 23. Lancellott. de attentat. in princ. nu. 62. cum multis sequent. Bero. consil. 118. nu. 23. lib. 2. Ant. Gabr. de reg. iur. conclus. 5. nu. 32. Meno. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 23. nu. 43.

SINGVL. LIII.

AN hæres, qui ex sua industria, vel principis indulgentia, in iusti hæreditatem habuit, teneatur creditoribus, & legatarijs? videbatur quod non, quia non dicitur esse in bonis, quod mea industria, vel Principis indulgentia quæsiui l. venditor circa medium ff. de hæredit. vel actio. vendit. vbi bona glos. in verbo propter negotiationes leg. si hæres, quæ est l. 3. ff. ad l. falcid. vbi Castr. & Alex. not. quæsitum per socium ex illicita negotiatione nô esse quoad patrê profectitium, nec fratribus vel socio communicandum. contrarium est verius l. si seruus plurium §. 1. ff. delegat. 1. vbi Angel. Castr. & Ias. numero 4. dicunt esse casum singularem.

Fallit in restitutione fideicommissi, in quo non veniunt quæsita, & iniusta sententia l. debitor §. fin. ff. ad Trebell. vbi Angel. & Alex. limitant nisi concurrerit dolus obtinentis: dicentes esse valde singulare ad limitationem prædictorum, & totius materię de executione sententiæ iniustę.

SINGVL. LIIII.

PROCVRATOR rei cum cautione rati non admittitur si non sit saluum ius actui ad rem in iudicio rei vendicationis, ita dixit singulariter Gugliel. de Lune. in l. Pomponius §. si is qui ff. de procur. vbi Castrens. numero 3. dicit hoc dictum valde notandum, & mirabile.

SINGVL. LV.

SI illicita reperiantur esse apud aliquem instrumenta alicuius illis exhibitis, si delegat aliqua scriptura, & in loco suspecto, est præsumptio contra ipsum, & non eius, ad cuius fauorem cantat, dictum est singulare Hostiens. in cap. accepimus de fid. instrument. quod dixit mirabile, & non esse alibi Bald. in l. 1. nu. 2. C. de fide instrument. & singulare dixit Roma. cons. 346. nume. 13.

SINGVL. LVI.

SENTENTIA, absolutoria lata in rei vendicatione intentati,

tati, contra non possidentem, mandari poterit executioni si noua possessio superueniat, ita voluit notabiliter Bal. in l. cog. in fine C. de petition. hæredit. in rub. ff. de rei vendicatio. dixit valde notabile Soci in l. si à te §. 1. num. 4. vbi Castrens. in fine valde exclamat. ff. de exceptio. rei iudicat. valde commendat. Abb. in cap. examinat. de iudic. Imol. in cap. final. de exceptio. pariter si esset lata condemnatoria contra reum eo tempore non possidentem, si possessio postea superueniat, etiam si sit simplex camera declaratione vt ibi perscribentes.

SINGVL. LVII.

STATVTVM prohibens omnes exceptiones contra instrumentum ad impediendam executionem, intelligitur de non apparenti, & velut. secus si euidenter appareat gloss. singularis, quam ibi commendat Angel. in l. 1. §. fine autem in verbo impetfectam in prima lectura ff. de tabul. exhibend. quã valde singularem dixit Roman. cons. 42. columm. 1. in fine vers. secundo probo. valde singularem quoque dixit Alex. ad Bartol. in l. 1. §. & parui ff. quod ui, aut clam.

SINGVL. LVIII.

PAPA Dei Vicarius in terris defectũ consensus supplere nõ potest, ita dixit notabiliter Io. And. in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, dicens non posse Papam inducere matrimonium supplendo consensum. Dixit valde singulare Staffil. de literis gratiæ, & iustitiæ folio 146. versicul. eadem ratione.

SINGVL. LIX.

LAVDVM, siue arbitramentum tunc est vere, & proprie transactio, quando est a partibus emologatum, & approbatũ, alias non. dictum est singulare Ancar. in disputatione. C. laicus col. antepenultim. quod pro singulari dixit Caccialup. de Transactio. quæst. 3. colum. fina. versicul. aduerte tamen valde notabile dixit Dec. consil. 60. col. 3. sub nu. 3. inferens tunc complere remediũ l. 2. C. de rescindend. venditio.

SINGVL. LX.

A LAVDO non datur recursus quando à principio partes ipsius notitiam verisimiliter habere potuerunt, dictum est singulare Bal. in l. venditor C. de rescindend. venditio. Clar. in l. fina. nu. 21. C. de contr. emptio. dixit valde notabile Dec. consil. 60. sub num. 3.

SINGVL. LXI.

PROCVRATOR specialiter constitutus ad laudum ferendum suo tempore ratificãdum, non debet ratificari nisi Domino prius certiorato Bald. dicens valde notandum in leg. final. sub numero vigesimoprimo, C. de contr. emption.

Quod amplietur & in procuratore constituto ad ratificãdum post laudum iam latum, pulchre Dec. cõsil. 60. colum. 3. in fine vnde procuratores

ratores non debent esse ita procliues ad currendum,

SINGVL. LXII.

MATER transiens ad secundas nuptias de consensu filij succedit ei ĩ plena proprietate gloss. est valde singularis, & aureis literis scribenda secundum Ang. in §. hęc constitutio in verbo copulatur in autentic. de non eligend. secund. nubent. vbi Angel. nume. 8. dat pro cautela aduocato, vt faciat consentire filium secundo matrimonio, & sic cessabunt omnes pęnę, secundo nubentium. singularem quoque dixit Bologni. ad Mattesilan. de success. ab intest. num. 52. & est etiam communis opinio Io. de Ganon. ad l. fęminę num. 4. C. de secund. nupt. Ant. Gab. de secund. nupt. concl. 3. num. 35.

SINGVL. XLIII.

TVTOR, à patre, vel iudice datus filio Clerico habenti beneficium, non potest se ingerere in fructibus benefic. Ancar. dicẽs hoc perpetuo notandum, nec alibi legisse in cap. fin. notabili 6. iudic. & ibi Franc. sequitur, & commendat, ponit & pro valde notabili Dec. cõsil. 150. col. 2. circa principium, debet etiam dari per iudicem secularem & ecclesiasticum simul, & persona ecclesiastica si aliquis idoneus reperitur, & in subsidium secularis Aretin. in §. sed hoc iuu. num. 9. de Attilian. Tutor. Bart. dicens hoc perpetuo notandum in l. 1. ff. de Tutor; & curat. dat. ab his, commẽdat Rui. consil. 89. colum. 2. volum. 5. Roland. de inuentar. part. 2. quæst. 17. num. 3. fol. 21. Religiosi autem & Clerici possunt per iudicem secularem iudices deputari volentes maxime habita licita superioris Borgni. de Tutor. num. 288.

SINGVL. LXIIII.

REPELLERE aliquem tãquam indignum non competit nisi fisco, & hoc adita per fiscum hæreditate etiam ante sententiam l. his consequenter §. 1. ff. famil. herciscund. vbi Alberic. Bartol. & Bald. dicunt esse textum valde singularẽ, & notabilẽ inferentes ex hoc, quod si hæreditas deferatur filio spurio, nõ posset auocari per Agnatos, vel cognatos, sed per fiscum. hanc etiã l. cum gloss. dixit singularem Andr. Barbac. ad Bal. in l. 1. litera E. C. de his quibus vt indign. licet corrupta alleget gloss. & licet. Ias. ibi nu. 6. limitat duobus modis vltra cum limitatur duobus alijs notabilibus modis.

Primo in interdicto de tabulis exhibendis, potest est gloss. in l. fin. in vltima lectura, vbi Angel. dicit casum singularem, & non esse alibi, ff. de tabul. exhibend.

Secundo prædicta sunt vera vt requiratur agnatio per fiscum quãdo sumus in facto, in quo potest esse lucrum, & damnũ prout hereditas, secus in facto non lucrabili, vbi ipso iure fisco acquiritur sine aliqua agnat. Bartol. in l. final. ff. de condictio. sine caus. vbi Ias. col. 3. post Fulgos. dicit mirabile, & valde notandum.

Limitatur tertio notabiliter in abscribente sub duabus conditionibus

nibus l.duobus §. fin.ff. de fals. quẽ dixit valde singularem Barbac. ad Bart.in l.final.litera D. de tabul.exhibend.

Limitatur quarto notabiliter in fisco volenti, quo casu solus potest repellere hæredem indignum, si vero nolit, hæres indignus remanet hæres, vel talis exceptio competit alijs interesse prætendentibus gloss. est singularis, & ab omnibus comẽdata in l. ea sola in fine gloss. ff. de regul. iur. quam valde singularem dixit Bald.in l. eam, quam col.6. C. de fideicommiss. Roman. in l. 1. ff. de acquirend. hæredit. singularem quoque, & valde notabilem dixit Alex. in l. si seruus pluriũ §. si quis autẽ in fine vbi Ias. in 2. notabili num.2.ff.de leg.1.singularem quoque dixit Ias.in l. 1. col. 1. in fine in 8.limitatione C.de hære.instituẽd. in l.ex facto §. Iulianus nume.2. de vulg. & pupill. valde notabilem appellat in l.controuersia col. fin. sub num.10.ff.de Transactio. vbi notabiliter loquitur quod fisco recusante, transit in hæredem legitimum tali repulsa, solemnem quoque dixit hanc gloss. Cagnol. in l.ea sola nu.3. de reg. iur. & sic fisco primo loco competit, eo recusante transit in legitimum, & nemine opponente indignus met remanet hæres.

Limitatur quinto, notabiliter, vt quædam est incapacitas, per quã solus fiscus admittitur iuribus superius adductis, quędam est incapacitas, per quam vocantur venientes ab intestato iuxta l. 1. C. de secund. nupt. & Autentic. hoc amplius C. de fideicommiss. & hanc declaratio nem dixit auream Ias. in l. controuersia columna penultima, sub numero decimo, C. de transation.

SINGVL. LXV.

ASCRIBENS sibi in testamento sub duabus conditionibus excusatur à pęna, & capit relictum l. duobus §. final. ff. de fals. quem singularem dixit Roman.in l.si vero §.de viro in 3.fallent ff. solut.matrimon.in leg.1.de verb.obligatio.

Limita singulariter nisi de præsenti induceretur aliquid turpe dãs materiam insidiandi Ias. per illum text.in l. fin.in 5. notabili nume. 9. C.de pact. dicens hoc valde singulare, & perpetuo cordi tenendum.

SINGVL. LXVI.

CLERICVS de euictione in instrumento venditionis obligatus, tenetur defendere causam coram iudice laico, vbi pendet Bal.Fulgos.& Lancellott. Dec. in l. venditor ff.de iudic. Angel.in l.non solum §. quod vulgo ff. de vsucap. & hæc est communis opinio, vt pulchre per Socin.cons.91.versic.circa vltimam difficultatem lib.3. & in regno Francię passim tenetur Aufrerr.in clem.1.de offic.ordinat.regul.2.fallent 5.Gugliel.in cap. Rainutius in verbo vxorem num.147. Didac.attestans pariter de communi practic. quæstio.cap.8. nume.2. licet in se contrarium teneat Caballi.de euictio.§.3.nu. 119.

Limitatur tamen vltra eos singulariter nisi ante litem contestatam, & ante notificationem, habita notitia litis motę, clericus comparuerit, & petierit causam remitti

ad

ad iudicem ecclesiasticum, nã tunc remitti debet, nec dicitur transmutari iudicium cum non sit adhuc per litis contestatione inchoatum: est notabile verbum Angel. Aretin. in rubr. de exceptio. colum. 13. sub num. 20. quod verbum dixit admirabile Dec. cons. vltimo, num. 9. sed contrarium videtur verius, ex generalitate, l. venditor, ff. de iudic. vt ibi considerat Cagnol. Caballi. de euictio. §. 3. nu. 122. in fine. semper enim militare videtur ratio simplicis assistentię Couarr. pract. quæstio. cap. 8. columna septima, in princip.

Vnde in hac materia duę sunt bonę cautelæ, vna clerici competere ante notificationem modo quo sup. dictum fuit. Altera actoris, quod ab initio protestatur nolle mutare iudicium, sed contra conuentum prosequi, & hanc practicam valde commendat Cagnol. ad l. venditor, num. 13. de iudic.

SINGVL. LXVII.

CLERICVS Bononiensis Ferrariæ delinquens, sortitur ibi forum ratione delicti, puniri tamen debet a iudice suo Ecclesiastico, non seculari, licet deliquerit extra suam diœcesim, Bald. dicens hoc valde notandum in Authentic. qua in prouincia, numero primo, C. vbi de crimin. agi oport. dixit valde notandum, Roland. consilio duodecimo, numero quinquagesimosecundo, volumine secundo, vnde per delictum perditur priuilegium fori proprij, non fori in genere ex ratione priuilegij.

SINGVL. LXVIII.

CLERICI sunt adeo exempti a iurisdictione seculari, vt Episcopus non possit laico, & clerico simul cõmittere causã criminalem contra clericum: dictum est notabile Abb. in cap. significasti, numero 8. de foro competent. dixit ualde notabile Dec. in cap. decernimus, numero 44. de iudic. singulare, dixit Rolan. consilio 4. numero decimoquarto, volumine 1. consil. 12. numero 46. volumine 2. dicens etiam communiter receptum Tiber. Decian. valde pariter commendans tract. criminal. tom. 1. capit. 9. num. 71.

SINGVL. LXIX.

CLAVSVLA posita in fine, quæ veniat in contextu unius capituli, ad proxima tantum refertur, Abb. in cap. secundo requiris, columna secunda, de appellatio. Dec. consilio 213. num. 7. Ias. in l. 3. §. filius intermedius, numero 24. ff. de liber. & posthum. Menoc. de arbitr. casu 64. num. 23. Anto. Gabr. de clausul. conclus. 9. numero 11.

Limitatur singulariter, nisi esset eadem ratio, vt illa qualitas referatur pariter ad omnia etiam remota, Dominic. dicẽs esse notabile verbum in cap. vbi periculum. §. nulli, versicu. notã bene istud verbum de electron. lib. 6. dixit valde singulare Dec. in cap. secundo requiris, limit. 2. nume. decimoquarto de appellatio. ex notabili doctrina Bard. in l. doli, in princ. ff de seru. corrup. inferens

inferens ad statutum disponens, quod si quis fecerit sic; & sic, postea adijciatur qualitas de nocte, quod refertur ad omnia dicens val. de pariter notandum.

Sed hoc procedit in eadem oratione, vt exemplum Bart. sonat, & sentit Dec. consilio 92. col. 2. secus in diuersis orationibus maximè distantibus ex doctr. Bartol. in litera A. §. eritque hæc differentia, ff. ui bon. rapto.

SINGV. LXX.

BONÆ fidei possessor, & cum titulo, facit fructus suos, l. qui scit. §. 1. versic. porrò, de vsuris, Cæphal. consi. 63. num. 10. lib. 1. Menoch. de recuperand. remed. 15. numero 579.

Fallit notabiliter in fructibus legitimè adite mortis patris, vel matris, qui debentur etiam consumpti a bonæfidei possessore etiam sine aliqua mora regulari, vel irregulari, Bal. in l. non sine, C. famil. erciscund. dicit singulare, & valde notabile Alex. consi. 64. colum. 1. nu. 4. versic. super secundo, lib. 1. & consi. 27. lib. 6. Corne. consi. 265. colum. 1. vol. 1. cõmendat Bertrand. consi. 247. num. 2. volum. 3. Curt. Seni. consi. 39. colum. 3. versicu. ex prędictis infertur Iason ad l. scimus in principio, in septimo notabili, numero 9. C. de inoffic. testament. Boer. decisione tertia, in fine Ruynus consilio 26. numero 22. libro 3. Cephal. consilio 109. numero 29. libro primo, Natta consilio 156. numero secundo, libro primo, Curt. de legitima. in verbo cuius portionis in fine fol. 105.

SINGV. LXXI.

CONFISCATIO bonorũ hodie singulariter non habet locum, sed bona filiis reseruantur Authentic. bona damnatorum, C. de bon. præscript. latè Clar. §. final. quęst. 78. Prosper Farinac. quæstione 25.

Fallit singulariter in instantia inchoata contra defunctum cōdēnatum, quæ non transit contra filios, quibus reseruata sunt bona, Angel. dicens valde in pratica singulare in l. si constante. §. fina. num. 2. vbi Castrens. in finalibus verbis, ff. soluto matrim. vbi rationem reddunt, quia personæ non succeditur dicitur enim . . . . per delictum licet contrarium teneat Bal. & ibi Salicet. in l. 1. C. si penden. appellation. mors. . . .
nec obstat, l. tam ex contractibus, ff. de iudic. de qua opponit Castrens. & non resoluit, quia licet ibi pater capiat bona, & iura bonorũ, & peculij non vt hæres tamen persona filij non habetur pro annihilata a lege prout habetur in d. §. fina. mediante condemnatione.

SINGVL. LXXII.

QVEM de euictione tenet actio, eundem vendicantem repellit exceptio, l. exceptione, C. de euictio. l. vendicantem, ff. eodem.

Fallit singulariter in casu, l. fina. C. de euiction. vbi hæres fideiussoris, & persona sua potest euincere licet non vt hæres, & iure defuncti, transfuso, vbi Bal. dicit esse casum

adeo

adeo admirabilem, vt super eo esset cogitandum, & non esse alibi dicit ibi Bartol. singularem quoque dixit Iaf.in l.2.§.ex his, num. 3.ff. de verborum obligat. circa quem notandum est, quod hoc verum est, in hęrede fideiussoris, secus in hęrede ipsiusmet venditoris etiam ex facto proprio, & ratio differentię est, quia fideiussio simpliciter consentit, sed promissor, vltra consensum simplicem, obligat se, ideo facilius obligat hæredem ita pulchre Fulgo.consil.67. paterfamilias col. 3. inferens ex hoc quod si ad fideiussorem mcet, res vendita ex alia causa perueniret, non obstaret consensus præstatus qui ad ius futurum non porrigitur, & si hæres ex iure proprio vendicabit, hoc facto conuenitur, vt hæres, vt ibi pulchre per Bal.dicens valde notabile.

SINGVL. LXXIII.

SENTENTIA lata contra possessorem non mandabitur executioni contra colonum, & aliũ dependentem detentorem, nisi possessore prius citato Bartol. in l. 1. §.necessario, in fine, ff.si mulier ventr. nomine, quam ita declarat Bal. in l.1.num.12.C.de executio.rei iudic. dixit valde singulare Fely.in c. quia Gu.num.4.de iudic.

SINGVL. LXXIIII.

CVRARTOR dandus liti, reo conuento, qui non sit de ordinaria iurisdictione iudicis, coram quo causa pendet, potest dari per eum met iudicem coram quo causa pendet l.final. §. 1. C. de administrat. tutorum, vbi Barto.dicit esse casum nouum singularem, & menti tenendum.

Singularem quoque dixit Bart. in l.1. numero 5. ff.de tutor.& curato.dat. ab his.

Sed contrarium mihi innuere videntur verba d. legis ibi curatorem ei in competenti iudicio dari curat. & prouisionem iudicis, coram quo lis pendet, quam cognatorum, & propinquorum. Et quibus verbis colligi videtur, quod talis iudex, vbi causa pendet, non dabit, sed curabit dari coram iudice suo competenti.

Fallit etiam in delegato sedis Apostolicæ, coram quo causa pendeat per capitu. final.de iudic.libro sexto.

SINGV. LXXV.

INIMICVS adeo à testimonio repellitur, vt nec ei credatur in mortis articulo, eucharistiæque Sacramentum sumpserit, singulare dicit Bald. in cap. primo, §. vassalli nostri, columna 2. numero 6. versic. extra quæro de pact. Constant. quod singulare, & bene notandum dixit Marsil.in l. prima, §. præterea, numero 6. ff.de quæstio. Iasin l. prima, numero 16. ff.de eo, per quem fact. erit. commendat et Gig. de crimine lęsę maiestatis rub. quomodo, & quando, & per quos, quęst. 2. numero 3. singulare, & bene notandum dixit Gramati. consilio quadragesimosexto, numero septimo, Petr.Monend. in additio.ad Crot. part. 3. numero 97. litera R, in medio additionis, versic. & dixit Bald. Campeg. de testibus

L 2 con-

conclus. 25. in fine Boss. de inquisitio. num. 53. Pratic. Corrad. rub. de testibus, §. personas testium, num. 65. versicu. ampliat. etiam Fely. Roland. dicens pariter ualde notandum consi. 24. num. 35. lib. 1. consilio 63. num. 33. lib. 2. vbi valde cōmendat consi. 37. num. 13. libro 3. Bertrand. consi. 131. num. 9. part. 2. consi. 15. num. 5. consi. 211. num. 3. part. 3. Bertazol. consi. 38. num. 15. libro 1. consil. 528. num. 4. libro 2. Mascard. de probatio. libro 1. conclus. 462. numero 32. & libro 2. cōclus. 899. numero 4. vbi rationem reddit, quia in articulo mortis solet vacillare memoria, quę ratio mihi non satisfacit, quia non se fundant in hoc Doctores, & Bald. met innuit in citato iam loco dum subdit, quia non omnis moriens est sanctus Ioannes, & communiter approbatum testatur Prosper. Farinac. quæstione 53. numero 11. in fine.

Aliam rationem assignat Menoch. consil. 49. num. 7. lib. 2. quod regula quæ habet quod nemo præsumitur immemor salutis æternæ, non procedit, cum agitur de præiudicio tertij, idem de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 5. nume. 19. & de arbitr. consil. 19. num. 27. vnde dicebat Oldrad. consil. 192. columna 1. versicu. nec enim quod non omnis moriens præsumitur dicere veritatem.

SINGVL. LXXVI.

VBI est contrarietas, ibi non potest esse simplicitas nec aliqua excusatio, dictum est notabile Ioan. Andr. in cap. cum Ioannes propè finem, de fide instrument. inferentis mulierem, nec rusticum excusari a contraria depositione, vel productione scripturarum, dixit valde notabile Bald. in l. scripturę, numero 8. C. de fide instrumentorum sequitur Alex. ad Bart. in l. ne passim, quę est l. penul. litera E. vbi Ias. in lectura, num. 7. hoc valde commendat, C. de iur. & facti ignorant. Barba. in cap. Raynaldus colum. 50. vers. secundo limita, de testament. & dixit valde singulare, consil. 3. colum. 14, vers. & sic vera sit conclusio, lib. 2. consil. 5. col. 4. versi. item procedent, lib. 2. consil. 10. col. 2. lib. 4. vbi hoc dictum Io. Andr. bellissimum appellat, Dec. pariter valde commendans in cap. ex parte, el secundo limitatio 9. numero 55. de offic. delegat. in capit. sollicitudinem in 8. notabili, num. 15. de appellatio. in cap. pastoralis, col. 6. num. 53. de exceptio. in l. repugnantia in princip. vbi Cagnol. col. 2. sub num. 2. in fine, ff. de reg. iur. Cur. iun. in l. venia, num. 3. C. de in ius vocand. Ripa, de pest. de remed. præseruation. contra pest. numero ducentesimoquinquagesimoquarto, Natta, consilio 585. numero quinto, Sfort. de restitutio. in integr. quæst. 9. articu. 7. sub num. 51.

Contrarium in rustico simplici, contraria deponenti tenet Angel. in §. & licet, numero decimoquinto, de testibus, vbi monet iudices in considerando qualitatem rustici, & si verisimiliter deposuit contraria per dolum, vel ex grossitia, & rusticitate Ias. in l. si quis, id quod nume. trigesimosecundo, ff. de iurisdict. omn. iudi. dicens hoc

esse

esse valde notabile ad excusandos rusticos a pęna falsi Marsil.dicens in practica valde singulare consi. 4. numero 29.iterum commendat cõ silio 7.numero 18.& consil.62.numero 7.Alciat. regul.2.præsumpt. 32.nume.5.Ferrat. dicens hoc esse multum notabile cautel.17.nume. 7.colum.4.Grammat.consi.23.numero 6.Menoch. de præsumpt. lib. 5.pręsumptio.3.numero 27.& hęc opinio est Æquior, arbitrio tamen iudicis considerata bene qualitate facti & personarũ Tiraqu.de pęnis caus.11.numero 16.Ripa de remed. præseruatio.contra pestem nu.134. Alciat.in l.2. numero 11. C. de in ius vocand.Menoch.de arbit.iudic. cas.194. numero 57.nec potest negari, dari multos rusticos scaltritos, & astutissimos, multos etiam simplices, & grossos. considerandũ etiam videtur si habet interesse in causa, vel diligit, vel odio prosequitur, aliquem, & sic de singulis, vnde rustico sagaci, & squadrato non parcitur l.at late §. de rusticis, vbi glos.met.de excus.tut.quam dixit singularem in l.1.in vtraque lectura. C.de interdict.matrimon.dicens esse valde menti tenendum in l.secunda,quæstio.4.in fine C.de rescindend.vendit.dicens parci rustico, qui sit vere rusticus opere, & sermone, & conuersatione fas. valde commendat in l.secunda, C. si quis in ius vocat. non ierit. Barbat. dicẽ esse pulchrum dictum consilio 76.columna vlt.libro tertio, in capit.Rainald.colum.50.limit.2.de testamen. Corn.consil.165.colum. 8.libro secundo. Tiber.Dec.tracta. criminal.tomo secundo, capitu.10. num.6.

SINGVL. LXXVII.

ALLEGANS contraria non auditur l.prima, C.de furt.limita singulariter, vt ille contra quem contraria allegantur, potest eligere vnum de contrarijs, quod sibi magis prodest, & illud acceptare, Baldus dicens valde notatu dignum in l.cum precum.num.5. C.de liberal.caus. dixit valde singulare Dec. in capitu. sollicitudinem numero decimoseptimo.de appellatio. pariter punitus in vno contrario debet audiri in alio. glos. singularis secundum Angel.ibi in authẽtic.de trien. & semiss.in princip.dixit valde singulare additio ad Bald. in l.cum precum litera A.C.de liberal.caus.

SINGVL. LXXVIII.

ALIVD est, sine penuria viuere posse, aliud congrue, cõmode, vel competenter, vnde cum viginti quinque scutis dicitur quis sine penuria viuere, non autem commode glos. est singul. in capit. vnic.§.sunt, in verbo absque penuria de statu. regu.libro sexto, quam valde singularem dixit Dec.in capitulo postulasti numero 7. de rescri. in capitu.peruenit, secundo el in vltim.not. de appellat. vbi quandoq; etiam confunduntur.

SINGV. LXXIX.

MALA fides defuncti nocet vniuersali successori et si à se

tum vigere in loco domicilij ipsius viri Cuma. consf.26. col.1. consf.72. col.2. Barbac. in rub. de consuetud. numer.51. claud. Aquensf. in l. cum quædam puella in princip. ff. de iurisdictio. omni iudic. Dec. late consf. 19. Curt. iuni. consf. 129. col. 2. in l. exigere dotem col. penult. ff. de iudic. vbi Cagnol. col. 3. vers. ampliatur ergo primo, & in 7. col. in princip. vers. sexta limitatio, dicens hāc esse magis communem opinionem idem purpurat. ad l. 1. num. 147. C. de summ. Trinit. & fide Catholic. Soc. iun. consil. 14. colum. fin. vol. 1. Cagnol. ad l. qui cum alio nu. 14. ff. de regul. iur.

Limitatur singulariter, nisi vxor habuisset iustam ignorantiam causatā ex assertione, & persuasionibus ipsius mariti, quo casu mulier excusatur, & maritus non gaudebit beneficio statuti de proprio domicilio, Purpurat. dicens valde, & singulariter notandum ad limitationem prædictæ conclusionis ad l. cunctos populos num. 149. C. de summ. Trinit. & fide Cathol. commendat pro singulari, & valde notabili in practica Roland. de lucr. dotis q. 14. nume. 24. & hæc opinio confirmatur, quia si audiui à patre meo, vel auo, vel aliquo meorum maiorum ipsos emisse talem fundum, induci tur bona fides & iustissima credulitas, sufficiens ad præscribendum, Bald. loquens in casu quotidiano ad. l. iudicia. columnn. 2. q. 4. nu. 5. C. de rei vendicatio. vbi ponit casum quotidianum in filio, cui pater dixit iam per multos annos emisse fundum, nec reperiuntur instrumēta, nec testes, qui hoc sciant, tamen ista iusta credulitas cum possessione decennali inducit præscriptionem, & est casus, qui quotidie in facto occurrit. Clarius ad propositum nostrum idem Bald. in l. super longi. num. 5. & 6. C. de præscriptio. longi tempor. vbi ex persuasionibus, & assertione aduersarij inducitur bona fides, & iustissima credulitas, vbi Angel. colum. 2. versic. idem si causetur Bartol. in l. celsus nume. 4. vbi Balb. num. 39. ff de vsucapio. Butr. in cap. si diligenti. col. fin. de for. cōpetent. Feli. in cap. de quarta col. 4. vers. immo dictum vnius de præscriptio. Barbac. consil. 27. colum. 4. vol. 3. Trigo singular. 56. num. 5. si igitur maritus persuaserit vxori, est in ea iusta credulitas, & ob id excusatur, nec marito prodesse debet. vnde dicebat Bal. in cap. sanctorum vers. ex dicto vnius de præscriptio. quod ex dicto vnius fide digni causatur bona fides, sequitur Aretin. consil. 102. colum. penultim. versi. & ideo facit etiam aliud simile, quod in dubio creditor præsumitur sciuisse debitorem non esse idoneum, & sibi imputet, si non explorauit eius conditionem, quoniam recipiendo, videtur approbasse tanquam idoneum.

Limitatur, hoc nisi creditor probaret suam iustam ignorantiam, vel fuisse subductum suasionibus Principalis asserentis debitoris de legatum, esse idoneum, Alex. valde commendans in l. si cum dotem, §. si cum mulier colum. 2. in princip. vers. vnum addo ff. solut. matrimo. dicens esse valde vtile pariter recipiēs fideiussorem minus idoneum sibi præiudicat, nisi dolus aduersarij interuenerit, Alex. cōs. 60. col. 2. vol. 5. Marsil. de fideiussor. sub n. 73.

SINGVL. LXXXI.

IN alternatiuis electio est debitoris l.plerumq; in fine ff.de iu.do. l.non vtique in princ.versic.& ideo ff.de eo,quod cert.loc.l.si hæredi.ff. de condict.institut.regul.in alternatiuis lib.6.

Limitatur singulariter nisi debitor eligendo, morá faceret creditori, vt quia ambę res sint præsentes, & posset statim dare illum,& consequenter vtriusque haberet,expeditam solutionem, si verò non esset expedita solutio,non debet concedi electio l.cum res versic. toties.ff.de legat.vbi Ias.notab.13.nu.28. dicit esse textum singularem, & valde menti tenendum ad limitationem d.regulæ.

Ex quibus infertur alia notabilis limitatio ad l.cum qui certarum §. 1.ff.de verb. obligat. vbi in obligationibus alternatiuis inter viuos admittitur variatio etiam post sententiam,nam videtur limitanda per prædicta, dummodo talis variatio non impediat executionem.

SINGVL. LXXXII.

PROROGATIO facta debitori simpliciter, sine appositione termini intelligitur de Medico,qui magis intellectu, quam sensu percipi possit,glo.est notabilis,& singularis in l. Æmilius Largianus in verbo restit.ff.de minor.vbi Bar. colum.1.nu.2.dicit valde notabilé, & signandam, Alber.col.fin.in fine dicit valde notabilem, & quotidie in facto, & practica euenire. Bald. sub n.13.dicens ẽt in alio illá gl.esse singularem.s. quod interpellatio non constituit debitorem in mora incontinenti ipso facto,sed cum aliquali spatio temporis ad prouidendum.Hanc eandem glos.dicit valde notabilem, & menti tenendam in interpellatione expressa, in capit.1. inprincip. de nou. form. fidelit.in cap.1.§. Domino guerram. in titu. hic finit lex Corrad. in l. & si post tres colum.6.sub nu.9. valde singularem quoque dixit Alex.in l.1.§.si ita sub n.9.ff.ad l.falcid.Rom.valde notabilem * appellans.consi.27. n. 4.inferens ad notabilem speciem facti: & communem dixit Eman.in suo Thesau.litera M.nu.216.

SINGVL. LXXXIII.

INSTANTIA nõ currit qñ causa per cauillationes & subterfugia aduersarij in longũ protrahitur glo.est singularis in c.venerabilis in glo.magna in 3.lectura de iudic. quam valde singularem dixit Alexan.consil.42.nu.9. lib.3.Rota decis.7.de appellatio.in nou.limitatur in causis commissarijs,quæ etiã hoc casu currit,& instantia redit ad delegãtem nisi tangatur ius partis glo.& ibi not.in l.intra vtile §. fi.ff. de minor. & in c.de causis de of.del.

SINGVL. LXXXIIII.

TEXTVS est mirabilis in l. ẽt ff.de minor.primo, quia datur ei restitutio,& tamen nõ est minor,non absens, non infirmus, non similis. ita mirabiliter dixit illum textum & non esse alibi in c.1. n.9. in fi.de restit.in integrum, secundo est mirabilis ille textus,quia existẽs

in

in vtero, non agit, & temere contra eum præscribitur, & sic præscribitur, & contra nemine præscribitur, & in hoc quoq; dixit mirabil é illũ textum Bald. in c. 1. n. 2. in secundo notabili de præscript.

SINGVL. LXXXV.

Ampliatur notabiliter & procedit etiam in statutis etiam per argumentum a contrario sensu, ad correctionem iuris communis ita notabiliter Bald.in l.obseruare §.proficisci quæstio.3.num.3 de offic. proconf. & legat.dixit valde singulare Ias.ad l.si quis ibi num.4. de vulga. & pupillar.

SINGVL. CLXXXVI.

PROMITTENS soluere precium infra tempus limitatum

tum si non soluit, contractus resoluitur singulare dictum Creman.in l.si ibi quis § . . . vbi Ias. nu. nono, & decimo, dixit valde singulare ff.de verborum obligat.

Et sic datur notabilis ampliatio ad l.si fundus in princip. ff. de leg. commissor, vt procedit etiam si precium in termino non sit solutum.

SINGVL. CXXXVII.

SI cõtraho tecum respectu vnius mandati quod. habere credebam, tamen possum postea agere vigore alterius mandati qđ iam habebã licet ignorarem tempore contractus, doctrina est notabilis Bart. in l.habebit nume.2.ff. de institor. actio.& in quæstione adunantia generalis. in fine quam valde singularem dixit Alexan.consil.146.num. 21.vol.5 valde notabilem dicit Crauett.consi.398.nu.14.

Declaratur vt ille text. procedat quando error sit ex parte creditoris secus si ex parte agẽtis asserentis se habere mandatum, qui vere non habebat Rom.consi.446.in pinc.

Declaratur secundo, & procedit quando est translatum plenum ius vel nudum officium & actus fiat de necessitate legis Bal. in l.falsus nu. 15. C.de furt. Menoch. de arbit.q. 75.nu.4.

SINGVL. CLXXXVIII.

DONATIO causa mortis requirit quinque testes & testamentum septẽ iuribus vulgaribus.

Fallit singulariter nisi fiant apud acta iudicis maioris Curiæ, quo casu etiam sine testibus valere dictum est singulare Bal. in l.pacti nouissima in primis verbis. C.de pact. vbi Ias.num.10.dicit valde notabilem & singularẽ valde etiam commendat ad l.omnium nume. 15. C. de testam. valde singulare dixit Guido Pap.consi.57.num.3. & decisio. 325. valde singulare dixit Roland. consi.70.num.28.volum.1. restringitur ergo ad acta maioris curiæ tãtum & circa numerum testium, secus circa alias solennitates Rolan. consi.54.num.38.volum.2.

SINGVL. CLXXXIX.

CONTRACTVS præsumitur in vtilitatem ecclesiæ si fiat cum decreto iudicis, dictum est singulare Bald.in in cap.1. in 2. colum.de his qui feud. dare possess. in cap.1.colum.vlt.de confirm.vtil. vel inutil. appellauit dictum egregium Alexand.consil.79.colum.8. volum.1. valde singulare dixit Ias. ad l.pac.nouissima numero 8. C.de pact. Rodoric. valde commendans de rebus ecclesiæ in rubric.de caus. vtilitatis num.75.fol.126.& eadem rubr.fol.132.num.162.fol.227. n. 11.fol.228.num.15.dixit valde singulare Dec.consi.142.nu.1.& 2.

SINGVL. CLC.

TVTOR dicitur bona fide & palam contrahere, si cum decreto iudicis sit cõtractus Bar.in l. frater a fratre num.50. versi.tertio quæro ff.de conditio.indebit.quod valde singulare dixit Imol. in l.1.§. fuit quæsitum columm.1. ff.ad trebellian.singulare quoque dixit Alexand.in l.transactione C. de transa-

ctio.

ctio. Ias. in l. pacta nouissima num. 9. uersi. quarto facit C. de pact.

Quod verum in decreto el solemniter interposito Hippol. Riminal. censi. 5. num. 180. l. 5. & est communis opinio Ias. in d. §. fuit quæsitum num. 7. & 8. Borg. de tutor. nu. 179. data tamen pupilli vtilitate vel magna causa. Soc. . . reg. 31. n. 9.

SINGVL. CXCI.

IVDEX potest insinuare donationem de re in alieno territorio sita. l. lata alias dati C. de donatione vbi Bart. & post eum Salicet. dixere esse casum notabilē & semper cordi tenendum.

SINGVL. CXCII.

IVRISDICTIO voluntaria prorogari potest. l. 5. C. de emancip. liberorum.

Ampliatur notabiliter etiam in iudice Chartulario, glos. singularis in l. 1. in glos. qui tribunali, in fine ff. de iudic. quam valde singularē dixit Bald. ad ampliationem d. legis in l. secundam C. de don.

Limitatur singulariter vt sit progabilis in iudicem habentē aliā similem in similibus iurisdictionē Bald. dicens valde singulare ad l. repetiti C. de episco. & clericis dicens perpetuo menti tenendum, & sic dantur duę singulares limitationes ad voluntariā iurisdictionem prorogandam.

SINGVL CXCIII.

RELATIVVM respicit id quod venit dispositiue & principaliter: secus exceptiue licet exceptio sit proximior ad relatiuum & ratio grammaticalis & recti sermonis aliter dictus. textus est singularis in l. nam quod liquide. §. fi. ff. de penu. leg. quam admirabilem dixit ibi Bart. & tandem cogitandum reliquit. admirabilem quoq; dixit Ias. in l. 1. nu. 7. in fine, C. de summa trinit. & fid. cathol.

SINGVL. CXCIIII.

SI in aliqua ciuitate vel loco non reperitur alius iudex quam spiritualis, ille etiam est iudex in temporalibus. dictum est notabile Bal. in capit. bon. el secundo sub nu. 26. versi. sciens de postulatio. prælat. dixit valde notabile Ias. in l. testamen. col. 1. num. 1. in fine C. de testam.

SINGVL. CXCV.

IN actibus voluntarię iurisdictionis præualet veritas tunc postea si iudici constet etiam sine citatione, matrem esse negligentem in petendo tutorē filio, potest dare aliū etiam matre non citata. dictum est singulare Bald. in authen. matri, & Auiæ. in fine C. quando mulier. qd valde singulare dixit Soci. in l. multum colnm. final. in 2. limitatio. ff. de condit. & demonstrat. & hæc est mera veritas vt dicit Alexander consil. ibid. columna secunda, volumine quinto, dummodo iudici fuerit narratum & expositum. nec dissentit Bartol. in l. tutor. petitus nu. quinto, ff. de tutor. & curat. dat. ab his Nigell. in secūdo concordat & glos. Aretin. Gabriel. de citatio. con clusio. ampliatio. 92. numero 281.

licet

licet Bartol.aliter in dic. authentic. matri & auiæ numero decimooctauo,quem sequitur Dec. consilio 16. columna final.

SINGVL. CXCVI.

IVDEX habens duplicem potestatem, ordinariam & delegatam, simpliciter procedendo præsumitur in eo modo quo actus substineatur Roman.singul.15.vbi Apostillantes dicunt esse communem opinionem.

Quod limitatur singulariter nisi ex actis contrarium appareat Felin.in capitu.ex officij columna 13. Fallent.1.de præscriptio.ita saluans consilium Rom.trigesimum factũ in fine appellauit dictum bene notandum Alciat.reg.tertia,præsumptio.35. num.sexto, exemplificans aliud esse si dicat N. iudex simpliciter aliud si addit iudex in tali causa primo etiam casu secũdum eum actus substinetur secundo casu.

SINGVL. CXCVII.

IN dubio probationis rei,præferũtur probationibus actoris gl. est singularis in Can. clerici 81.distinct. quam singularem dixit Crauett.consilio octauo,numero 9. ampliáns notabiliter etiam si probationes actoris in aliquo excederent est vera & communis opinio Bald. in l.magistratus in fine C. quand. procurat. non est necess. Dec. in l. non est nouum C.de edend.Cagno. ad l.fauorabiliores nu.6.ff.de regu. iur.

Limitatur singulariter in causis sui natura fauorabilibus tex. est singularis in l.lege Iulia ff. de manumiss.quem ad hoc dixit singularem Bald. in cap.domino guerram §. ad hæc. hic finit lex Corrad.

Limitatur secundo,singulariter fundata prius competẽtem iudicis glos. notabilis in capitu. cum contingat in glos.3. magna in fine de rescript.quam valde singularem dixit Ias.in l.de die in fine princip. ff. qui satisd.cogant.

SINGVL. CXCVIII.

CONFESSIO testatoris facta in testamento parte absente non probat debitum & reuocari potest Bart.in l.cum quis decedens §.codicil.nu.5.de leg.3.

Coniuncta tamen cum vno teste probationem inducit Castrens. in l.prima,numero 3.C.de fals.caus.legat. adiect. dicens esse singulariter notandum.

SINGVL. CXCIX.

CONFESSVS spe futuræ numerationis potest infra biẽnium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ toto titu. C.de non numerata pecu.

Limitatur singulariter in confessione facta in mortis articulo quo casu nec testator superuiuens nec eius hæres infra biennium opponere poterunt glos.est pulchra,& singularis in l.prima,in glos. magna versiculo. item alia ratione C. de fals.caus.legat.adiect.vbi Bartol.numero quarto,in secunda opinio.dixit singularem limitationem: singularem quoque dixit idem Bal-

dus in titul. de pace constant. in verbo vassalli in capitulo literas de præsumptio. Marsil. consilio quinto, numero sexto decimo, dicens perpetuo notandum, & de fideiuss. sub numero 43. Imol. in l. si ex pluribus ff. de solution. Ioan. de Plata in § idem iuris in fine institutio. de exceptio. Ias. in l. qui pecuniam columna prima, ff. si cert. petatur in l. admonendi numero 158. de iur. iurand. Marsil. in l. prima, § præterea, columna quarta, de quæstio. & non habet contradictorem Felin. in capitulo si cautio numero 54. de fide instrument. Costat ad l. si ex cautione limitatio, duodecima. C. de non numerata pecun. Riminald. de donationis, in principio, numero 528.

SINGVL. CC.

SI vnus ex pluribus iudicibus voluntariam tantum iurisdictionem habentibus solus se in causa intromiserit solus expedire poterit: secus si omnes quia solus non poterit l. prima, ff. de offic. Consul. vbi Bart. in principio dixit esse legem admirabilem & perpetuo menti tenendam.

Extenditur etiam ad iudices contentiosam iurisdictionem habentibus glos. reputata singularis in l. Pomponius in glos. magna circa medium ff. de re iudic. vbi Angel. numero tertio, Alexander, numero quarto, Iason, numero quinto, dicunt eam valde singularem & communiter receptam.

SINGVL. CCI.

CONFESSIO sine causa facta nō valet l. secunda, §. circa ff. de dol. except.

Limitatur singulariter nisi facta sit in mortis articulo. glos. singularis in l. prima, in verbo apud iudices in fine ff. de interrogatio. actio quam valde singularem dixit Barbat. in rubric. de fid. instrumen. columna tertia, Alexander consilio tertiodecimo, columna quarta, volumine primo, Marsil. consil. quinto, numero decimoseptimo, vbi valde commendat dicens perpetuo notandum.

SINGVL. CCII.

ARBITRI & iudices delegati ab alijs quam a Principe non possunt alijs committere animi sui motum cum eorum industria censeatur electa glos. singularis secundum Bald. ibi in l. si in tres. & in sel. queri. ff. de arbitr. dicens ita practicari.

SINGVL. CCIII.

COMPROMISSVM simpliciter factum in plures, in dubio intelligitur vt omnes simul iudicent, nec valet eorum laudum aliquibus absentibus glos. singularis in l. non distinguemus §. cū in plures ff. de arbitr. quam valde singularem dixit Franch. in capitu. final. columna secunda, super glos. electis de arbitr. lib. 6.

SIN-

SINGVL. CCIIII.

EMPTOR rei alteri obligatę non potest agere de euictione nec ad pretij restitutionem, sed ad quanti minus res valeret, si alteri obligata non esset. dictum est singulare Bartol. in l.cum stipulatus mihi sis a proculo §.final.ff.de verbor.obligation.in l.si quis stipulatus se strictum §.final. eodem titul. dixit perpetuo menti tenendum Alexand.in l prima, §.si hæres numero tertio, vbi Angel. numero 3. vbi Angel.numero tertio,Castren. numero secundo,Ripa numero 31. Geisell.in princip ff.ad trebellian. Alexand. consilio 67. numero primo, volumine tertio Bertac.in verbo emptor. age.numero 43. Pedemont.24.nu.6.

SINGVL. CCV.

TERTIVS pro suo iure, & interesse potest iudicem recusare Abb. in capitu. super nume.2. de offic.delegat.dicens perpetuo notandum nec alibi legisse.

SINGVL. CCVI.

IVDEX potest recusari suspectus,ne dum in causa propria, sed suæ dignitatis, & offic. Abb.dicens perpetuo notandum in capit. cum super nume.tertio,de offic.delegat.

SINGVL. CCVII.

DELEGATVS ab Episcopo Marchione vel Duce,subdelegare non potest cum eorum leges sint ius prætorium non ciuile dictum est singulare Bartol. in l.4. §.1. numero 6. ff.de damn. infect. vbi Imol. dixit valde singulare & alibi nescire.singulare quoque dixit Ias.in l.A.iudice sub n. 11. in 3. limit.C.de iudici.

SINGVL. CCVIII.

DELEGATVS a Principe subdelegare potest l.A.iudice. C.de iudici. limitatur singulariter nisi per Principem esset facta delegatio vel commissio per verba mere præceptiua, vt iubeo vel præcipio: nam tunc etiā a Principe delegatus subdelegare nō potest, secus per verbum mando, quod verbum est vltra consilium,sed citra præceptum glos.est notabilis & singularis in l.sæpe audiui,vbi Bald.in fine dicit eam non esse alibi ff. de offic. præsid.& singularem quoque dixit Imol.Clement. sæpe in 6.columna de verbor. significatio. vbi Georg. Natt. in principio dictæ Clement. numero 28.dicit eam valde solemnem & male a Doctoribus reprę-hendi.singularē quoque dixit Cardin. in Clement. procuratorem colum.2.de procur.post Imol.pariter ibi Bald in l.1.colum.3.C.quomodo & quando iudex in l.legis virtus ff.de acquiren.hæredit. & eum approbat totus mundus Alexand.in l.mon.nu.4.in fine ff.de iurisdictione om. iudic. Fel. in capit. eam numero 11.de rescript. Ias. in l.omne verbum numero 2. C.commu. de-legat.

SINGVL. CCIX.

DELEGATVS a Principe subdelegare potest. l. A iudice C. de iudici.

Limitatur singulariter a Principe viuente per ipsius rescriptum secus si per generalem aliquã eius constitutionem: nam tunc subdelegare non potest glos. est quam ibi Castrens. dicit valde singularem in l. prima, vbi Castrens. numero 3. C. ne liceat potentioribus, & si dicatur deputatus a lege fit ordinarius, ergo delegare potest: responde tur per eum, hoc esse verum si fiat ordinarius vniuersaliter, secus si in vna causa tantum, commendat etiã pro singulari Ias. in l. a iudice in fine. C. de iudic. dicens hoc esse multum vtile pro statutis disponentibus vt de tali causa cognoscat potestas ordinarius. Igitur specialiter in aliqua causa iudex deputatus subdelegare non potest.

SINGVL. CCX.

IVRISDICTIO iudicis penitus incompetentis prorogari non potest dato errore vel ignorantia, secus in iurisdictione elidibili per exceptionem aliquam declinatoriam: nam si per ignorantiam vel errorem omittatur iurisdictio prorogatur glos. notabilis & singularis in l. secunda, §. primo, ff. de iudic. vbi Castrens. numero quarto, dicit perpetuo menti tenendum nec alibi reperiri inferens post Inno. quod si sint dati simpliciter plures delegati partes procedendo coram vno viderẽtur iurisdictionem prorogasse etiam data ignorantia cum habente iurisdictionem habitu in solidum licet non actu, & sic habitus in solidum deducitur ad actum in solidum. singularem quoque dixit idem Castrens. in l. Pomponius, columna secunda, in fine ff. de re iudic.

SINGVL. CCXI.

QVANDO vna sola ratio allegari potest illa habetur pro expressa & ab ea licet arguere sicut si esset expressa glos. singularis & valde commendata in l. quamuis vbi Baldus numero tertio, Castrens. numero quarto, Iason numero sexto, C. de fideicommiss. commendat Baldus in l. maximum vitium columna quarta, de liber. præterit. Imol. in l. final. ff. de hæredib. instituend. Brixiens. in repertor. in verbo lex dicens fecisse magnum honorem in ardua causa.

Ampliatur notabiliter vt in dubio non præsumatur vna causa sed plures & alleganti vnam tantum incumbat onus probandi dictum est singulare Salicet. in l. serui vestri columna nona, de noxal. quod dixit valde singulate Alexand. in l. si constante columna sexta, ff. solut. matrimon. Iason in authent. quas actiones sub numero vigesimo secundo, C. de sacrosan. ecclesi. Gomes. in omnium numero vigesimo 8. de actio. Cassaneo in consuetud. Burgund. de approbatis. 60. concl. fol.

folio 206. Alciat. regul. prima, præsumptione 24. Grat. consilio 26. numero 30. consilio 27. columna final. volumine primo, consilio 35. numero 34. eodem volum. Contra. ad l. diffamari in ratione decidendi numero 21. C. de ingente, Socinus iun. consil. 10. numero 21. volumine primo, Parisi. consilio quarto, nomero 74. volumine primo, Tiraquell. de cauſ. cessant. limit. 21. numero vigesimo primo, Gabr. de Statut. conclusione 6. numero quinto, Curt. iun. consilio 6. dicens magis
* communem.

Limitatur etiam singulariter in l. correctoria, & pænali simul. glos. singularis in Clemen. secunda, & Clem. . . . dictat ex qualita. quam dixit singularem Rom. consilio 29. Ias. in authent. quas actiones sub numero 22. C. de sacrosan. ecclesijs.

SINGVL. CCXII.

DISIVNCTA posita inter personas grauatas vel honoratas resoluitur in coniunctam l. cum quidam C. de verborum significatio.

Limitatur singulariter vt procedat quando ponitur sola secus si procedat copula: nam tunc quælibet retinet proprium natura secundum ordinem suum: textus est singularis secundum Bald. ibi & ibi Iason, numero secundo, in l. qui fundum §. his verbis ff. de legat. 1. dicens valde notandum & alibi nescire.

SINGVL. CCXIII.

CAVSA si committatur pluribus, sub forma vt omnes duo, vel vnus operatur vt quilibet insolidum altero nō requisito iudicari possit iuxta capitulū cum in plures de officio delegato, libro sexto.

Fallit in iudicibus delegatis commodum reportantibus Alc. dicens singularem limitationem in l. hæredes mas. §. peto ff. ad trebellia. vbi non consideratur commodum sportularum vti remotum.

SINGVL. CXIIII.

IVDICES delegati debent simul sententiam ferre, nec sufficit simplex præsentia glos. in l. cū magistratus versicu. dummodo C. quando prouoc. non est necesse.

Fallit si vni de causa nō liqueret & id asserat, Angel. in l. Pomponius numero 1. ff. de re iudic. vbi Castren. num. 5. dicit perpetuo notandum dicens cum de causa non liquet in fine termini posse absoluere ab obseruatione iudicij, nec contra propriam conscientiam iudicari.

SINGVL. CCXV.

SI statutum vel reformatio committat aliquid prioribus vel antianis intelligitur, vt vniuersis & sic omnibus vel maiori parti ipsorum Bartol. dicens valde singulare in l. rescriptum numero primo, ff. de pact. vbi Fulgosius dicit

valde vtile & habuisse in facto val de arduo.

Limitatur valde singulariter in actu iam cõsummato, vt si dicatur priores fecerunt procuratorẽ mercium, nam non infertur de maiori parte priorum sed in paucis verificari posset, dictum est singulare Oldrad. consi. 100, numero 4. qui dixit singulare Imol. in capit, quanto de his quæ fiunt a maior. part. capit. Alex. in l. rescriptum nume. 4. ff. de pact.

Et certe si considerentur verba Oldrad. hoc non dicit: sed considerat verba ea sic denotantia corpus vel singularitatem personarum primo casu semper intelligitur de omnibus vel maiori parte: secundo casu non vnde non considerat Oldra. actum gestum vel gerendum, sed conceptionem verborum.

SINGVL. CCXVI.

DEFERENS alicui inhabili iuramentum litis decisoriũ videtur eius personam approbare vnde amplius, de inhabilitate opponere nõ poterit: textus valde singularis secund. Bald. ibi in l. qui iurasse in prin. ff. de iure iuran.

SINGVL. CCXVII.

PROMITTENS restituere dotem in omnem casum dotis de iure communi restituendę, intelligitur seruata consuetudine Martini scilicet, filijs non extantibus dictum est mirabile Bald. in l. constitutionibus numero secundo, C. de bonit. quæ liber. quod admirabile dixerunt Roman. & Alexander in l. post dotem ff. solut. matrimon. de quo tamen dubitauerunt ibi Angel. & Castrens. dicentes illud verbum iure communi hoc modo nihil operaretur Butr. in capitu. quintauallis de iureiurand. Ias. ad l. omnes populi sub numero vigesimotertio, ff. de iust. & iur. sed videtur bene consideranda ratio Bald. in dicta l. constitutionibus qui monet quod lex interpretans est in corpore legis interpretatę, vt in authentic. de filijs ante dotalia instrument. nat. vnde consuetudo Martini includitur & modificat ius commune.

SINGVL. CCXVIII.

FILIA renuntians hæreditati paternę intelligitur renunciasse doti maternæ, quando nulla bona paterna reperiuntur, dictum est singulare Bald. in l. liberti columna penult, sub numero 28. C. de oper, libert. ea ratione ne cessio sit inutilis, dixit singulare & menti tenendum Ias. in l. qui Romæ, §. duo fratres numero 63. ff. de verbor. oblig. dicens in practica esse multum vtile.

SINGVL. CCXIX.

LEGANS ornamenta sua, non videtur legare ornamenta quęlibet causa vendendi l. pediculis §. item cum quæreretur ff. de aur. & argen. leg.

Limitatur singulariter si propria nõ habeat, tunc enim venient ea quæ habet causa vendendi, glos.

est

est ibi singularis in verbo non videri, quam Bar. ibi valde commendat singularem & valde notabilem dixit Ias. in l. qui Romę § duo fratres numero 62. ff. de verb. oblig.

SINGVL. CCXX.

SI testator mandat solui omnia debita sua, non intelligitur de legitime præscriptis vel aliquam exceptionem patientibus l. si is cui §. Flauius ff. de solutio.

Limitatur singulariter si testator non habebat alia bona quam præscripta: nam de his intelligitur ne verba sint superflua Bald. singulariter in l. quibus diebus §. dominus ff. de condit. & demonstratio. dixit valde signandum Ias. in l. qui Romę §. duo fratres numero 63. ff. de verborum obligatio. Felin. in capitulo Romana numero octauo, de rescript. Boni. de statu. præscri. glos. 19. nu. 101.

SINGVL. CCXXI.

VERBA præsentis temporis non extenduntur ad debita cōditionalia l. si ita scripsisset ff. de legat. 2.

Limitatur singulariter nisi alia debita habeat quam conditionalia ita limitat ibi singulariter Baldus, dixit aureum dictum Salicet. in capitulo primo, columna 9. de rescriptis. Ias. in l. qui Romæ §. duo fratres numero 64. ff. de verborum obligat.

SINGVL. CCXXII.

IVS accrescendi locum habet in vocibus, & electionibus & ob id infertur, licet in causis vniuersitatum & concilijs publicis debeant esse præsentes duę partes ex tribus, tamen hoc declaratur notabiliter nisi aliqui ex duabus partibus sint aontumaces, nam voces absentium contumacium & comparere nolentium accrescunt præsentibus & gesta per eos valent, licet non sint duę partes, dictum est notabile Bal. in l. vnic. quæstione 12. numero 34. C. quand. non patent part. dixit valde notabile Veronensi. consil. 29. in vocibus, Dec. in capit. prudentium numero 38. de offic. delegat. & licet opinio Bartol. in l. omnes populi numero 16. ff de iust. & iur. sit in contrarium, tamen textus in l. fin. C. de pręd. decurio. l. decima, in quo se fundat Bart. videtur habere aliū intellectum scilicet, quod omnes de concilio debent sigillatim dare eorum votum nec sufficit qđ notarius generaliter in instrumento attestatur, prout & Bude. & Luc. de penna attestantur.

SINGVL. CCXXIII.

DISPOSITIO l. eos C. de his qui veniam ætatis an habeat locum in habilitato per statutum prout dicitur exter. Florentiæ vtique sic, dictum est singulare Castrens. consilio 106. columna secunda, secundum nouam impressionē quod dixit valde singulare Dec. cōsilio 39. sub numero tertio, Rolan. consilio septimo, numero decimo-

ſeptimo, libro tertio. Socin. conſil. 130. numero tertio, volumine 1. & licet Cardin. Albanus in lucubratio. ad Barto. in l. magis puto §. ſi pupillus ff. de rebus eorum. contrariũ late defendat poſt Corne. conſilio 108. volumine tertio, tamen opinio Pau. Caſtren. eſt magis communiter recepta. Simoncellus, de decr. libro tertio, titul. octauo inſpectio. tertia, numero 26. laudarem tamen eſſe inſpicienda verba an ſint preciſa, vel præſumptiua, ſimplicia vel prægnantia & hoc modo conciliare opiniones.

SINGVL. CCXXIIII.

LEX generaliter loquens generaliter debet intelligi l. prima, §. generaliter ff. de legat. præſtandis.

Ampliatur notabiliter etiam in materia odioſa, dictum eſt notabile Angel. in l. final. quæſtio. tertia, ff. de conſtitutio. princip. dixit valde notabile Dec. conſil. 5. in fine. Crauett conſi. 118 nume. 14. vbi valde commendat.

SINGVL. CCXXV.

STATVTVM puniens loquentem cum bannito non habet locum in eo qui ex iuſta cauſa, loqueretur: dictum eſt ſingulare Socin. in l. prima, ff. de verbor. obligatio. vbi Socin. iun. numero 65. dicit eſſe dictum egregium & admirabile.

SINGVL. CCXXVI.

SI quis efficiatur furioſus poſt capitale delictum commiſſum, non poteſt puniri pœna capitis Baldus ſingulariter in l. furioſum in fine C. qui teſtam. facer. poſſeſſ. in l. humanitatis numero 46. C. de impuberum conſilio 347. volumine tertio, dixit perpetuo menti tenendum & ſecundum eum in facti contingentia iudicatum; Nouell. in tractat. ad defen. numero 40. & hæc eſt magis communis opinio Iaſ. in l. ſi ſeruum numero ſeptimo, ff. ſi de vaxal. cauſ. agat. Plac. in epitom. delict. capitu. 29. numero ſeptimo, & paſſim in practica ſeruatur Tib. Decian. trac. criminal. capitulo 24. numero 10. tomo 1. & licet Iaſ. ad d. l. ſi ſeruum. conetur impugnare, tamen eius rationes militarẽ in caſu in quo non fabricatur proceſſus per perſonæ examen & per tractũ ſucceſſiuum & hanc opinionem dixit benigniorem Cagnol. ad l. in negotijs numero tertio, ff. de regu. iur. rep. ad l. & facto columna ſexta decima, ff. de vulgar. vbi multis modis limitat. numero tertio, Iul. Clar. §. fin. quæſtio. 60. verſicu. item quæro.

SINGVL. CCXXVII.

CONDEMNATVS ciuiliter de crimine qđ infamat non efficitur infamis, gloſſa eſt ſingularis in capitulo, at ſi Clerici in verbo non tenet dict. iudici, quam ſingulare dixit Roma. conſi.

191 numero 8. Rot. decisio. 2. in fine in titu. de iniur. in contrarium est cõmunis opinio, de qua ibi per Dec. nũme. 176. quæ procedit nisi verbis sit temperata prout contra patrem, vel patronum, Bart. in l. in famem, num. 4. ff. de public. iudic.

Secundo procedit in processu bene fabricato contra personam, contra quam procedi poterat, alias condemnatus ex inordinato processu est infamis infamia facti tantum Alexand. consilio 152. colum. 4. libro quinto.

Limitatur tertio in conditione furtiua, & qualibet conditione, quæ non infamat, Bart. in l. 1. ff. de his, qui not. infam. Dec. in d. cap. at si clerici, num. 179. & in dubio de conditione furtiua ad tollendum infamiã, Io. de Ana. notabiliter in cap. qualiter. §. ad corrigendos, colum. 4. de accus. dicens ita consuluisse Venetijs, & illa actio, quæ non infamat Ioan. Andreas ad Specu. in titu. de obligat. §. de penul. in ad d. magna commendat Alex. in l. certi conditio, in prin. dicens valde singulare in l. Gallus, §. si eius col. 2. ff. de liber. & posthum. bonus text. in l. hæ enim. ff. de suspect. tuto. Bal. in cap. imperialem, §. pręterea, col. 3. de prohibitio. feud. alienati. per Feder.

SINGV. CCXXVIII.

IN actu clandestino præsumitur iuris ignorantia, vnde alias excusandus ex simplicitati, vel simili capiti clam faciendo amplius non excusaretur, tex. est singularis in l. fin. de sec. nupt. quem valde singularem dixit Roma. consi. 106. nu. 5. allegando textum cum glo. singulari in l. 1. C. de interdic. matrimo. singularem quoque dixit Crauett. cõsilio 109. num. 11. latè Tiraquel. de pęn. consil. 11. nume. 11. de retract. conuentio. in præfatio. num. 14. Mascard. conclusio. 297. nu. 2.

SINGV. CCXXIX.

STATVTVM, vel bannimẽta punientia aliquem in domo sua habet locum in domo conduct. dictum est singulare Bal. in rub. de nou. oper. nunciatio. num. 5. dixit dictum elegans Barbat. in reb. de consuetud. num. 10. singulare Tiraque. de retract. lignaier. §. 9. gloss. 2. nu 33. dixi in tract. locat. & conduct. part. 5. titu. de verb. signifi. quæstio. 20. numero 4.

SINGV. CCXXX.

COMMODATARIO non competit remedium spolij Ripa ad l. rem quæ nobis, num. 21. ff de acq. possess. in cap. sæpe, numero 24. de restitu. spoliat. Cæphal. consi. 100. num. 57. lib. 1. ponit. de spol. l. 1. num. 126.

Fallit singulariter accessorie ad domum propriam commodatarij in qua sint istę res textus est singularis in l. 1. §. quod autem, ff. de vi, & ui armat. dixit singularem Menoch. de recupe. remed. 15. nu. 54.

SINGV. CCXXXI.

PRECARIO possidens dicitur habere in dubio naturalem possessionem vnde ei competit remedium spolij, textus est singularis

ris

ris in l.& habebat.§.pen. ff.de precar. quem dixit singularem Menoch.de recup.remed.15.nu.55.

SINGV. CCXXXII.

PER dictiones taxatiuas non inducitur correctio legis, vel statuti, dictum est singulare Bart.in l.3.§.cum Titio,ff.de adimend.leg. quod dictum valde singulare dixit Imol.in l.si vero,§.de viro,colum.7.in princip.ff.solut.matrimo. Ancar.in cap.canonum statuta in 8.colum.quæst.14.de constitu. Alexan. in l.1.ff.de bonorum possess.contr. tabul.Ias.in l.si constante,num.89. ff.solut. matrim. licet quo ad se dubitet Euerar.in loco a taxatiu.num.3.Aretin.consi. 27.col. penul.in fine versicu.præterea, Corne.consil. 172.col.3.versic.hinc alias dubitabatur, libro 4.Dec.consilio 87.columna fina.

Ampliatur notabiliter etiam si verba taxatiua essent geminata Alexand.consi.130.colum.2.versicu. non obstat, libro 4. dixit singulare Dec.ad l.1.num.6.C.de bonorum possessio.contra tabul.& consi.181. numero 6.

Declaratur nisi aliter constet de mente disponentis, qui etiam noluerit corrigere ius commune Crauett. ita respondendo ad rationes Ias.de antiq.temp.par.4.num.113. fol.188.

SINGV. CCXXXIII.

CONDEMNARI quis potest, ex inordinato processu Bar.in l.1.qui si confessus,ff.de confi.reorum.

Limitatur singulariter data vera confessione secus si ficta, & contumacia.ita singulariter Bal. in addit.ad specul.titu.de accus. §.& not. dixit valde singulare Areti.in tract. malef.in verbo,qui dominus iudex num.32.Marsil.in §.postquam,numero 36.& 59.Roland.consil.94. num.13.vol.3.

SINGV. CCXXXIIII.

CANCELLATIONES habent vim sententiæ, quod verum quando sint validę cum expressione causæ alias non Bal.dicēs perpetuo notandum ad l. si præses circa finem,C.quomod.& quando iudex. dixit singulare verbum Marsil.consi.38 num.8.vnde non sufficit dicere est cancellatum nisi legitime sit cancellatum.

SINGV. CCXXXV.

CITATVS censetur monitus ne illicentiatus recedat c. postquam,vbi not.de elect.lib. 6.

Declaratur notabiliter id verū in legitime citato,alias potest de facto recedere,quia si non . . citatio expressa nec monitio tacita inde prouenieus Bal. dicens notandum in l.nam ita dicens, nume.16. ff.de adopt. dixit menti tenendum Marsil.consi. 38.sub nu.9.

SINGV. CCXXXVI.

FACTVM de facto, de facto debet reuocari, glo. est notabilis in l.si minor,ff.de euictio,quam pro notabili posuit Bal.in l.si pacto quo pœnam,num.2.in quinto not. C.de

C.de pact.inferés ex hoc quod ficut iudex fuit facilis in immittédo, ita in extramittendo, & fi iudex tenutam dedit parte non citata, vel cæpit perfonaliter,ita debet reuocari, & dimittere parte non citata,tandem gloff.commendat Bald.in l.eadem de feriis in l.2.C. de feru.& aqua in repetitio.l.tale pact.q.10.ff. de pact.in rub.C.de refcindend.venditio. Marf.confi. 38. fub num. 13. Roman.dicens perpetuo notãdum confi.320.fub nu.4.

SINGV. CCXXXVII.

CARCERATVS indebite incontinenti relaxandus eft,tex.eft notabilis,& fingularis in l.fina.§.nullo,ff.de liber.homin.exhibend.quam valde fingularem dixit Roma.confil.320. fub nume.5. verfi.tertio hoc deducitur inferens, quod licet iudex delegatus functus fit officio fuo executione iam facta relaxari tamen poterit vti priuatus & licebit:valde notabilem quoque dixit Marf.conf.38.fub num.15.inferens bannitum nulliter effe relaxandum nec pati debere fe, vt talem recognofci.

SINGV. CCXXXVIII.

SEMPER in ftatutis intelligitur claufula faluo iure alterius ftatuti,pulchre dixit Bald. in cap. a nobis in fine de except.hinc fingulariter dixit Barba. in cap.1.colum. pen.de refcrip. quod fi ftatutum in vno capitulo dat formam bãnis, in alio mandat bannum exequi infra tres cõtra captum, quod per captũ poteft dici de nullitate alterius ftatuti dicés Bononiæ obtinuiffe dixit valde fingulare Marfil.confil. 684. num.18.

SINGV. CCXXXIX.

DONATIO non præfumitur caufa mortis nifi mortis mentio etiam fi fiat ab infirmo in extremis conftituto,l. Seia, §.fin.ff. de donat.cauf.mort.quam fingularem dixerunt ibi Bart. & Caftrenf. fingularem quoque dixit Alexã.ad l.quæ dotis,num. 6. vbi Iaf.nu. 28. ff.folut. matrim. valde fingularem dixit Bal.in cap.quoniam frequenter colum.penul.fub num.8.vt lite non conteftat. inferens contractus celebrari poffe vfque ad vltimum vitæ fpiritum,dummodo memoria non fit læfa,vnde Imol. in cap. 2.de confuetud. reprobat ibi Rub. tenétem infirmum non præfumi facere actum inter viuos, quinimmo ita præfumitur.Hæc eft communis,& recepta opinio,vt per Iaf. & Alexã. in citatis locis Fuluius Conftantin. in §.1. de donat. num.9. vbi Riminal,num.874. Viui.in filua.opinio. 219.num. 5.Micha. Craff.in §.donatio.caufa mortis, quæftione 11. num.3.

Ampliatur,vt fufficiat implicite tantum mortis mentionem fieri iuxta exempla l.3.ff.de donat.cauf. mort. Ripa de priuileg. contra peftem, nu.176.

Ampliatur fecundo notabiliter, vt fi fiat donatio pro anima, vel piis locis,dicitur caufa mortis: additio ad Alex.ad l.quæ dotis,fub num.6. litera A.ff.folut.matrim.

Declaratur notabiliter difpofitio,l.Seia,§. fi. vt procedat in difpofitione

ſitione procedédi a volútate vnius tantum ſecus ſi duorum quorum vnius non interſit reuocari Bal. in l. pro hæreditarijs in fine, C. de hæred.actio.dicens eſſe ſubtile, ac valde notandum; dixit valde notabile Iaſ.ad l. quæ dotis, ſub num. 44. ff. ſolut.matrimo.ad l.ſub conditione, col.1.de condit.indebit.

SINGV. CCXL.

SI poſſidebas rem ſine titulo, & ſic poteram te conuenire publiciana, ſi vendas alteri, & contra venditorem non detur talis actio, ex quo poſſidet cum titulo ſuccurritur mihi contra venditorem actione in factum: dictum eſt ſingulare Bar.in l.3.§. opus. ff.de alienatio.iudic. mutand.cauſ.fact.quam perpetuo notádum dixit Iaſ.ad §.ſed iſta nume.25. de actio. in §. actionum, num. 220.eod.titu.hæc opinio crebrius reprobatur, vt per Gomeſ. in d.§.ſed iſta,num.13. Menoch.de recuper.remed.15.num.75. & 76.ſed conſiderando verba Bart. ibi in fine non meretur reprehend.cum clare diſtinguat inter ius reale, & perſonale.

SINGV. CCXLI.

CIVITAS non poteſt ſine cauſa rem meam mihi tollere, l.ſi priuatus, ff. qui, & a quibus, quæ lex non eſt alibi ſecundum Bartol.in proœm.ff.ſub nu. 5.

SINGV. CCXLII.

STATVTVM, quòd inſtrumenta pura, & liquida habeant executionem paratam, habet locũ etiam in debitis cõditionalibus purificata iam conditione, Ang.dicens valde ſingulare in l.fi.§.1.vbi Iaſon num.4.dicit valde pulchrum, ff. de vulgar. & pupillari. Alex.conſilio 119.vol.1.conſi.90.vol.3. conſi.20. vol.6. Corne. conſil.156. vol.1.val de commendat:Dec.conſi.46.num. 4.conſi.107.colum.fi. Capic.deciſ. 48.Bernard.Land. de execut.inſtrument. par.3. declaratio.9.

Declaratur ſingulariter iuſtificata prius iudici, purificatione conditionis Bald.dicens ſingulare in l.cũ teſtamento, C. de manumiſſ.teſtamenti dixit notabile Iaſ. ad l. in illa, num.10. ff.de verb.oblig.

SINGV. CCXLIII.

SI legatum fiat Titio coram duobus teſtibus, & grauatus ſoluere pio loco, legatum eſt pro nõ ſcriptum, & tranſit ad hæredem cum onere ſuo Bart.in l.fi.ff.de his, quæ pro non ſcript.dicens perpetuo notandum ad limitationem l. 1. §. in primo, C.de caduc.tollend.dixit ſingulare Iaſ.ad l.Marcellus, num.36. ff.ad Trebellian.

Et licet Tiraquell.de priuileg. piæ cauſæ priuil.2. verſicu. hoc autem, videatur impugnare, tamen ſi videatur locũs per ipſum de ſe allegatus non obſtat.

SINGV. CCXLIIII.

SI coram duobus teſtibus tantum ſit inſtituta pia cauſa valent legata aliis facta in huiuſmodi teſtamẽto; dictum eſt ſingulare Salycet.in Authen.Caſſa.queſt.nona,

C.de

C.de sacrosan.eccles. quod singulare dixit Alex consi. 41.columna 2. vers.quinto.lib.3.Tiraquell. de priuilegio pię caus. priuileg. 4. versic. contrarium tamen.

SINGVL. CCXLV.

LEGATA ad pias causas debentur ex speciali priuilegio hæreditate non adita glos. est singularis in l.eam quam,C. de fideicom miss. quam valde singularem dixit Bal.ad l.1.sub num.52.C.de sacros. eccles. quæ communiter reprobatur,vt per Ias ad d.l.eam quam,nu. 19. dicens hoc verum inspecto vtroque iure ciuili,& canonico,licet Tiraquel. de priuilegio piæ causæ priuileg.33. relatiue tãtum procedat.

SINGV. CCXLVI.

HÆRES non potest molestari pendente termino ad conficiendum inuentarium, l. fi. §. donec, C.de iure deliberan.

Limitatur singulariter in relictis ad pias causas Bald. dicens perpetuo notandum in repetitio.l.1.q. 9.sub num.52.C.de sacros.eccles.in l.nulli,num.9. C.de episcop.& cleric. valde notabile dixit Ias. in l. eã qua sub num.20.in 3.limitatio. C. de fideicommiss. Angel.in l.hæc stipulatio.ff.vt lega. nomin.caueatur. Porcell.in tractat.de inuent. cap.4. num.9.Vital.in claus.nil innoua.inuentar. pendente, colum.2.Beuen. regul.267. num.4.Tiraq.de priuileg.piæ causæ,priuileg.24. Monticul.de inuent.sen. ad d.l. fi. in verbo licentia,num.162. fol.153. vbi restringit ad medicinas,quia medici (parcant ipsi) farmacorum, & colliriorum compositores duplum, & triplum extorquent,Roland. de inuent.fol.mihi 107.num.7. vbi dicit esse relictum pro anima etiam si psit alicui misero carcerato,vel defunctus interpellatus non soluisset & not.per Bartol.in l.sequitur, §.si viam,ff.de vsucapio.

SINGV. CCXLVII.

RATIFICATIO verum effectum non operatur nisi re integra, l.bonorum,ff. rem rat.habere.

Limitatur singulariter nisi tractatur de salute alicuius, & eius sanguine redimendo ita dixit singulariter Bal.in cap.cum inter, & primo,num.4.de elect.dixit limitationem singularem Clau.de Geiull.ad l.quod meo,col.1.num.3.ff.de acq. possess.inferens,& hoc,quod si statutum dicat,quod occidens decapitetur nisi pacem habuerit ab offenso, quod sufficit ratificatio post mẽsem, quia agitur de sanguine redimendo,sed idem Bal.ff.de iureiurã. dicit communem opinionem esse
* in contrarium, & ibi sequitur Ias. nu.1. pro qua opinione facit, quia confessio facta absenti non prodest ad liberationem, & magis communé de qua per Gabr.de confess.con-
* * clus.1.nu.31.prima tamen opinio certe multum ęqua videtur.

Limitatur secũdo loco valde notabiliter in venditore meliorãti ante ratificationem:nam re vendita iã meliorata, & sic re non penitus integra ratificatio per emptorem fieri potest, & cedunt melioramenta lucro ipsius ita notabiliter consuluit

luit

luit Cornel.consil. 37.memini col. fi. lib. 2. dixit casum valde singularem Dec.in l. semper qui non prohibet sub nu. 13.vei si. & hoc quod dicitur, ff.de reg.iuris.

SINGV. CCXLVIII.

REPETENS a fure equum furatum non tenetur ad aliquas expensas Salicet. dicens valde notandum ad l. 1. C.de infant.exposit. miratur etiam Menoch. de recuper. possessio. remed. 15.num.514. & 515.vbi tandem concludit per d. l. 1. peius esse furari rem mobilem quam inuadere, & occupare rem immobilem: nã hoc secundo casu tenetur ad simplicem rei restitutionem primo casu ad duplũ, vel quadruplum, §. manifesti inst.de actio. præterea occupator rei immobilis repetit melioramenta necessaria fur vero non.

SINGV. CCXLIX.

CONTRACTVS, qui cõsensu perficiuntur non requirunt ad declarandum consensum certum nuntium, vel epistolam, sed sufficit, quod per contrahentes quoquomodo sciatur. dictum est singulare Archid.30.q.5.cano.nec illud, quod valde singulare dixit Guido Pap.consi.23.num.19.

Hinc postea infertur si quis dicit dono fratri meo absenti tales res: perfecta est donatio, quo ad trãslationem dominij, quo quomodo vel via sciuerit donatarius, vel nec ambigi, C.de donatione, ibi per Bal. vbi Apostill. dicit esse verba valde singularia dixit Afflict. decis. 275. num.8. & sufficit scientia præsumpta tantum, vt per Guid. Pap.d.consilio reputans valde notandum.

SINGV. CCL.

RENVNTIATIO facta p filiam patri de bonis maternis, & iuribus super eis competẽtibus, & competituris restringitur ad iura de pręsenti competentia tantum & sic si pater postea moriatur, & frater renunciantis hæreditatem adeat, & postea moriatur non intelligitur exclusa filia cum hæreditas * iam sit effecta fraterna Marant. de communi disputatio 10. num. 16. & 28. Mannos ad Rom. 148. Vrsill. ad Afflict. 179. Micha. Crass. §. hęreditas, quęst. 2. num. 3. §. successio. quęst. 10. in fi.

Declaratur hoc non procedere stante iuramęnto expresse cõcepto super renunciatione concepta per verba de futuro Ias. ad l. 1. num. 15. limit. 3. vbi Geisell. nu. 17. Curtius iun. num. 44. C. de pact. & licet post multos relatos Ant. Gab. de iure dotium, conclus. 1. num. 61. Serafin. de iuramen. priuil. 20. num. 23. contrarium attestantur, tamen non loquũtur, quando verba sunt generaliter concepta respicientia futurum Alexan. consi. 189. col. 4. vol. 2. quod dixit valde singulare ad declarationẽ pręsentis materiæ Curt. iun. in l. 1. num. 44. C. de pact.

SINGV. CCLI.

IGNORANTIA probatur per simplex iuramentum cap. vt iura cap. nulli de electio. & est com- * munis opinio Crott. consilio 307. num. 8.

num.8.in fine Menoch.de arbitr.ca ſu.186.nu.2. Maſcard.conclu.881.

Ampliatur ſingulariter, vt procedat etiam in criminalibus gl. notabilis in l.1.in verbo animo, C.de Sicar. vbi Bald. dicit eſſe optimam gloſſ.ad probandum animum ab eſſe in delictis: ſingularem quoq; dixit Roma ad l.in illa, col.penult.ff. de verb.obliga.notabilem dixit Iaſ. in §.ſed iſte num.90. de action.valde commendat ad defenſam auxilia toris Grammat.deciſio.25. num.5. Serafin. de iuramento priuileg.4. numero vndecimo.

SINGV. CCLII.

OCCIDENS aliquem metu tiranni excuſatur gloſſ. ſingularis, & aurea in l.ſi familia in verbo poſſe in fine, ff. ſi famil.furt. feciſſe dicatur: quam ſingularē dixit ibi Alexan.in additio.auream dixit Iaſ.in §.ſi minus,num.17.inſti. de action.Dec in l. vt vim, num. 9. ff.de reg.iur.

Declaratur hoc verum, quo ad pœnam ordinariam minnitur tamen pœna, & ſic extraordinarie punitur gloſſ.in l.2.C.de ſepulcr.violat.Bal.in l.ſeruos,C.ad l.Iuli.de vi. vbi Saly. notabil.6.& in l.non ideo minus, col. 4. C.de accuſatio. Dec. conſi. 535.nume.4. Iul.Clar.q. 60. verſic.ſolet Iacob.Menoc.de arbitr. caſ.354.

Declaratur 2. vt non procedat in atrociſſimis ſentit Didac. in epito. de ſponſal.cap.2.§.3.num.7.ſed allegati ſuperius in homicidio, & atrociſſimis loquuntur.

Declaratur 3. vt procedatur in metu conditionali ſecus præciſo,

+ [handwritten marginal note, illegible]

quo caſu omnino excuſatur ſentit Dec.in l.velle,num.7. vbi Cagnol. ſub nume.9. ff. de regu.iur. Sebaſt. Medic.de caſ.par.1.q.17.num. 14.

Declaratur 4. in foro animæ Corſett. in ſingulari in verbo mutus,ſed in neceſſitate præciſa Tiraquel. etiam in foro poli excuſare videtur ex mente Theologorum de Pœnis,cauſ.36 quibus me remitto.

SINGV. CCLIII.

EXTRANEVS, etiam nomine proprio canonem pro emphyteota ſoluendo cōſeruat ius ipſius.ita dixit ſingulariter Bald.in l.arboribus,§.quid tamen,ff.de vſu fruct. quod dictum valde notabile dixit Dec,conſi.58. col.penul.circa medium, Iaſ.in l.2. nume.69. C. de iure emphyteot.Abb.conſi.67.col. penul.propè finem,vol.2. Roman. conſil.103.Soc. iuris conſil.70.col. pen.vol.1.Bar.conſil.199.num.19. conſi.204.num.17.vol. 1.late Tiraquel.de retract.lignaier.§.1.gloſ.9. num.259.Radoan.de reb. eccl.non alienan.q.24.cap.3.num.25.pagin. 500. & hæc eſt magis communis opinio, vt per Mennas ad Roman. d.conſi. 103.reddentes omnes,quia conſeruatio iuris realis per quemcunque fieri poteſt,l.formæ,§.ſi tamen ego ff.de cenſibus.

Declaratur hoc verum domino non recuſante, alias eo inuito non poſſet nec depoſitio vel cōſignatio prodeſſet Bald.ad l.acceptā. nu.57. vbi Salic.in vlt.quæſtio. C.de vſur. Iaſ.ad d.l.2 quæſt.26.nu.70.Redo. quæſt.19.c.3.nu.7.pag. 440. Natt. conſi.194.nu.8.Corbo.de iure emphit. limit.7.

SIN-

SINGV. CCLIIII.

METVS non præsumitur, & sola pręsentia illius cui reuerentia debetur, l. interpositis, vbi not. C. de transactio.

Limitatur singulariter in religionis ingressu gl. notabilis in cap. præsens versi. patrem 2. q. 3. quam singularem dixit Imol. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, vbi Alex. col. 4. in fine, ff. soluto matri. singularem quoque dixit Iason in Authen. ingressi in princ. limita. 2. C. de sacros. eccl. Barbat. in cap. causam matrimonij, col. 6. de offic. de legat.

SINGV. CCLV.

LEGATVM libertatis fauorabilius est legitima filiorum Castrens. dicens hoc valde admirandum in l. Papinianus, §. quarta, nu. 4. vbi Fulgos. in 3. notabili. ff. de. inoffic. testamen. dictum singulare dixit Dec. in l. quotiens dubię, nu. 3. ff. de regu. iur. valde notandum dixit Ias. ad l. si cui legetur, §. si hoc autem in fine, num. 13 ad l. si fundum sub conditione, §. Sticum, nu. 7. ff. de lega. primo Tiraquel. de priuil. piæ caus. in pręlation. col. 16. versicul. quinimo, &c.

SINGV. CCLVI.

SOLVENS ex testamento minus solemni legatum vni non cogitur soluere alijs glos. vltim. in
* l. non dubium, C. de testament. vbi Alexā. num. 3. dicit esse communiter receptam, Iul. Clar. in §. testam. q. 90. in fine dicens in facti contingentia sic respondisse.

Limitatur singulariter in legato, quod veniat in consequentiā alterius legati iam soluti ut per Bologni. in addit. ad l. in testamento, ff. de fideicommiss. libertat. dicens valde singulare, vel persona, quæ poterit esset valde dilecta, testatori Ias. dicens valde singulare in d. l. non dubium, nu. 6. in fi.

SINGV. CCLVII.

LEGATVM factum pro pingenda imagine sanctissimę Virginis, vel alterius sancti dicitur piū. glossa est singularis in l. Titia, §. vltim. ff. de aur. & arg. legat. quam notabilem dixit Angel. in l. 1. §. ad municipium, ff. ad l. Falci. post Bar. in l. lineam margaritam, §. fi. eo. tit. Tiraquell. de priuileg. pię causæ, in præfatio. num. 14. Corrad. Brun. de imagini, cap. 1.

SINGV. CCLVIII.

EA in dubio facienda est interpretatio, vt actus potius valeat quam pereat, l. 3. ff. de testamē. militar. l. quotiens, ff. de reb. dub. & ff. de verbo. signifi. & hæc præsumptio est, ceteris firmior, & efficacior Dec. ad l. in contrahenda, num. 7. ff. de reg. iur. extenditur notabiliter etiam si induceretur priuatio legitime filij Ias. dicens perpetuo notandum ad l. ex tribus, C. de inoffi testament. licet Bar. ad l. cohæredi. §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupillar. contrarium sentiat, & dicat perpetuo notandum contra quem est communis opinio, vt per Ias. in d. loco.

Ampliatur

Ampliatur etiam in præiudiciũ dotis Bal.consi.179.lib. 2.

Ampliatur 2. etiam in præiudicium pauperum,& piæ causæ, Bal. consi.377.lib.5.

SINGV. CCLIX.

VERBA impropriantur, vt laudum valeat, & sententia gloss. singularis in l. & puto,§.1.ff. famil.ercisc un.quam valde singularem dixit Bal.consi.416. in fi.lib.5. Crauett. consilio quinquagesimosecundo,num.6.

SINGV. CCLX.

QVOTIENS pretij solutio facienda est in plures annos,vel menses,verbum vendo impropriatur, & ad locationem reducitur, Alexan.dicens perpetuo notandum in additio.ad Bar. in l.colem.§.qui maximos litera G. ff. locat. dixi in tract. locat. & conduct.titu.de similitud.locationis in qualitate 4.nu.3.vbi de communi.

SINGV. CCLXI.

DONATIO causa mortis reuocatur per alienationem volũtariam sicut legatum. dictum est aureum,Bru.in l.Sticum, ff.de legat.1.vbi Bal. appellat aureum, & nescire alibi, & ibi sequuntur Cast. Alex.& Ias.sub num.28.Rom.consil.229.col.1.Ruin.consil.123.nu. 4.vol.1.consi.7.num.15.vol.3.Cassan.in consuetud. Burgund.titu.de succession. rub.7.§.5.num.4.& est communis opinio Riminald.de donatio.in princip.num.1056.fol.34. Roland.consi.62.num.1.volum.2. etiam si in testamento esset adiecta clausula derogatiua cassans,& irritans Afflict. decis.275. num.8.versicul.& ideo Paris,consilio 128.nu. 39.volum.1.

Declaratur notabiliter in particulari alienatione secus in vniuersali Didac.in rubr.de testamen.par. 3.nume.18. Pedemont.118.in fine Petr.Peuti de testamen.coniug.l.1. cap.7.num. 3. post Aretin.consilio 74. col.4.in quarto dubio Crauett. consi.144.num.14.

SINGV. CCLXII.

DONATIO inter virum, &vxorem reuocatur per pignorationem postea factam, l.cum hic status, §. si maritus ff.de donat. inter virum,& vxorem.

Limitatur singulariter in speciali hypotheca rei met prius legat. secus in generali hipotheca omnium bonorum postea facta Bart. singulariter in l.rem legatam in fine, ff. de adimen.legat. dixit valde singulare Ias.in l.3.col.2. sub num. 2.in 2.limit.& item col.3.circa medium,C. de legat.Ioã. Lup. de donatio.inter virum,& vxorem,§.69.num.4.vbi valde extollit. singulare quoque dixit Ia. Negus.de pignor.in 1.membr.2.par.num.4.

SINGV. CCLXIII.

RATIO naturalis pro lege habetur,& eam solam sufficit allegare textus est solemnis secund. Bald.ibi in l.scire oportet.§.sufficit ad excusat.tutorum, & rationabile dictum debet monere iudicem si-

cut lex dictum est notabile Andr. ab Iser. in proœm. feud. colum. pen. quod singulare dixit Ias. in Authē. si qua mulier, num. 11. C. de sacros. eccle. & ratio naturalis est optimus clipeus legis Bal. in l. 1. in primo notabili, C. de caduc. tollen. dixit singulare Roland. de inuent. part. 3. vers. omittendum, num. 5. fol. 79. & quærere legem, vbi habemus rationē, est infirmitas intellectus Curt. iun. consil. 58. num. 6. 138. num. 2. 174. num. 19. post Angel. per eum citatum, & ratio naturalis cunctis recte respondit Bald. consi. 38. col. 2. lib. 1. & habetur pro titulo Bald. consi. 401. lib. 5. & seruanda est etiā si lex deficeret cap. 2. requiris de appellatio. & uix reperitur aliquid cōtra naturalem æquitatem, quod conscientiam non remordeat gloss. notabilis ad l. in hac, ff. de triticar. dixit singularem Crauett. consilio 31. num. 5. & ratio, veritas, & deus æquiparantur cano. qui contempti & cano. frustra distinctio. 7. dixit notitia dignum Euerand. in proœm. locorum legalium, nume. 16. & in interpretatione statutorum potissima esse debet Ias. hoc valde commendans ad l. si is, qui pro emptore, num. 302. ff. de vsucap. Osasch. Pedemon. 58. numero decimo, late Tiraquel. de caus. cessant. limitatione prima, numero 67. cum multis sequentibus.

SINGV. CCLXIIII.

DICTVM socij criminis iūctum cum dicto testis omni excep. maioris nedum facit indicium ad torturam, sed ad plenam condemnationem. dictum est mirabile Calcane. consi. 110. colum. 1. in fine, num. 4. vers. & hoc in casu nostro, quod valde singulare, & notandum dixit Crauett. consil. 178. col. 3. in princip. Tiber. Decian. consil. 18. num. 68. lib. 1. Mascard. libro 1. conclus. 158. num. 5. & iterum, lib. 3. conclus. 13. 11. nume. 54. Foller. inter consilia crimina. diuersorum in fol. consi. 143. nu. 10.

Sed dubitabilis hæc conclusio videtur, quia ad conuincendum debent esse testes omni exceptione maiores post alios Mascar. libro 1. conclus. 459. num. 6. & 9. conclus. 496. nume. 9. lib. 3. conclus. 1360. num. 4. late congerit Bursat. consil. 346. num. 9. lib. 4. Prosper Farinaccius, quæst. 37. nume. 29. & quæst. 43. num. 167. Menoch. de arbitr. casu. 464. num. 64.

SINGV. CCLXV.

CONFESSIO facta in tormentis non ratificata nō præiudicat: fallit singulariter nisi sit tortus ex confessione extraiudiciali quo casu statim præiudicat sine perseuerantia, Paris. de Put. dicens paucis notum in tracta. sindicat. in vers. tortum versicu. quia communiter, num. 4. fol. 301.

SINGV. CCLXVI.

CONFESSIO extraiudicialis non est sufficiens ad condemnan. sed bene ad torquendum, quando sit bene formata gloss. in l. quoniam, ff. de infam. in l. penulti. ff. de interdict. matrimon. fallit in pœna extraordinaria ad quam, ex ea condemnari poterit Paris.

Paris.de Put. dicens valde singulare in tract. sindicat. in verbo tortura, versic. quia communiter in fine fol. 301. per cap. quam sit graue de excell. prælat.

SINGV. CCLXVII.

QVANDO euictio imminet, & est euidens non cogitur emptor recipere cautioné pro sua securitate imò etiam dato fideiussore non cogitur soluere pretiũ gloss. est singularis in §. nouissime in verbo præstat, vbi eam valde commendat Ioan. Faber. instit. de suspect. tutor. singulare quoque, & alibi non legisse dicit Ias. in l. a diuo Pio, §. si post ad dictum, num. 2. in fine, ff. de re iudici Alex. in l. 1. §. si hæres, nume. 3. ff. ad Trebellian. consi. 67. lib. 3.

Contrarium tamen magnam habet æquitatem, vt venditor dando fideiussorem audiatur Alber. ad l. ex his prędijs, C. de euiction. dicés ita iudicatum, sentit Grat. consilio 135. num. 6. vol. 2. Socin. cons. 208. in fi, vol. 2.

SINGV. CCLXVIII.

QVANDO res, quæ venditur non est aliena, sed bene alteri obligata tunc non agitur de euictione, sed bene vt res libera tradatur Aretin. dicens perpetuo notandum in §. nouissime, numero sexto, institut. de suspect. tuto. dicens in facto habuisse Ferrariæ Alexand. in l. tertia, §. si hęres, numero tertio, ff. ad Trebellian.

SINGV. CCLXIX.

QVANDO venditor est idoneus, & soluendo lite mota super re vendita non tenetur cauere de euiction. sed sufficit eiusdem obligat. bonorum. dictum est singular. Bart. in l. quicunque, la seconda, C. de fund. patrim. libro 11. quod dictum reputauit singulare Alex. colum. 4. vers. plus dixit libro 2. Ias. in l. prima, in §. fallent. C. de verbo. significa. in l. 1. numero 16. & 17. ff. qui satisd. cogantur in l. diuortio, §. interdum, colum. 3. ff. solut. matrimo. Afflict. in materia euictionis decis. 171. dicens perpetuo notandum Grat. con 135. volum. 2.

SINGV. CCLXX.

EMPTOR non potest agere de euictione in debito conditionali data tamen idoneitate in aliis bonis ipsius venditoris Bald. dicens perpetuo notandum ad l. & prædijs in fide, C. de euict. commendat Afflict. 2. 41. in fine. Pedemon. 24. numero 8. versic. non etiam obstat, Alex. non figit Pedem. in l. 3. §. si hęres, nu. 3. ff. ad Trebellian.

SINGVL. CCLXXI.

DISPOSITIO testatoris facta ad pias causas debet habere locum licet casus non contingat secundum voluntatem testatoris. textus est valde singularis in l. secunda, ff. de manumiss. testament qui licet loquatur in libertate trahitur ad piam causam Roman. in

Authent.similiter in special.30.vltim.volunt. C. ad l.Falcid. ponens exemplum,quod si testator Titium hæredem instituit, & si Titius hæres non erit Caium substituo,ecclesiæ tantum lego, & sic legatum ecclesiæ videtur in casu substitutionis non existenti Titio hærede, & tamen ibi decidit Roman. quod legatum debitum ecclesiæ si Titius hæres erit non auferet forma testamenti,quia fauore piæ causę præsumitur,quod testator voluerit absolute relinquere,dixit valde singulare, & alijs rationibus comprobat Dec.consi.182.num.2.colum.2.circa medium Euerard.in loco a libertate ad piam causam, nume.15 dicens, quod ille textus est adeo singularis,quod non credidisset si non vidisset.

SINGV. CCLXXII.

TRAHENS aliquem ad vetitum examen perdit causam, & cadit ab omni iure suo,textus est singularis,& perpetuo menti tenendus secund. Castr. ibi in l.in criminali,C.de iurisd.omn.iudic.& vltra adducta. ibi per scribentes addo, quod exceptio oriens, ex l.in criminali competit citato tantum, non autem eius fideiussoribus non vocatis, sed poterunt se tueri exceptione cedendarum Cast.ad l.Stichũ, §.penul.ff.de fideiuss.

SINGV. CCLXXIII.

RENVNTIATIO generalis facta a correis,vel fideiussoribus de beneficiis competentibus,& competituris non comprehendit beneficium cedendarum actionum.dictum est singulare Bal. in l.si diuisa.C. locat dixit valde singulare in l.hi qui,ff. de fideiuss.in l. si ex duobus,§.si a Titio, ff.de duobus reis,Roman.consi.472.confirmans multis medijs Marsil. valde commendans de fideiussor. nu. 28. & 29.

SINGV. CCLXXIIII.

FVROR non probatur ex hoc quod quis proijciebat lapides nisi capituletur, quod hoc faciebat more insanorum cum etiam homines sanæ mentis lapides proijciãt. Dictum est singulare Baldus, in §. item furiosi institu. quibus non est permiss. facere testamen.quod valde singulare dixit Alex. in l. si cum dotem,§.si maritus,num.7.ff.solut. matrim.valde notabile dixit Areti. in §.prætetea, nu.4. vers. furor autem probatur instit.quibus non est permiss. facere testament. multum signandum dixit Ias. ad l.Furiosum num.5.C.qui testamen.facere poss. Alex.consi.86.num.10.lib.5. cons. 54. post numero 2. volum. 1.Paul. consil.67.num. 8.volum. 1. Ferett. 207.num.12.Curt.iun.consi.151. num.8.Grammat.consi.110. num. 11.Dec. consi.448.num. 33.Paris. consilio 87.num. 5 libro 3.& consilio 88.numero 68.eodem libro 3. Raud.in commentarijs de analogis capit. 30.numero 143. Menoch. de præsumptio libro sexto, præsump. 45.numero 25. Mascard. conclus. 825.numero 33. libro 2. addo. Ias. consilio secundo,numero septimo, libro primo, vbi appellat dictum singularissimum.

SIN-

SINGV. CCLXXV.

FVROR probatur, quod quis loquebatur, per vias, & platcas verba dementia more insanorum, textus est singularis in l. ob quæ vitia circa principium, ff. de ædili.edict. quem valde singularem dixit Aretin.in l. i. § fina.columnâ penult.ff.de verb.obligat.idem sentit Bartol.in l. apud Iulianum, §. 1. in primo notabili, ff.de legat. 1.in l. nec codicillos, C.de codicill. Dec.in l.furiosum, numero 29.& qui testamen.facere poss. consi.448.numero 1. Paris consilio 88 numero 1.libro 3. Grammat.consi. 16.numero 9.in criminalibus Boer. quæst. 23. num.43. Ioan 3.allegatio. 1.numero 4. Menoch.consilio 82. numero 230.

SINGV. CCLXXVI.

EXACTVM per sentētiam non communicatur secus si per gratificationem, vel extorsionem, l.pupillus, vbi Bart. ff. quæ in fraud. credit. pariter exactum per vnum, & socijs communicatur, l. verum, §. si cum tres ff.pro soc.quę iura dixit singularia Iaf. ad l. inter eos, numero secundo, & 5. ff. de re iudicat.

SINGV. CCLXXVII.

TITVLVS hæreditarius dicitur onerosus nō lucratiuus l.si hæreditatem, ff. mand.l. oblig. iuncto §.hereditatem, ff.de aut.tut.

Limita singulariter in hæreditate opulenta, & soluendo quę dicitur causa lucratiua Ange.in l.inter stipulantem, §.si rem, ff. de verbo. obligat. dixit perpetuo notandum Alex. in l. si ex toto, §. 1.in fine, ff. de legat. 1.inferens, quod hæres soluens totum non repetit a cohærede data hęreditate, quæ sit soluendo, alias secus prout causa onerosa.

SINGV. CCLXXVIII.

PROTESTATIO contraria facto non releuat cap. solicitudinem in fine de appellatio.

Limitatur singulariter quando sit contraria vero, secus si præsumptiue tantum pulchre Geminia. in cap.penult.§. primo, in tertio notabili, de procura. libro sexto, appellauit dictum egregium, & menti tenendum Ias. ad l. si ex toto, §.primo, numero duodecimo, ff.de lega. primo, & tota die potest occurrere.

SINGV. CCLXXIX.

PROMITTENS se obligaturum ad decem potest statim conueniri ad decem absque alia obligatione ratione circuitus euitandi; dictum est singulare Alber. Galeott. quod perpetuo notandum dixit Specul. & ibi Ioan. Andr. in Rub. de obligat. & solut. singulare quoque dixit Alexan.ad l. cum fundus, §. seruum, numero secundo, ff. si certum petatur, dicens esse adeo singulare quod multi contrarium dicerent, singulare quoque dixit Angel. consilio 206. Firmian. in verbo circuitus.

SINGV. CCLXXX.

INIMICVS præſumitur is, qui contra aliquem deponit in cauſa criminali. dictum eſt ſingulare Abba. in cap. cum P. in fine de accuſat. quod dixit valde ſingulare Pariſ. ad Barto. in l. teſtium, ff. de teſtibus notabile dixit Marſil. conſilio 31. numero decimooctauo, Grāma. conſilio 46 numero 4. Blanch. de indit. ad l. fi. ff. de quæſtio. numero 152. Luc. de Penna, in l. ſecunda, columna ſecunda, C. de his, qui defer. libro decimo, Gig. de crimi. leſę maieſt. lib. 2. rub. quomodo, & per quos quæſt. 2. numero 12. Campeg. de teſtibus regul. 24. verſicu. 5. quando quis Menoc. de arbitr. caſ. 487. numero 5. Maſcard. de probat. concluſ. 898. num. 18. lib. 2. Proſp. Farinac. quæſt. 49. num. 76. quæſt. 53. num. 47.

Hinc poſtea alia vice examinari non poterit cum ſit effectus inimicus ex prima depoſitione ſpecul. de teſtamen. §. primo, verſ. item, quod in alia cauſa criminali Blanch. de indit. ad l. fi. numero 156. Monticell. de teſt. fol. 43. columna 1. verſ. teſtificans contra aliquem.

Quæ concluſio vera eſt ſi ſponte depoſuit ſecus. ſi coactus Iul. Clar. quæſt. 24 verſ. ſed nunquid ille dicens hanc diſtinctionem communiter receptam, & quod in nullo caſu eſt omni exceptione maior nec vſquequaque tutus Decian. tracta. criminal. par. 1. libro 3. cap. 25. numero 66. ſub declara. vt licet coactus deponat, oritur inimicitia a parte illius contra quem deponit ſecus ex parte deponentis Decian. in citato loco: attendenda autem videtur principalis intentio teſtis an principaliter depoſuerit ad exculpendum fortaſſe aliquem amicum, in l. ad damnum accuſati. & hoc docet ęquitas, & naturalis ratio.

SINGV. CCLXXXI.

TANTVM valet teſtimoniū quatuor clericorum quantum ſex laicorum. gloſ. in cap. monachis in verbo compendia. diſtinctio. 77. Dec. in cap. ex literis, num. 24. de probatio. Alex. conſilio 43. numero 5. libro 7. Crauett. conſilio 169. numero 3, & 4. conſilio 267. numero 2. Dec. conſilio 109. propè finem, numero 4. Silua. conſilio 6. numero 5. in princip. Caſtrenſ. conſilio 143. numero 2. libro 2. Corne. conſi. 261. numero 31. libro 4. conſilio 135. numero 7. libro 2. Rolan. conſilio vigeſimoquarto, numero 71. libro 1.

Limitatur ſingulariter, quando laici deponerent pro reo, & clerici cōtra reum, quia hoc caſū magis creditur laicis, quam clericis gloſſ. eſt aurea, & ſingularis in conſilio clerici 81. diſtinctio. quam ſingularem dixit Roma. conſilio 241. colum. prima, Alex. ad l. hęredes partem. in princip. ff. de teſtament. ſingularem dixit Bald. in l. data opera, columna 20. C. qui accuſ. non poſſ. Abb. in cap. ad noſtram, columna 2. de probatio. Iaſ. ad l. vt vim, numero ſexto, ff. de iuſt. & iur. Dec. in cap. ex literis, numero 7. de probatio. Marſi. conſilio 132. numero 15. Monticel. in repert. fol. 442. columna 2. verſicu. antepen. Gab. de teſtibus, concluſ. 4. numero 62. Maſcard.

feard. de probatio. libro 1. conclus. 334. numero 5. & conclusio. 1004. numero 3. libro 2. Prosper Farinac. quęstione sexagesimaprima, numero 81. & 82.

SINGV. CCLXXXII.

SI maritus acriter verberat vxorem ita, vt cogatur vxor discedere ab eo si postea vxor cōmittat adulterium, non poterit a marito accusari, qui dedit causam recessui & separationi Ancar. consi. 409. probari tanti viri sęuitia dixit esse casum Peregrinum, Angel. in tractatu malefic. in verbo, che me hai adulterato, numero 26 singularem dixit Io. 1 up. in rub. de donatio. inter virum, & vxorem, §. 20. num. 4. & col. fi. fol. 19.

Item si retinet concubinas: nam adulterium committendo mulier isto tempore dotem non amittit Aretin. dicens singulare in tractatu malefi. in verbo, che hai adulterato, numero 30. nec mulier tenetur redire ad domum viri nisi vir cauet de expellendo eas cum non bene conueniant vxor, & focaria, Bal. in cap. primo, vt lit. non contestat. columna 2. in princip. dixit singulare Ioan. Lup. in cap. per nostras in 3. notabil. numero 6. folio 135. Olasch. Pedemon. 77. numero 30. valde singulare dixit Marsil. in l. patre, nu. 12. de quęst.

SINGV. CCLXXXIII.

TVRPITVDINEM propriam allegare licet quando ab alio, vel quouis modo sit detecti Felyn. cap. dator, columna secunda, versicu. est etiam alius casus de re iudicat. in cap. 3, loco, numero 8. de pręsumptio.

Limitatur singulariter nisi excipiens tractat de lucro captando Bal. in cap. intelleximus, nume. 7. iudic. dixit singulare, & alibi non legisse in l. iusiurandum, quod ex conuentione, §. fi. nume. 28. de iureiurand. Diaz, regul. 24. limi. 4. in fi.

Sed si Bal. inspiciatur in citato loco non loquitur de lucro vere, & proprie, sed ne quis, ex sua malitia lucrum reportet, & sic ad reprimendum malitiam illius excommunicati, qui iudicium inchoauit, & prosequi nolebat, & sic ibi non datur acquisitio aliqua in qua verum lucrum consideretur.

SINGV. CCLXXXIIII.

SI iudex post sententiam dicat se pecunia corruptum non creditur, & in praeiudicium tertij Angel. consi. 309.

Fallit singulariter in duobus iudicibus, qui simul haberent sententiare, & pariter cōcorditer asserant se pecunia corruptos sentētiam tulisse Ang. in l. error. in fine, C. de testamen. dixit singulare nec alibi legisse Ias. in l. iusiurandum, quod ex conuentione, §. fi. num. 27. de iureiurand. exclamat multum de hoc.

SINGV. CCLXXXV.

QVOTIENS qualitas testium est inductiua plenè probationis debet illa qualitas probari puta quod sit omni exceptione maior Verōnēsis dicens valde singulare, consil. 57. lib

num.7.& idem videtur tenere Benintend. decis.62.num. 15.cum seq. Marsi.sing. 187. Morcad.de testib. num.392. Menoc. de præsump.lib. 1.præsumpt.nume.36.vnde videntur ponderanda verba, aut dicit omni exceptione maior, vel optimę existimationis in superlatiuo, & probari debet, secus si dicat bonę existimationis, quia hoc præsumitur Alciat.in citato loco num.10. Card. Albert.ad Bar.in l.vlti.num.9.ff.quod met.caus. Roland consi.50.num.7. vol.2.consi.84.num.7 8.vol.3.Cęphal.consi.225.num.53.& commu nem dicit Grat consi.75.num.24. inter consilia matrimonialia Granutt.theoremat.23. sub nume.13. Zuccard ad l fi.nu. 101.C.de edict. diui Adrian. dicens esse pulcherrimum dictum, & sibi fecisse magnũ honorem Contard.ad Ægidia.in ratione decidendi, num. 30 personal. de adipiscend. nu.497.

SINGV. CCLXXXVI.

BONVS quilibet in dubio pręsumitur, l.omnimod.vbi gloss. in verbo non licebit in fine, vbi Alberic.num.2. Ias.num.7.C.de inoffic.testamen l.cum pater, §.rogo, de legat. 2. & est præsumptio naturæ gloss.in l.fi.ff. quod met.caus.

Limitatur singulariter in persona particulariter considerata secus in populo simul collecto, & coadunato, quia in eo præsumitur adesse homines non integros, & corruptibiles Abb. dicens illum textum mirabilem, & perpetuo notandum in cap. secundo, numero 3. in fine de electio.

Et hoc dictum Abb. videtur verum in acclamationibus, & alijs non mature factis, secus in actibus mature, & formiter gestis, vt ibi Dec.num.12. bene declarat, & facit l. si priuatus, ff. qui, & quibus, vbi in libertate loquitur, quæ fauorabilis est, & tamen ad clamorẽ populi non valet.

Vnde merito reprobantur electiones, quia vulgo fiunt a voce viua.

SINGV. CCLXXXVII.

LEGATVM per alienationẽ rei legat. censetur ademptum, etiam si res postea redimatur, l. cum seruus, ff. de adimen.legat. & ibidem Bar.& secuti sunt Bald.in l. 3.nume.5.vbi Castr.nume.4.C.de legat. Imol.in l.quotiens, §.seruus, ff.de hæred.instituend. Soc. in l. filiæ, §.Titia, ff. de conditione, & demonstratione.

Limitatur singulariter fauore pię causæ, l.verum, ff manumiss.testament. dixit singularem Iason in l.qui testamentum, C.de legat. Roman. in Authen. similiter in vigesimotertio speciali vltim.volun. ff. ad l.Falcid. Tiraquell. de priuileg. piæ causę priuileg. quarto, Natta, consilio 613. Mascardus in verbo reuocatio. numero 103. libro tertio, Menoch. amplians idem in legato facto sanguine coniuncto de præsumpt. libro quinto, præsump. centesima sexagesima septima, numero vigesimoquinto.

SINGV. CCLXXXVIII.

DECIMÆ prædiales non debentur nisi suo tẽpore recollectionis

lectionis fuerint petitæ, singulare dictum Archidiacon. in capit. 1. de decim. lib 6. quod valde singulare & peregrinum dixit Felin. in capit. si autem colum. 3. in fine sub num. 5. versic. & dicit Rot. de rescriptis. appellauit dictum perpetuo notandum Bald. de præscript. in 1. parte Quin. par. princip. quæstio. 7. num. 12. vbi limitat nisi aliter se habeat consuetud. & licet Rot. in tit. de decim. conclusio. 1. approbare non videatur, tamen ibi loquitur argumẽtatiue motiuando, nec est in via dãnationis ille qui nõ soluit decimas quæ non fuerunt petitę secundum Diuum Thom. relatum per Archi. in Cano. maiores 17. quæst. 7. Gui. Pap. quæst. 283. vbi laudat compositionem.

SINGVL. CCLXXXIX.

EMPHITEOTA tenet soluere debitum canonem, etiam si concessio emphiteosis sit nulla & sine debitis solemnitatibus §. si vero. vbi Angel. not. columna secunda, authen. de non alienand. appellauit magnum verbum Ias. in l. 2. nu. 11. C. de iure emphit. Roland. consil. 87. nu. 10. libro 1. Rod. de rebus eccles. de casibus in quibus fit alienatio consi. 8. nu. 17. fol. 250. & 275. num. 4. vbi limitat donec possidet.

SINGVL. CCXC.

ADVOCATVS fideiubendo pro Clientulo suo dicitur redempt. litis & soluendo non habet mandati actionem, & ad soluendum cogi potest iudicis officio libere sine læsione conscientię, Bald. dicens singulariter notãdum in cap. 2. num. 4. de postuland.

SINGVL. CCXCI.

ADVOCATVS dicens habere conscientiam læsam, & ob id dicens nolle amplius in causa interuenire, & iurans; nihilominus causæ nõ præiudicat, textus est singularis in l. rem non nouam §. final. C. de iudic. dixit perpetuo notandum Bald. in cap. 2. in fine de postulandi.

SINGVL. CCXCII.

SVCCVMBENS in iuramẽto litis decisorio adhuc debet cõdemnari in expensis; textus est singularis in §. studium post medium authent. trient. & semiss. quem singularem dixit Angel. in l. eum qui in princip. ff. de iureiuran. Ias. ad l. properandum §. sin autem alterutra num. 10. versi. in authen. aduerte C. de iudic. Afin. in pract. §. 32. capit. 2. limit. 70. dixit tract. de iuramento decisor. q. 27. nu. 3.

SINGVL. CCXCIII.

REO criminis capitalis licet cum iuramento sanguinem suum redimere, nec in foro exteriori de periuro puniri poterit, dictum est singulare Alexand. ad Bar. in l. 1. ff. de bon. eorum. quod dixit valde singulare Maran. in verbo interrogatio. num. 9. dixit alibi non legisse Neuizz. Silu. nupt. lib. 3. in verbo monitorio num. 43. est dictũ paucis notum Apostil. ad Abb. in capit. 1. de testibus cogend. Boss. de

periur.

periur. nume. 3. Marsil. in pract. §. postquam numero 1. in §. expedito num. 64. Angel. in tract. malefic. in verbo quod fama publica num. 46. C. nec de métierit circa possessioné num. 126. rogare iudices & Principes vt talé abusum remoueant corpori vtilem animæ nociuum, & est communis opinio Iul. Clar. §. final. quæst. 45. versic. quid ergo cui nemo contradicit pro quæst. 134. n. 3

Declara in foro conscientiæ ná in eo non excusatur etiam si iudex fuisset incompetens Tibe. Decian. tract. crimin lib. 2. cap. 14. num. 28. tom. 1. distinguendo, vt dixi in tractat. de iuram. litis decisor. q. 3. non ne quæst. princip. num. 3. vbi videre placeat.

SINGVL. CCXCIIII.

MAIVS damnum est si vna anima pereat quam si innumerabilium Martirum corpora trucidarentur glos. notabilis in cano. si habes in verbo innocentes 24. q. 3. & in cano. ille qui hominem 22. quæst. 5. quam valde singularem dixit Alberic. ad l. sancimus nu. 3. C. de sacr. eccles.

SINGVL. CCXCV.

IN pœna imponenda, sortilegis & eos consulentibus considerari primo debet qualitas & quantitas delicti & animus delinquentis & secundum hęc augere vel minuere pœnam Abb. in capit. 2. ad sortileg. dixit valde notandum Diaz. in pract. cap. 100. de sortileg.

SINGVL. CCXCVI.

PROPRIÆ voluntatis quis debet esse declarator, & non alius: vnde ius declarandi est personalissimum nec tráfit ad hæredem glos. est notabilis & singularis in l. inter stipulátem §. 1. in verbo actori, ff. de verbor. oblig. vbi Barto. nu. 2 Castren. num. 5. Ias. num. 6. dicút esse valde notabilem & communiter receptam.

Quæ procedit cú reo possit afferre damnú hæredis declaratio alias secus, vt ibi per Barto. vbi Cuman. & Ias. dicunt perpetuo notandum, & alibi non legisse.

SINGVL. CCXCVII.

ACTVS præsumitur gestus, vt potius valeat quam pereat l. quotiens ff. de rebus dub. & de verbor. oblig. late Menoch. de præsumptio. lib. 6. præsumpt. 4.

Vltra quem limitatur singulariter nisi recedatur a forma data a cótrahentibus: nam potius toleratur inductio nullitatis quam recessus a forma contractus Socin. iu. dicens singulariter notandum ad l. si quis arbitratu. nume. 20. ff. de verb. obli.

SINGVL. CCXCVIII.

COMPROMISSVM factum post rem iudicatam valet in arbitrum vel arbitratorem si apponatur claus. specifi. nón obstáte sententia quo casu secuto laudo renunciatio valebit alias habetur pro non facto: & arbitro, vel a bitratore non laudante sententia remanet

net in robore suo, vt prius erat. dictum est singulare Bal. in l. si diuersa nume. 5. C. de transactio. in l. post rem ff. de transact. quod dictum dixit valde singulare Socin. sen. in l. si quis arbitratum in quinto notabili, numero 11. ff. de verbor. obligat. vbi postmodum Socin. iun. nu. 24. valde exclamat de eo, & dicit perpetuo notandum, & quotidie in facto euenire Alex. consi. 22. volum. 1.

Declarando vt procedat quando specifice fieret métio in renunciatione de sentētia, secus si per verba generalia scilicet, cum fuerit lis & vel intelligatur esse lis quidquid fuerit laudatum quia hoc non sufficeret secundum Fulgos. ibi. dicens ita in facto consuluisse Veronen. & est consilium ipsius 66. Angel. in l. eleganter in princip. ff. de condict. indeb. & consi. 249.

SINGVL. CCXCIX.

QVI constituit se soluturum id quod alius debet tanquā ipse deberet nihil agit l. fi. ff. de cōstitut. pecun. quam singularem dixit Bal. in l. si absentis C. si cert. pet. inferēs quod si ex forma statuti instrumenti guarentegiati haberet executionem paratam si non tenet contractus principalis nec confessio apposita.

Declarando id verum si verba statuti referantur ad contractum, secus si ad instrumentū, vt per Alexand. in l. ita stipulatus §. Grisogonus num. 11. de verb. obligat. posui ad regulam Cum. quid par. 4. limi. 7. lib 6.

SINGV. CCC.

ARBITER super discordijs post rem iudicatā assumptus sententiam immutare non potest etiam si de componendo mandatū acceperit a Papa. capit. expositi vbi not. Abb. de arbit. vltra quem limitatur singulariter nisi fuerit factū compromissum non obstante sententia Bald. in l. si diuersa nume. 5. C. de transactio. qui dixit singulare ad limitationem dicti capituli expositi Castren. ad l. si causa cognita n. 3. in fine C. de transactio. appellans singularem limitationem ad not. in d. cap. expositi.

SINGVL. CCCI.

CERTVM etiam dicitur illud qđ fit per relationem ad aliud l. vbi autem §. illud vbi Ias. in primo notabili ff. de verb. oblig.

Limitat singulariter si lex requireret aliquid certum simpliciter secus si certum & expressum quo casu non sufficit per relationē nec in genere glos. est singularis in cap. si episcopus in verbo certus de prēb. lib. 6. quam valde notabilem dixit Ias. ad l. certum in princip. ff. si cer. petatur, vbi Dec. nume. 4 eandem commendat Dec. in cap. consuluit el secondo de appell.

SINGVL. CCCII.

RELATVM est in referente vere proprie & naturaliter & nō per fictionem, dictum est singulare Bal. consi. 211. ea quæ veniunt volum. 5. inferens hoc cadere in statuto

tuto de certo loquente, & ob id fideiussor qui promittit eandẽ summam quam reus principalis licet non specificetur in instrumento fideiussionis, nisi per relationem ad instrumentum principalis debitoris; quod dictum valde notabile appellauit Dec. consil. 489. nume. 8. egregium & alibi non legisse dicit Ias. in l. vbi autem non apparet §. illud iuxta principium ff. de verbor. oblig. Crauet. consil. 45. num. 4. dictum magistrale appellauit & menti tenendum Dec. consil. 538. nu. 7.

SINGVL. CCCIII.

APPELLANS ab interlocutoria debet exprimere nominatim causam grauaminis Clement. appellauit de appell. nec sufficit quod exprimatur per relationẽ ad acta, vt notabiliter dixit Angel. in l. 1. ff. de liber. & posthum. vbi Alexan. nu. 8. valde commendat, & in l. vbi autem §. illud ff. de verbor. oblig. in l. prætor, vt in princ. ff. de nou. oper. nunciat. consi. 80. colum. 6. lib. 1.

Limitatur singulariter quando relatio ad acta esset generata vel indefinitas, secus si se appellans referret ad eam partem actorum vbi prætẽderet causã grauaminis quia hoc sufficit singulariter Bald. in l. minoribus colum. 1. C. de his quibus, vt indigni. dixit dictum valde singulare Perus. in cap. consuluit el secondo de appellatio. valde extollit Ang. Aret. in §. si minus colum. final. instit. de actio. valde singulare dixit Dec. in l. certum sub nume. 3. ff. si cert. petatur.

Quod dictum licet reputetur singulare, mihi videtur aliquantulũ dubitabile, cũ enim expressio grauaminis in clement. appellanti sit pro forma ista relatio etiam ad partem actorum videtur sapere æquipollens quod in requisitis pro forma non admittitur iuxta not. in l. 1. ff. de liber. & posthum. & licet relatio ad partem actorum det magis specialem certitudinem, forma tamen per hoc non videtur specifice adimpleri pro vt requiritur.

Et si dicatur ratio huiusmodi formæ est certitudo, credere quod non cum etiam si causa grauaminis sit notoria, exprimi debet Cardin. in d. Clem. appellanti quæst. 5. Abb. in cap. accedens el primo, vt lite nõ contestat.

SINGVL. CCCIIII.

LEGISLATOR duabus propositis quæstionibus respõdendo vni tantum præsumitur idẽ respondisse alteri, dummodo respõsio sit applicabilis; dictum est singulare Angel. in §. hinc nobis in fine authen. de hæred. & falcid. quod dictum dixit valde singulare Alex. consi. 225. colum. final. lib. 6. dixit perpetuo notandum & quotidie occurrere Ias. in l. in substitutione colum. penul. circa medium versi. possit ff. de vulgar. appellauit dictum optimum Crauet. consi. 45. num. 8. Ias. in l. 1. num. 4. C. de diuers. . . contrarium sentit Bartol. in l. & si sine §. sed quod Papinianus in 2. notabil. & ibi Alberic. in summario ff. de minor. Soc. consil. 152. nu. 32. lib. 2. Men. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 190. num. 26.

Declaratur hoc verum in æquiparatis

paratis, & sic procedat prima opinio Silu.nupt.lib..1.num.185.Bru. de statut.exclusiu fœmina,articu.8. quæst.22.nu.110.Borgni.de tutor. num.94.in fine & decisio.32.num. 6.per se.

SINGVL. CCCV.

ACCVSANS aliquem de falso hoc modo supra pro vt constat ex tali instrumenti accusatio non tenet Angel.in l.1.num.4. de liber.& posthum. vbi Alexand. nume.10. dixit valde notandum in practica.

SINGVL. CCCVI.

VLTIMA opinio a glos. vel legislatore censetur approbata l.bona fides vbi Bart.nu.3.Castr. num.5.ff.de posit.in l.qui filium §. Sabinus ff.ad trebellian. Bal. in l.si mater C.ne de star.defunct. A retin. in §.item precium instat. de empt. & venditio.

Limitatur singulariter nisi prima sapetet æquitatem:nam ea censetur approbata glos. est singularis in l.si cum exceptione §.sed si quis, ff.quod met caus. quam singularé dixit Aret.consi.163.notabilem dixit Ias.ad l.pacto nouissimo colum. 2.versi.14.C.de pact.

SINGVL. CCCVII.

ACTVS factus iuxta permissionem iuris gentium non seruata tamé forma iuris positiui. valet & tenet in foro conscientiæ Inno.in capitu quia propter de electio inferens quod electus ad aliquod officium vel dignitatem est tutus in foro conscientiæ si electio sua tenuit de iure gentium non seruata forma iuris positiui. commendat Pano.in cap.1.in fine de in integrum restitut.Felin.in capit.1. col. 19.de constitu.inferens ex hoc contractum mulieris valere in foro cóscientiæ non seruata forma statuti notabile quoque dixit Ias. ad §. sed iste nu.131.de action.

SINGVL. CCCVIII.

CONDEMNATVS iniuste ad rei restitutionem rei védítione licita eam retinet in foro conscientiæ dictum est singulare Inno.in cap. cum dilecti de electio. dixit singulare Ang.in l.Iulian.colum.1.in fine ff.de condict.indebit. vbi videtur restringere donec auferatur per iudicem vel fiat præceptum de restituendo commendat per valde singulari Ias.ad §. sed iste num.133.instit.de actio.

SINGVL. CCCIX.

STANTE statuto quod contra instrumentũ non possit opponi aliqua exceptio nisi solutionis probanda per aliud instrumentum,si soluo, ex quo solutioné non possum probare per instrumentũ possum repetere per condictionem sine causa, & probare solutionem per testes dictum est singulare Bar. in l.Iulianus ff.de condictio.indeb. vbi Angel. numero 4. dixit esse dictum multum singulare & quotidie in facto occurrit.

SINGVL. CCCX.

SI iudex dicet ita iudico secundum meam conscientiam, vel testis dicat ita dico secundum meam conscientiam, neutrum valet. dictũ est singulare Bald. in capit. nisi cum pridem num. 2. de renunciat. dixit valde singulare, & nunquam obliuiscendum Ias. in §. sed iste numero 134. de actio.

SINGVL. CCCXI.

IN omni iuramento sufficit verum dicere secundum conscientiam. dictum est singulare Bald. in titul. de pac. constantiæ versic. quæ nobis non concessimus Ioan. And. in cap. præsentium de testibus lib. 6. dixit singulare Ias. ad §. sed iste n. 135. de actio.

SINGVL. CCCXII.

ILLE qui potest iudicare vel debet secundum conscientiam, debet sequi conscientiam publicã, & legibus munitam & non propriam. dictum est singulare Bald. in disputatione statuto Caudur. commendat Alexand. consil. 218. col. 3. volum. 2. Ias. ad §. sed iste num. 137. de actio. consil. 191. lib. 2. Marsil. in l. quæstionis num. 70. de quæst. consilio 15. num. 17. consi. 20. num. 15. consi. 63. num. 17. Coras. ad l. admonendi in prima parte num. 97. de iureiuran. Exea. in cap. 1. nume. 404. de constitutio. Menoch. in capitulo primo, numero 7. de re iudic. libro sexto.

SINGVL. CCCXIII.

IN contractibus a persona non recedit l. si quis arbitratu ff. de verb. oblig. l. final. C. de contra. emption.

Limitatur singulariter de æquitate canonica, a qua receditur a persona ad arbitrium boni viri, dictũ est singulare Archidia. in can. sunt nonnulli 1. quęst. 1. quod reputauit singul. Panor. in cap. 1. de decim. dixit legistis incognitum Alex. ad l. ita stipulatus in principio ff. de verbor. oblig. dixit aureum dictum Socin. ad l. si quis arbitratu nume. 28. ff. de verb. oblig.

SINGVL. CCCXIIII.

CLERICVS de fructibus beneficiorum in vita est vsufructuarius, in morte, vsuarius, gl. est singularis in capit. præsenti in verbo reseruari ff. de offic. ordinar. lib. 6. quam singularem dixit Barb. in cap. requisiuisti de testamen. nu. 34. notabilem dixit in ca. venerabile de offi. deleg. Didac. in ca. cum in offic. in princ. de testamen.

Et procedit siue Clericus habeat administrationem siue non, & hæc ** est magis communis opinio Ias. cõsil. 75. vol. 3.

SINGVL. CCCXV.

DOLVS dans causam contractui reddit eum nullum l. eleganter in princi. vbi glos. ff. de dol. l. doti. C. de rescinden. vendit.

Limitatur singulariter nisi pars læsa velit stare contractui, quia potest

test & contractus manet in robore. Glos. est notabilis secundum Bald. ibi & Ias. num. 25. ff. de pact.

Sublimitetur hoc multum singulariter nisi concurreret etiã prohibitio legis, quo casu non auditur dolo læsus si velit stare contractui stante prohibitione legis Glos. est reputata multum singularis in l. a diuo Pio. ff. de . . . nupti. quã perpetuo notandam dixit Bal. ad l. non dubium in nona oppositi. nu. 16. C. de legibus valde singularem quoque dixit idem Bald. in l. 1. col. 2. in princ. nu. 5. C. plus valer. quod agitur. notabilem dixit idem Bald. ad l. ea quæ tibi nu. 1. C. de donat. ante nuptias in cap. præterea, il ij. de sponsa. singularem & non esse alibi dixit Ias. ad l. iurisgentium. §. Prætor ait num. 26. ff. de pact. ad l. l. cum hi. §. eam transactionem nu. 3. ff. de transactio. singularem quoque dixit Curt. Iun. ad l. interpositis colum. 1. C. de transact. valde cõmendat Didac. in rubr. de spon. par. 2. cap. 3. §. 6. num. 3 potest etiam ille qui dedit causam contractui per dolum suum agere contra deceptũ vt declaret an velit approbare vel improbare contractum & facta semel approbatione cogitur læsus cõtractui stare nec restituitur etiam si esset minor Bartol. dicens in practica perpetuo notãdum ad l. Iulianus §. si quis colludenti ff. de act. empt. dixit etiam perpetuo notandũ hũc practicandi modum Bald. ad l. dolũ n. 2. C. de peric. & cõmod. rei vend.

SINGVL. CCCXVI.

MARCVS Mantua. singular. 316. dixit notandũ quod dolus dat causã contractui bonę fidei vltra eum ipso iure secus in contractibus stricti iuris, vt per eum.

Ego addo quod idem sit in contractibus stricti iuris attenta æquitate canonica secundum quam omnes contractus sunt bonæ fidei Bal. singulariter in cap. 1. de mutuis petitio. dixit valde singulare Ias. ad l. quod & num. 3. ff. si cert. pet. in l. & si post tres. nume. 27. ff. si quis caut. Cepoll. in cap. cum venerabilis de exceptio. late commendat Gallesi. de iudic. bonæ fidei num. 12. Cum. seq. vbi pulchre se extendit Bonac. de Æquit. Canon. conclu. 60.

SINGVL. CCCXVII.

MVLIER non dicitur esse in mora agendi ad repetitionem dotis donec non fuerit certa euenisse casum repetitionis. textus est quem ibi Bald. dicit valde singularem ad l. in rebus numero 3. C. de iur. dot. vnde infertur quod sicut dies incerta nõ constituit debitorẽ mora late congerit. Areti. Gabr. de solut. conclu. 9. num. 32. ita nec creditorem addendo & ampliando ibi dicta per eum.

SINGVL. CCCXVIII.

RES furtiuę non possunt vsucapi neque præscribi §. furtiuæ instit. de vsucapio.

Fallit in præscriptione longissimi temporis triginta, vel quadraginta annorum, vt ibi per glos. quã valde notabilem dixit Bald. nouell. de priuileg. dotis par. 7. priuil. 1. col. 5. circa medium.

Quod verum est in emptore bo-

næ

næ fidei secus in ipsomet fure qui in æternum non præscribit vt ibi per Aret.& constanter.

SINGVL. CCCXIX.

BONA fisco incorporata non præscribuntur l.1.C.ne rei dominic.templ.

Fallit in præscriptione longissimi temporis triginta, vel quadraginta annorum glo. est notabilis in §.res fisci instit. de vsucapio. quam valde notabilem dixit Bald. nouell. de priuileg.dot.par.7.priuil.1.col.5.circa medium.

SINGVL. CCCXX.

IVRI non soluendi tributum, canoné,vel censum de bonis fisci non præscribitur licet possederit per quadraginta annos nisi ab initio tẽporis acquisitionis interuenerit auctoritas Principis ita vt nõ sufficiat post.textus est notabilis in l.fin.C.de hæred.patrimon.lib. 10. dixit valde notabilem Aretin. in §. res fisci num.1.in fine institutio. de vsucapio.

SINGVL. CCCXXI.

FVNDVS dotalis pręscribi nõ potest sed si sit inchoata præscriptio, & postea detur in dotem præscriptio non interrumpitur textus est notabilis in l.si fundũ ff.de fundo dotal.quem valde singularem dixit Balb.de præscript. in 5.parte, quæstione 4.& in prima par.6.par. vti 10.singularem quoq; dixit Bal. consi.478.lib.1. Tiraq.de retractat. consangu.§.1.glo.2.num.28.

SINGVL. CCCXXII.

HOMO perfectus & statim post mortem saluaturus diceñdo mendacium pietatis & beneuolentiæ ad salutem alicuius peccat mortaliter:homovero imperfectus peccat venialiter. & sic durioris cõditionis quandoque videtur homo perfectus glos.est celebris hoc valde commendans in cano, ne quis arbitretur 22.q.2.

SINGVL. CCCXXIII.

IVDEX suspicans ne non creditor pecuniam debitori numerauerit ex officio moderare potest exactionem & veritatem inquirere Faber. dicens valde notabile instit. de literarum oblig.colum.fin.Cast. consi.12.num.18.Alciat.consi.53. num.6.lib.vlt.

SINGVL. CCCXXIIII.

ORDO iudiciarius vbi non est necessarius seruatus non nocet nec omitti potest Inn.in cap. nouit colum.1.de iudic.seruatus tamen, & si nulliter non per hoc seruans debet succumbere in capitu. bonæ,el primo vbi Abb. valde cõmendat in vlt.notabil.de electio. dixit valde notabile Bald. ad l.quod si non colum. 1. C.de legibus in authent.offeratur columna prima, in fine C.de litis contestatio.valde cõmendat Dec.in capitu.nouit in nu. 105.de iudic.

SIN-

SINGVL. CCCXXV.

SI quis emit fundum carius propter necessitatem puta quia vicinus erat rixosus, tunc in excessu pretij succurritur, & ex quo est fundatus in odio rationabili dictũ est singulare Patri.de Ancara. in repetitio.regu.possessor. columna vndecima, de regul.iur. libro 6. dixit perpetuo notandum. Iason in §.sed iste numero 107.institut.de act.vere sæpius in facto occurrit.

Et fundus dicitur esse minoris pretij ratione mali vicini quem nominare tenetur alias conuenitur ad interesse l.quod sæpe §. final. ff. de contrahen. emptio. quem dixit singularem Iason, in l.prima, §. si hæres numero vndecimo, ff ad Trebellian. Sfort.de restitutio. in integrum.quæstione quarta, nume.84.

SINGVL. CCCXXVI.

PRÆSCRIPTIO habet veritatem pro se sed non primordium veritatis glos.est notabilis in l.prima,in glos.magna circa mediũ versiculo. item si ego ff. de ędendo quem valde singularem dixit Bald. & bene notandum ad capitulũ primũ, §. si per trigint. numero octauo, si de feud. controu. fuerit inter domin.& agnat. non vidi hunc locum Bald. allegatum ab aliquo.

SINGVL. CCCXXVII.

PRÆSCRIPTIO non habet consensum aduersarij glos. est singularis in l.prima,§.final.in glos.final.ff.de dol.quam valde singularem dixit Baldus, in capitulo primo,§ si quis per triginta numero octauo, si de feu.controuer. fuer. inter domin. & agnat. & si aliquis potest imaginari consensus est impropriјssimus & interpretatiuus, & adeo debilis, vt non tollat obligationem naturalem, vt dicit Bald. in d.§.final. dicens esse passum valde notabilem.

SINGV. CCCXXVIII.

STANTE statuto quod instrumenta guarantigiata habeant executionem paratam poterit peti executio,& in executione damna, & interesse liquidari glo.est quam ibi Bartol.dicit notabilem,& singularem in l.vbi Bartol.numero octauo, valde commendat. ff. de edend. idem Bartol.in l.prima,in fine ff.de legat.secundo,Bald.in l.secunda,C. de sentent. quæ sine cert. quantit. profer.in l.prima, columna, vltim. ff.iudic. solui Castrens. consil. 299. Roma.consilio 76. numero tertio, Socin. iunior consilio 136. numero tertio,volum.2.& hęc est verior, & magis communis opinio, vt per Iason in dicta l.prima, numero trigesimo primo, Olasch.Pedemonta. 129. numero decimo, cui additur valde singulariter quod in processu executionis poterũt opponi omnes exceptiones statuto non obstante quia in isto statu, attenditur ius commune, & postea facta liquidatione reintrat statutum. dictum est singulare Bald.in l.secunda, numero vndecimo,& 12. C. de executio.

rei iudicat. quod dixit perpetuo notandum, & in palatijs facere magnum honorem & esse dictũ multis incognitum Caccialup. in repetition. l. admonendi numero vigesimonono, de iureiurand. Marsil. dicens valde notabile consilio 58. numero quartodecimo, Cann. de execution. instrument. quæstione 14. numero 32. fol. 313. vbi pariter multum commendat & ponderat Bald. in citato loco quia non admittit etiam hoc casu exceptiones Eneruãtes. . instrumentum ponẽtem exemplum de stipulatione sine causa.

SINGV. CCCXXIX.

INEPTITVDO actionis propositũ vitiat, si est sub eadẽ constructione verborum secus si sub separata dictum est notabile Bald. in rubr. de offic. delegat. colum. septima, quam admirabilem dixit Ias. ad l. 1. sub num. 45. versicul. tertia fuit ff. de edend.

SINGVL. CCCXXX.

PATRI filiam dotanti non potest opponi de dotis incompetẽtia dictum est singulare Pau. Castr. consil. 275. alias 278. super primo quæstio. in 7. dubio volum. 1. quod valde singulare dixit Dec. consilio 26. columna 2. in princip. Alexand. consil. 33. volum. 4. Curt. iun. consil. 27. columna 13. consil. 8. col. fin.

Declaratur tamen primo vt non procedat data enormi læsione: nam tunc reclamare potest & petere supplementum Dec. ita declarans consilium Castrens. consilio 180. columna 3.

Declaratur secundo nisi agatur de exclusione filiæ quia in recompensationem exclusionis debet pinguius dotari nec statur dotationi patris Dec. consilio 276. prope finẽ sub ampliatur hæc declaratio etiã in filia iuste exhæredata Bald. Nouell. de dot. part. 6. priuileg. 16. col. 5. versi. immo.

Subampliatur secundo, vt ne dũ dotem habere debeat sed vestes & alia iocalia a patre non assignata Tesaurus Pedemontan. 192. numero nono.

Declaratur in dote iam data secus in dote in testamento promissa Alciat. regul. prima, præsumptio. 2. in fine.

SINGVL. CCCXXXI.

PATER potest filio impuberi pupillariter substituere & appellatur testamentum filij Instit. de Pupill. substitutio. in princip. & prius debet sibi deinde filio testari alias non valet l. secunda, §. prius ff. de vulgar.

Limitatur singulariter vt possit pater intestatus codicillari filio impuberi grauando venientes ab intestato ipsius impuberis quo casu adueniente pubertatẽ expirat glo. est valde singularis in l. si fund. per fideicommissum §. sicuti ff. de legat. primo, vbi Bald. & Alberic. dicunt eam admirabilem & alibi non legisse. admirabilem quoq; dixit Alberic. in l. secunda, §. prius ff. de vulg. & pupillar. valde singularem quoque dixit Bald. in l. si arrogator in trigesi. oppos. ff. de adeptio. docens

in

in practica quomodo verba sint cõcipienda. non debet dicere intendens codicillarj substituo per fideicommissum filio meo sed grauo hęredes filij mei. singularem quoque dixit Roderic. Soarez. ad l. quoniam limitation. prima, sub numero 13.

Ex quibus infertur primo ad id quod habetur ad l. precibus. C. de impuberum. vt fideicommissum daret post. pubertatem declaratur enim id esse verum si fiat filio secus si grauentur venientes ab intestato ipsius filij impuberis ita Bald. in dicto §. sicuti dicens bene notandum ad materiam fideicommissariæ.

Secundo infertur quod clausula codicillaris trahetur ad pupillarem substitutionem ita Bartol. in dicto §. sicuti dicens bene notandum Clarus in l. prima, numero 21. ff. de iure codicil.

SINGVL. CCCXXXII.

VBICVMQVE filius concurrit cum alijs fratribus in legitima tunc non eligit eam vbi vult, sed forte dirimitur. dictum est singulare Baldus ad l. suus quoque ff. de hęredib. instituend. & l. secunda, C. quand. & quibus libro duodecimo, quod valde singulare dixit Soarez ad l. quoniam ampliatio. vndecima, numero sexdecimo præuio tamen iudicis arbitrio qui primo dat electionem per partes deinde data discordia veniat ad sortem picti ad l. in l. quartam numero 147. ff. ad l. falcid. dixit singulare Vasqui. de successio. progress. §. quarto, numero vigesimosexto, in fine Miche. Crass. §. legitima quæstione decima septima, in fine vbi valde commendat Menoch. de arbitr. cas. 163. in fine.

SINGVL. CCCXXXIII.

MALA fides defuncti nocet hæredi in præscribendo etiã si præscriptionem ex persona propria inchoare vellet est magis communis opinio Dec. consilio 272. columna quarta, prope finem, cõsilio 303. numero sexto, Ias. ad l. Pomponius §. cum quis numero vigesimo secundo, in fine, ff. de acquiren. possessio. Felin. ad capit. si diligenti numero sexto, de præscriptio. Gub. de præscription. conclusi. 5. Bonacoss. de æquitate canonic. conclusio. 21. Borgni. decisio. 27. numero 30. Sebastian. Medic. de æquitat. can. conclus. 63.

* Limitatur singulariter in mala fide vera secus presumpta & errore iuris quæ hæredi non nocet glo. est singularis in l. tutor rerum in glos. magna ff. admi. tut. quam valde singularem dixit Castrens. ad l. nunquam ff. de vsu capien. singularem dixit Alexand. & perpetuo notandum ad l. Pomponius §. cum quis numero vigesimo secundo, ff. de acquirend. possessio. Balb. de pręscriptio. in secunda, par. tertij tempor. quæstione duodecima, numero 14. Capic. decisio. 86. numero septimo, Parisi. consilio vigesimo quarto, numero quartodecimo, volumine primo, Socinus iunior, consilio 76. numero 98. volumine primo, Bertran. consilio 179. numero secundo, volumine 2. Ruin. consilio 170. volum. 1.

SINGV. CCCXXXIIII.

APVD Deum, summum Pontificem, iudicem & sacerdoté non est acceptio. personarum capitulo, in iudicijs de regul. iur. libro sexto.

Et vltra Din. Franch. & alios regula procedit respectu partium secus respectu testium glos. in clem. 1. in verbo iun. de testibus: secunda, procedit de mera iustitia secus in gratia Barto. in l. prima, in princip. ff. de postul. 3. procedit inter æquales secus inter inæquales. Abb. dicens valde notabile in capitulo de multa. colum. 3. de præhend. 4. procedit in exequendo secus in modo exequendi vnde nobilibus ne dum pœna, sed minor pœnitentia iniungitur Dec. dicens valde notabile in capitu. nouit. not. 7. numero 42. de iudic.

SINGVL. CCCXXXV.

FAMVLVS quis probatur deducendo quod est associatus, vt famulus & inseruiuit, vt famulus licet nullũ in hoc appareat scriptũ textus est singularis in l. fin. in princip. C. de proxim. sacro. Scrin. numero duodecimo, quem dixit valde singularem. Bartol. in l. prima, §. familiæ, numero quinto, ff. de publicanis.

SINGV. CCCXXXVI.

EX modo & qualitate rei legate interpretatur onus iniunctum legatario, l. meuio §. final. in fine ff. de annuis legat. quam valde singularem dixit Corn. consilio quartodecimo, columna prima, prope medium volum. 1.

SINGVL. CCCXXXVII.

STANTE statuto vel alia ordinatione superiorum disponéte quod Capitaneus cognoscat à cétum libris supra & Iudex a centum libris infra: si occurrat factum inæstimabile ad quem spectabit cognitio? Vtique ad maiorem iudicem & sic ad capitaneum ita Bald. singulariter in l. final. §. final. C. de appellatio. vbi Barba. in additió. litera A. dicit in practica singulariter notandum.

Et facit aliud singulare dictum quod statutum, vt de quolibet contractu soluatur gabella non habet locum in contractu super facto inæstimabili vel non reducibile ad libram a statuto impositam. Barto. in l. ita autem in princip. per illum text. ff. de administ. tut. dixit valde notabile Castrens. ad l. Benignius ff. de legibus commendat Alexander ad l. quarta, §. Prætor ait numero vigesimo quinto, ff. de damn. infect. Barba. in clement. final. in glo. vltima, de rescript. quilibet prima facie contrarium cum Roman. diceret quod verisimiliter consideretur gabell. quant partes caripendere factum. tamen verior est. opinio Bartol. vt per Alexand. vt supra, & notat, quod Bartolus, in dicta l. ita autem loqui videtur in minimo non ascendente nec reducibili ad libram

bram non in quolibet facto incerto prædictæ intelligenda.

SINGV. CCCXXXVIII.

SI statutum disponat quod qui steterit in carceribus per quinque annos extrahatur in festo Diui Fortunati si eo tempore non reperiatur aliquis qui fuerit in carcere per annos quinque, tunc debet extrahi qui proximior sit illis quin quinque annis, dictum est singulare Bartol. per illum textum in l. si debitor §. verisimile in aliquibus eius lecturis ff. de contr. empt. quod dictum reputauit singulare Barbac. in addition. ad Bald. in l. fin. §. final. C. de appellation. dixit admirabile Alexan. in l. quarta, §. prætor ait numero 26. ff. de damn. infect. licet ipse aliquantulum dubitat quia daretur inconueniens, vt qui stetisset per mensem non esset alius proximior quod esset extrahendus. dico non esse inconueniens ex quo non datur eo casu alius proximior, & bene facit ille textus promitto decem menzolenos olei ex fundo sempronio, nam si non nascantur nisi quinque tantum deberetur: sic etiam si tempore excarcerationis non reperiatur aliquis longioris temporis quam mensis cur ei ista bona sors, nocere debet? & Bartol. in dicta l. dicit vnum quod relatiuum est, distributiuum, & non collectiuum, ita vt notificatur in eo quod potest siue in totum siue in parte quod valde facit ad prædicta.

SINGV. CCCXXXIX.

PACTO de mensurando in contractu apposito præscribitur per sexaginta dies ita vt postea peti non possit data læsione dictum est singulare Imo. in capitulo per tuas de donation. dixit valde singulare Alexander ad Bartol. in l. qui fundum in princip. de contrahend. emptio. Socin. consilio vltimo, volumine tertio, Decius consilio 344. prope finem Barop quæstione quinta, Gagnol ad secunda, numero 192. C. de rescind. venditio. Ancar. q. 18. in fine par.

SINGV. CCCXL.

CLAVSVLA quæ omnia, & c. tollit exceptionem præscriptionis dictum est singulare Angel. in l. prima, ff. de vsucap. dixit valde singulare Veronen. ad l. quod si nolit §. si quid ita columna quarta, in principio, ff. de ædilitio edicto.

SINGV. CCCXLI.

SENTENTIA lata ad fauorem minoris indefensi valet l. non eo minus C. de procuratoris.

Limitatur singulariter nisi ab initio per partem fuerit oppositum: nam parte opponente processus est nullus etiam si tendat in fauorem minoris ecclesiæ vel similium. dictum est singulare Bal. in capitulo primo, numero 14. de rescripti. dixit perpetuo notandũ Io.

Lup.ad capit. per vestras in rubr. §. 68. num. 7. de donatio. inter virum, & vxor.

SINGVL. CCCXLII.

PATER alienare prohibitus bona aduentitia filij potest ea alienare pro vtilitate filij gl. quam ibi Bald. nume. 1. dicit perpetuo notandam in l. quicumque C. de bon. quæ liberis. mirabilem quoque dixit Aretin. in l. mutum. in fine ff. de acquirend. hæred. singularem quoque dixit Ias. in l. contra iuris num. octauo, C. de pact. in l. non eo minus numero quarto, C. de procur. dicens perpetuo notandum extollit Socin. in l. conditionibus pupillus numero primo, ff de condit. & demonstrat. Gomes. in §. omnium, columna decima, institut. de actio. Tiraquell. de iure meritol. glos. 8. nu. 74.

SINGVL. CCCXLIII.

MVLIER obligans se pro viro suo sibi non præiudicat authen. si qua mulier C. ad Velleia.

Ampliatur notabiliter etiam si mulier consentiat patri viri sui vel filio vel fratri qui est sub potestate soceri, ita ibi Bald. quod mirabile reputauit & perpetuo menti tenendum Areti. in §. est & aliud colum. 2. versic. aduerte instit. de donatio. dixit esse dictum mirabile Ioann. Lup. in rubric. de donation. §. 42. sub nu. 4.

SINGVL. CCCXLIIII.

VXOR surripiens aliquid viro dicitur casus fortuitus qa maritus verisimiliter debebat de vxore confidere glos. est singularis in l. cum duobus §. damna in verbo subreptura ff. pro Soc. quam dixit perpetuo menti tenendam Iacobi a sancto Georgio ad l. manifestissimi §. cum in secunda num. 8. C. de furt.

SINGV. CCCXLV.

HÆRES pleno iure institutus concurrit cũ vsufructuario est solennis doctrina consil. 56. perlectis vers. 6. daretur volum. 3. quam peregrinã dixit Ferrati. cautel. 32. commendat Dicti in repetitione l. Titia. §. Titia. quæst. 21. Durtan. de arte testand. titu. de hæredi. instituend. cautel. 4. Rui. consi. 165. colum. penult. libro tertio. & vxor hoc modo relicta vsufructuaria habebit integrum vsumfructum relicta solum filijs legitima Borgni. de vsufruct. num. 49.

SINGVL. CCCXLVI.

ACCVSATVS fugiẽs per timorem iracundiæ iudicis non propterea debet postea causam in vinculis dicere vbi alias teneretur glos. est singularis in l. lege Cornelia ff. ad Silla quam singularem dixit Veronens. in l. qui sit fugitiuus §. idem vt interrogatus nume. 5. ff. de ędil. edic. vbi nec debet haberi pro confesso.

SIN-

SINGVL. CCCXLVII.

INIMICITIA capitalis, & grauis contrahitur etiam ex verbis iniuriosis tantum. dictum est valde singulare Bald. in capitu. veniens in fine numero 5. de iure iurand quod valde singulare dixit Iason ad l. procuratoribus in fine C. de procur. subdens quoad quilibet diceret contrarium. valde singulare dixit Marsil. in l. prima, §. praeterea sub numero 54. ff. de quaestio. attestans ita iudicatum in causa ardua Grammatic. consilio 57. numero septimo, quod crederem verum attenta qualitate personarum personae enim viles: parum saepe curant de verbis infamatoribus prout personę nobiles: ob id versari debet iudicis arbitrium Franc. pegna in direct. inquisit. sed 123. q. 57. colum. 4. versi. sed in hoc [illegible]

SINGV. CCCXLVIII.

SI consilium ciuitatis non apparet legitimę congregatum pro vt motis est: si tamen omnes sunt pręsentes gesta valere dictũ est singulare Bartol. in l. secunda, numero secundo, C. de decurio. libro decimo, quod valde notabile dixit Ias. in l. secunda, numero 4. ff. de in ius vocand.

SINGVL. CCCXLIX.

PRAELATVS non debet vẽdere bona ecclesiae vltra iustũ pretium secundum conscientiam, & honestatem glos. in cano. hoc ius porrectum 12. quaestione secunda, quam singularem dixit Ias. in §. sed iste numero 105. institut. de actio. & per hoc vidi in facto quod licet alienatio bonorũ Ecclesiae debeat redundare in euidẽtem vtilitatem tamen quando datur concursus in offerendo non debet attendi maior oblatio, sed illa quę est iusta, & non pati vt homines depauperentur, & ecclesiam locupletari vltra iustum pretium & est casus qui saepissime occurrit.

SINGVL. CCCL.

CITATIO de generali consuetudine fieri potest in die feriata in honorem Dei pro die nõ feriata Iason ad l. primã, §. nunciatio. sub numero octauo, ff. de nou. oper. nunciatio. Lanfranc. in capit. quoniam contra in verbo citationis, de probation: Cassad. decisio. vt in fine de dol. & contumac. Rot. decisio. 367. in nouis Sebast. Vanti de nullit. & de fact. citatio. sub nu. 46. versi. contrarium tamen.

Limitatur singulariter vt procedat quando nuncius procedat ex commissione specifica praecedenti quia hoc casu exequendo dicitur nudus minister facti & spoliatus omni penitus iurisdictione secus si citat requisitus nulla speciali praecedente commissione quia sic exequendo dicitur exercere aliquam iurisdictionem, quae non potest in die feriata in honorem Dei, ita limitat Baldus, & dicit valde notandum ad l. cum clericis sub numero tertio, versicu. dico tamen. C. de episcop. & cleric. dubitat tamen

Iaſ. ad §. quadrupli numero 36. de actio. & contrarium paſſim ſeruatur.

SINGVL. CCCLI.

RELATIO nuncij debet in actis cõſtare ad hoc vt aliquis contumax reputetur ita vt ſi iudex condemnat aliquem vti contumacem licet re vera ſit contumax eo quia citatus, tamen ſi in actis non apparet relatio, proceſſus eſt nullus ita dixit ſingulariter Barto. in l. hęc autem §. primo, per illum text. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur in l. multum numero quarto, ff. de cõditio. & demonſtratio. dixit notabilem Abb. in capitu. quoniam contra in nona columm. verſicu. tertio. Not. de probatio. in cap. ad noſtram el tertio column. penult. de iureiurand. ſingularem quoque dixit Felin. & eam valde commendat in capitul. eccleſiam ſanctæ Mariæ ſub numero quartodecimo, verſiculo decimo ad hunc facit de conſtitut. in capitu. quoniam contra colum. quarta, de probatio. perpetuò notandum dixit Maran. in Specul. in verbo citatio. numero 56. dicens vidiſſe multos erraſſe ignorando bene theoricam.

Declaratur tamen hoc ſingulare dictum vt verum ſit & procedat quando nullo modo conſtaret iudici de contumacia, ſecus ſi ex aliquibus coniecturis conſtaret quia tunc dictum Bartol. non procedit cum conſtare poſſit iudici aliter quam per relationem Nuncij de contumacia Baldus, ita declarans ad l. falſus numero 20. C. de fur. ſequitur Alexand. ad l. ſed & ſi de ſua ſub. numero quinto, verſicu. Bald. tamen. ff. de acquiren. hæredita. vnde non valet conſequentia Nuncius non retulit nec in actis conſtat ergo non eſt contumax cũ de contumacia aliunde conſtare poſſit.

Sed dubitationem facere videtur quia vere contumax quis non dicitur niſi eius contumacia accuſatur comparendo in termino citari faciens Bart. in l. conſentaneum numero 18. C. quomodo & quando iudex Alexan. in l. ſi finita. §. Iulianus numero 24. ff. de damn. infect. Iaſ. ad l. properandum §. primo, numero ſeptimo, C. de iudic. Marant. in Specul. in verbo contumacia numero primo, Aſin. in pra. §. decimoſeptimo, capitu. verſic. 11. lis conteſtatur numero 3. ſed quomodo hoc facere poterit actor ſi ex relatione, & fide Nuncij non conſtat?

[illegible]tur ſecundo notabiliter in actibus voluntariç iuriſdictionis in quibus ſufficit aliquem eſſe contumacem licet in actis non conſtat Bald. in authent. matrimon. & Auicent. in fine dixit valde notabile Socin. ad l. multum colum. final. ff. de condit. & demonſtr.

SINGV. CCCLII.

CONTVMAX quis non dicitur niſi contumacia in termino fuerit accuſata Bartol. in l. cõſentaneum numero decimo octauo, C. quomod. & quãdo iudex Marant. in ſpecul. in verbo contumacia numero primo, aut in practica §. decimoſeptimo, capitulo tertio, verſiculo vndecimo, lis conteſtatur nu. 3.

Limi-

Limitatur notabiliter, vt non procedat, quoad effectus a iure resultat, & ex forma statuti contumax habeatur pro confesso. nam citatus reputabitur contumax licet contumacia non fuerit accusata ita singulariter Bal. in l. si tutor, C. de interdict. matrimon. quod dictum valde singulare reputauit Ias. ad l. properandum, §. primo, sub numero septimo, vers. limita notabiliter, C. de iudic.

SINGV. CCCLIII.

VXOR constante matrimonio dotem donare nõ potest l. constanti, C. de donatio.

Ampliatur singulariter, vt detur actio etiam soluto matrimonio gl. est singularis instit. quibus alienare licet, vel non in verbo interdicti quam valde singularem dixit Imo. in cap. cum contingat, nume. 22. de iureiurand.

Limitatur singulariter in spe actionis futuræ, quæ donari potest glos. est singularis in d. l. constanti, quam ibi Bal. & Salyc. dicunt singularem, & bene notandum.

SINGV. CCCLIIII.

SENTENTIA est actus perfectus in se vnde ex processu extraiudiciali ad eam non infertur, sed solemniter ferri debet Bal. in l. qui procuratorem. ff. de procurat. dixit valde notandum Natta in clemen. sepe, §. non sic tamen versiculo visis suprascriptis verbis, numero quadragesimo, de verborum significatio.

SINGV. CCCLV.

PVPILLARIS expressa matrem excludit Bartol. in l. 2. in princip. num. 31. ff. de vulgar. & ab hac opinione nemo est, qui discrepat Menoch. post alios lib. 4. presumpt. 38. in princ.

Fallit singulariter in foro conscientię secundum quem mater nõ excluditur, sed per viam Euangelicę denunciationis consequetur. Dictum est singulare Archidiac. in capit. si pater de testament. libro primo, per tex. in canon. fine. 17. vlti. quod dictum reputauit singulare Corne. ad l. precibus, colum. 2. vers. sed in contrarium facit, C. de impuberum Ferrat. valde commendans cautel. 14. Vrsill. ad l. Afflict. 310. num. 2. & 367. num. 3. Dec. ad l. precibus, colum. 4. vbi Caras. num. 19. Alciat. de quinque Pedemon. prescript. in princ.

** Contraria opinio est magis communis etiam in bonis a patre non habitis nisi mater sit inops Didac. ad cap. cum esses, num. 11. de testament. Thesaurus Pedemonta. 200. numero 2.

SINGV. CCCLVI.

QVOTIESCVNQVE lex positiua absque iusta causa contradicit naturali æquitati non ligat in foro conscientię dictum est singulare Imo. in cap. quia plerique in fine de immu. ecclesiarum, quod dictum reputauit singulare Ferrat. cautel. 19. colum. 2. amplians etiam si lex talis positiua esset approbata a iure canonico.

SIN-

SINGV. CCCLVII.

ASCENDENTES compu tare fructus in legitimam dictum est singulare Bal.in cap. si pater de testam.lib.6.dixit diligentissime notandum Alexã. ad l.si filius familias,nume.4.ff.ad l.Falcid.ad l. in fideicommissaria,num.9.vbi Ripa,num. ff.ad Trebellian. Fabia. in Authen.num.30.q.9.C.de inofic.testament.Pic.ad l. in quartam col.penult.ff.ad l.Falcid.vbi pariter valde commendat Roderic.Soarez ad l. quoniam in . . . Ampliat.16. num.5.vbi reputatur valde singulare, & notabile Ripa,lib. responsorum cap.8.

SINGV. CCCLVIII.

SI testes deponant aliquem clericum plerunque interfuisse electioni non probant quasi possessionem, eligendi.dictum est notabile Ioan.And. in cap.1.de testamen. lib.6. quod perpetuo notandum dixit Ias. ad l. cum plures hæredes nume. 6.ff.de vulgar.

SINGV. CCCLIX.

RIXOSVS, vel alius, qui ob eius malos mores non reperit fideiussorem non admittitur ad iuratoriam cautionem. dictum est singulare Bald. in Authen.cui relictum,colum.3.C. de indict.viduit. tollend.vbi Ias.num.8.colum. fina. dixit singulariter notandum idem in l.prima, columna final.C.de procura. Dec. in cap. qua fronte de appellatio.

SINGV. CCCLX.

DICTIO taxatiua hæredis personam non excludit tex. est singularis in l.si necessarias,§.de vendendo, ff.de pigno. actio.quem singularem dixit Ias.ad l. 2. §.item si in facto,num. 2.ff. de verb.oblig. ad l.si sit stipulatus, sub num.14.ff. eod.in l.1.in 4.limitatione,ff.si quis ius dicent. non obtempera.

Sed allegatur etiam alius textus singularis in l. stipulatio ista habere licet in princip. versi.sed si se vbi Alex.in 2. not.num.7.Ias.in 4.not. num.ff.de verb.oblig. quam singularem dixit Bal.in l.fi.nume.5.in fine,& post eum Salycet.C. de actio. valde notabilem dixit Calcan.cons. 18.sub num.17.versicu. & cum ad hoc accedat Ias. in l.1.in 4. limitatio.ff.si quis ius dicent. non obtem pera.Dec.in l. hæredem, num. 6.ff. de regul.iur.consi.262.col.3.versi. sexto hoc idem consi. 281.colum.3. versic. ad maiorem Corne. consilio 69.col.2.lib.4..Curt.sen.consil.76. colum.10.post medium Alex.cons. 18.col.fi.lib. 5.Tiraquell.late commendans de retract. conuentional. §.1.glo. 6 num.4.singulare quoque dixit Bertachi. de Gabell. part.1.q. 12.Barbar.in cap.vltim.colum. penult.de emptio.& vendition.Fabia. de emptio.& vendition.q.6.principal.memb.19.nume.76. Aretin.in §.fi.num.2.instit.de emptio.& venditio. valde commendat in §. actionum,num.53.de action. Rui.consi. 94.colum.4.lib. 1.valde etiam commendat Euerardus a natura Taxatiu. sub num.5.in 4. limitatione,& ista videtur communis opinio per

Boer. decisio. 67. num. 5. quamuis Rui.consil.53. colum. 2. num. 4. & colum. 3. circa medium volum. 1. contrarium asserat, & eum secutus Ant. Gabr. de verb. significat. conclus. 5. tamen ex numero authorum contrarium est verius, quam sequitur etiam Ripa, in l. 1. nume. 87. ff. solut. matrimo. Crauett. de antiq. temp. part. 4. num. 125. cum sequẽ. Viui. in silu. 1000. 19. Cabal. de euictio. §. 5. num. 44.

Quando sumus in actu, vel contractu in quo de iure teneatur de facto successorum, vt venditio permutatio, & similes alias dictio taxatiua excludit hæredem ita conciliãdo Ruin. consil. 94. col. 4. versi. non obstat, lib. 1.

SINGV. CCCLXI.

LICET pro facto suo tantum promittens non teneatur ex hoc pro facto extranei tenetur tamen ad pretij restitutionem. dictũ est in practica singulare Alex. consil. 188. volum. 1. quod perpetuo notandum Sarni. ad Cremen not. 32. Viuiu. in silu. opinio 1000. & 19.

SINGV. CCCLXII.

PACTVM factum principali prodest hæredi succedenti prẹter spem defuncti. textus est solemnis in l. tale pactum, §. fina. ff. de pact. quam valde singularem dixit Bald. in rub. de pact. num. 13. dicens alibi non reperiri inferens pactum transire de persona in personam quando persona non est causa immediata pacti, sed qualitas. singularem quoque dixit Bal. in cap. 1. sub num. 3. de duobus fratr. a cap. inuestitis inferẽs ad verba textus, quod dum ibi dicitur, quod vnus quisque sibi, & hæredibus suis prospexisse videtur hoc esse verum etiam si ab initio de liberis non cogitauerit per hunc textum quem reputat singularem, & notabilem commendat, etiam pro singulari ad l. cum acutissimi in princ. C. de fideicommiss. vbi num. 13. ampliat ad filios eo tempore natos, quem in hoc sequitur Rui. cons. 131. nu. 12. lib. 3.

Licet re vera ille textus loquatur quando non solum filij sunt postea nati, sed etiam expresse in testamento hẹredes instituti, Nota ibi Titius a socero susceptis, & hæredibus testamento relictis, & hic fortasse est verus sensus illius legis, & non in prẹsumptione, vt Doctores considerare videntur.

SINGV. CCCLXIII.

PER culpam uenditoris non probatur culpa promissoris, l. si vendita insula, ff. de pericul. & commod. rei vendit. quam valde notabilem dixit Bal. in rub. extr. de pact. num. 9. inferens ex hoc quod emphyteotá non tenetur de facto suorum rusticorum, & ille textus præsupponit veram diligentiam in termino, & loquitur ante traditionem.

SINGV. CCCLXIIII.

CONDITIO negatiua fortius operatur, quam affirmatiua, l. neratius, ff. de manu testamen. quam singularem dixit Bald. in

in cap.1.num.9.de pact.sed in liber tate loquitur.

SINGV. CCCLXV.

CONFESSIO sine causa ad liberandum valet, l. tale pactum in princ.ff.de pact.

Limitatur singulariter in principali secus in procuratore, l. non abstulit, C.de nouatio.quam valde singularem dixit Bald.in rub. extr. de pact.num.13.

SINGV. CCCLXVI.

VENDENS, vel alias concedens rem apud illum existentem videtur possessionem in illum transferre, l. qua ratione, §. interdum,ff.de acquirendo rerum domi nio, §. interdum, instit. de rerum diuisio.

Limitatur singulariter hoc verum data sententia vendentis, vel alias concedentis Angel. reputans singularem limitationem ad l.quędam mulier,num.3.ff.de rei vendicatio.docens in practica, vt semper deducatur scientia concedentis.

SINGV. CCCLXVII.

OCCIDENS aliquem in ludo permisso pręsumitur a casu absque alia probatione, ~~& ob id~~ ipso iure venit absoluendus nec de dolo, vel culpa aliqua puniri potest glos. est notabilis in cano. cum qui se asseuerat dist'nctio. 50.quam val de singularem dixit Dec. consilio nono,columna secunda,sub numero 5.versi 7.& vltimo.

SINGV. CCCLXVIII.

OCCIDENS bannitum ex propria, & particulari inimicitia non gaudet beneficio statuti, vel motus proprij. dictum est singulare Bal.in l. decuriones,in fine, C.de infami. dixit singulare fati in cap. perfodiens propè finem de homicid. notabile Grat. consilio 44. num.3. libro 2. sed vide Bal.qui dicit ponderanda verba constitutionis:nam si dicat impune, & libere offendi gaudebit tali beneficio.singulare quoque hoc dictum reputauit Marsil. consi.9. num.28.dicens esse singularem limitationem ad statutum de occidendis bannitis, Nell. de bannit.in 2. part. 2.temp. quæst.12.

Limitatur secundo singulariter in bannito per principem tolerato, quia ex tolerantia censetur rebannitus.dictum est singulare Salyce.in l.nullus, C.de iudicijs dixit valde singulare Ioan. de Anani. in cap.sicut iudic. columna 4.de iudicijs dicens ita vidisse Bononiæ seruatum Alexan.consi.1.col.fi.vol.2. Fely.in cap.quæ in ecclesiarum,colum.3. de constitut. versic.quartus casus in cap.1. colum.7. de treg. & pac.Iasad l.omnes populi,col.12.limitat.4.de iusti. & iur. in l.vbi pactum,col.6.versi. aduerte etiam,C. de transact.Marsil.consil.9. nu.27. consi.107.nu.3.

SINGV. CCCLXIX.

INSTRVMENTA confecta per notarium de falso condemnatum valent,& tenent, si fuit toleratum

toleratum Salycet. in l. si autem, C. de testam. quod dictum singulare reputauit Barbat. in rub. de fid. instrumen. col. 3. Marsil. consilio 9. numero 27.

SINGV. CCCLXX.

SI quis faciat actum, qui tendat ad vtilitatem propriam, & ad vtilitatem tertij præsumitur fecisse ad propriam vtilitatem, textus est singularis in l. ex parte, in princ. ff. fami. ercifcun. quam dixit valde singularem Rom. consi. 666. expendés vbi infert, quod si expendi in aliqua re in qua etiam versatur alterius vtilitas ab eo aliquam impensam repetere non potero, quia præsumor fecisse ad propriam vtilitatem idem tenet Angel. in l. nauis, ff. ad l. Rhod. de iact. Marsil. consil. 9. num. 30.

SINGVL. CCCLXXI.

STANTE statuto, quod potestas exequi possit sententias cósulum prout ipsimet consules in omnibus, & per omnia, non tamen exequi poterit sententiam duram, & iniquam puta, vt filius teneatur pro patre, vel quid simile dictũ est notabile Angel. consilio 6. quod elegans valde singulare, & æquum dixit Soci. seni. ad l. 1. num. 4. ff. sol. matrim.

SINGV. CCCLXXII.

PRIVILEGIVM amplissimum concessum Abbati cum verbis prægnantissimis non comprehendit eaque sunt ordinis & in honesta, sed proportionabilia tantum ita, vt episcopalis dignitas non vilescat ita egregie Butr. sentit pro lixe contra morem suum consi. 19. quod valde singulare dixit Soci. seni. in l. 1. num. 5. ff. solut. matrimo. vbi dicit illud consilium esse præ manibus reuoluendum, quia dicit multa scitu digna, & menti tenenda.

SINGV. CCCLXXIII.

ACCVSANS aliquẽ, quod eum vulnerauerit non obtinebit si probetur vulnerari fecisse, quia diuersus est modus agendi. dictum est solemne Io. Monach. in regul. qui per alium, lib. 6. quod valde notabile dixit Bal. in cap. 1. §. iniuria, colum. fi. de pace iuramen. firmand. Fely. in cap. mulieres, colum. penult. de sentent. excommu. dixit solemne Roland. cons. 45. num. 21. volum. 1. dixit dictum elegans Marsil. consi. 7. num. 62. in pract. §. & quia, nume. 15. Cephal. consil. 140. num. 16. volum. 1. vbi idem si fuerit accusatus, vt principalis, & appareat fuisse auxiliatorem.

Et hæc conclusio videtur vera, etiam si in accusatione, vel querela sit apposita clausula super quibus omnibus, vt sentit Placa. in epito. delict. cap. 17. num. 16. Iul. Clar. q. 31. versi. super quibus omnibus.

Sed contraria opinio est magis communis, & videtur in practica recepta.

SINGV. CCCLXXIIII.

VERBA generalia quietationum restringunt, ne sapiunt iniqui-

iniquitatem glos. est singularis, & notabilis in §. 1. in verbo extimatus in Authen. vt sine prohibit. matrim. quam notabilem dixit Ias. ad l. a diuo pio, §. si in venditione, col. 3. sub num. 10. ff. de re iudicat. valde singularem dixit Crauett. consi. 221. circa princip.

SINGV. CCCLXXV.

Res empta ex pecunia mea non est mihi obligata, l. quamuis, C. de pignor.

Fallit singulariter in militia empta filio, vel alicui sanguine coniũcto, l. fi. C. de pigno. quæ lex restringitur ad militiam tantum si incontinenti post mutuum sequatur emptio, & fiat filio, vel alicui sanguine coniuncto secus si extraneo, & pecunia fuerit expresse mutuata, vt militia emeretur, vt per Bald. in d. l. fi. dicens esse notabilẽ, & illam legem alibi non reperiri & ibi etiam Angel. inferens notabiliter secundum eos, quod si accepi pecuniam mutuo, & reperiatur facta expensa aliqua pro sanguine coniuncto præsumitur ex pecunia mutuata secus si pro extraneo Bart. per hanc legẽ dicens valde notabile in l. si ventri, §. fi. ff. de priuileg. credit. & sic filius præsumitur militare cum pecunia patris, Alcia. regul. 3. præsump. 25. Rui. consi. 199. num. 12. lib. 2. & consi. 152. in fine, lib. 5. Capyc. decis. 194. nume. 15. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. & habet creditor super tali militia ius prælationis etiam in dote, vt per Authent. ibi positam, quod limitatur verum in dote posteriori secus anteriori, Bal. Nouell. de priuileg. dot. par. 10. colum. 12. limit. 13. dixit valde notabile Negus. de pigno. in 2. memb. 5. part. num. 21. & illum tex. in d. l. fi. dixit singularem Bar. in Authen. ingressi, num. 8. C. de sacros. eccles. notabilem in l. fi. §. & si præfatam in fine, C. de iur. deliberand. valde notabilem Roma. cons. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 29. num. 30.

SINGV. CCCLXXVI.

Mandans aliquod delictũ cõmitti excusatur saltẽ a pœna ordinaria si mãdatarius erat alias facturus glos. in l. sæpe, §. item dubitatur in verbo condici, ff. de verb. signific. vbi Alciat. hoc tenet in verbo non potest, & est communis opinio Alberic. in l. ob hæc verba, ff. de his, qui not. infami. Dec. in l. consilij, nume. 6. & ibi Cagnol. ff. de reg. iur.

An autẽ esset alias facturus colligitur ex indiciis, & coniecturis puta si erat inimicitia inter mandatarium, & occisum, & non cum mãdãte, si præcesserunt minæ, vel alia præparamenta ipsius mandatarij si inferior mandauit superiori puta filius patri, vel seruus domino quos non est verisimile vti superiores obedituros glos. est notabilis, & singularis in l. apud celsum, in princip. in verbo causa, ff. de dol. exceptio, quam valde notabilem dixit ibi Bart. singularem, & meliorem de iure dixit Angel. in l. 1. nume. 3. ff. de eo per quem fact. erit Castrẽs. in l. 1. nume. 8. C. de seru. fugit. vbi exclamat de ea, & dicit esse lucri plenam, & multæ vtilitatis, & honoris, & pluries cum ea in facto obtinuisse

nuisse Fely. in cap. sicut dignum, nume. 9. vers. tertia conclusio de homicid. Carrer. in pract. §. 5. num. 75. in princip. & num. 172. Marsil. consil. sexagesimoprimo, numero trigesimoseptimo, in fine Plac. in epitom. delict. libro primo, cap. decimoquinto, nu. 14.

Et licet Iul. Clar. in pract. §. fina. quæst. 89. dicat illam distinctionem an esset aliter facturus, vel non cómuniter reprobari, & eam etiam sequatur Menoc. nu. 13. tamen iura, & authoritates Clari nullo modo probant ipsius attestationes prout etiam animaduertit Tiber. Decia. tract. criminal. libro nono, cap. trigesimosexto, numero decimoquarto, tom. 1.

SINGV. CCCLXXVII.

PATER occidens filium tenetur, l. Pompeia, de parricid. l. 1. ff. ad l. Pompe. de parricid.

Limitatur singulariter nisi occisus commisisset in occidentem aliquam causam ingratitudinis propter quam exhæredari potuisset tunc enim occidi impune posset Bart. in l. diuus, ff. de parricid. vbi ampliat hoc verum tam respectu patris contra filium, quam ecótra, & idem in collateralibus, quod perpetuo notandum nec alibi legisse dixit Ias. ad l. ius autem ciuile, nu. 28. ff. de iust. & iu. caueát igitur ascendentes descendentes, & collaterales a cómittendo causas ingratitudinis, quia ex eis non solum poterunt exhæredari, sed occidi nec pena mortis punietur occidens, sed deportationis tantum.

SINGV. CCCLXXVIII.

TESTIS negans se affinem cum reuera sit nó punitur pęna falsi, sed stellionatus tantum dictum est mirabile Iacob. Butrigar. in l. huius, §. 1. ff. de infamibus, vbi Angel. num. 3. appellat dictum mirabile, & notatu dignum, quod licet lege non probetur sufficit allegare authoritatem ipsius Butrigarij. commendat pro valde singulari Ias. ad l. si quis nec causam, numero 22. ff. si cert. pet. idem Angel. valde commendat, consi. 194. col. 4. Marsil. consi. 37. num. 6. consi. 51. num. 68. inferens etiam vnum quotidianum in practica.

SINGV. CCCLXXIX.

MVLIER transiens ad secundas, facit iniuriam filijs primi matrimonij, Angel. in l. mulier, §. cum proponebatur, num. 3. vbi Alex. nume. 5. ff. ad Trebellian. & communis opinio Io. Dilect. de art. testand. titu. 6. cautel. 39. numero 4. Bermond de public. concubina, nume. 193. Didac. in epitom. de sponsal. part. 2. cap. 3. §. 9. nume. 11. Mantic. de coniectu. vltim. volunt. libro 11. titu. 19. numero 31. & 32.

Limitatur singulariter nisi nubat de consensu filiorum primi matrimonij, quo casu nullum lucrum perdit gl. est, quam ibi Ange. num. 8. dicit valde singularem in Authé. de non eligendo secundo nubent. monens in practica aduocatos, vt deducant cósensum filiorum idem dixit eam singularem in l. mater, C.

de Tertullian. singularem quoque dixit Ias. in l. 2. nu. 4. C. de indic. viduit. tollend. singularem quoque dixit Roma. cons. 219. num. 2. Dec. consi. 206. num. 4. Bertrand. consil. 175. volum. 2. Veronens. dicens cautelam singularem 235. si mater Barbat. in repetitio. l. cum acutissimi, colum. 24. C. de fideicommis. Ias. in l. filium, quem habente colum. 60. sub num. 13. vers. pro confirmatione, C. famil. erciscun. vbi solemnem appellat glos. illam Dec. in rub. C. de secund. nupt. colum. fi. sub num. 8. vbi Ioan. de Gamn. in 2. part. remed. 2. nume. 4. Durant. cautel. 18. num. 3. delegat. Boer. decisio. 285. num. 20. limit. 3. Soci. in regul. mulier transiens in prima limitatione Euerard. in loco a lege ad testator, num. 2. pulchre Coras. iur. lib. 3. capitu. 1. num. 14. Paris. consi. 29. colum. 12. vol. 3. Dec. in cap. ecclesiæ sanctę Marię, nu. 35. de constitutio. Grat. consil. 83. in fine, vol. 2. Anto. Gabr. de secund. nupt. conclus. 1. nume. 36. conclus. 6. nu. 3. conclus. 3. limit. 10. Viui. dicens communem in silua, lib. 2. opinio. 835. mulier, num. 23. vbi subdit non sufficere consensum maioris partis filiorũ.

Et hæc conclusio vera est, etiam in consensu tacito non conquerendo de matri. quod transierit ad secundas nuptias, Ripa in l. fi. quæst. 71. C. de reuocand. donation. Paris, consi. 29. col. 12. vol. 3. Grat. consil. 83. in fine, vol. 2. huic instituat eam post transitum ad secundas nuptias Bald. in l. mater, C. ad Tertullian. siue ratificent post siue tutor filij consensit Bertrand. consi. 58. col. fi. volum. 1.

SINGV. CCCLXXX.

SI canonicus fuit electus ad aliquam dignitatem, & eo præsente conferret suam præbendam alteri, licet postea ex aliquo accidenti collatio dignitatis non habeat effectum, non tamen dabitur regressus ad præbendam, Cardi. post Archid. dicens in practica perpetuo notandum ad regulam, qui tacet, lib. 6. vbi etiam apostillat. ad Dyn. columna finali, circa medium, valde commendat, & exclamat hoc dictum.

SINGV. CCCLXXXI.

ACTIONEM semel propositam vsque ad finem prosequi tenetur Authen. quod semel, C. quomodo, & quando iudex.

Limitatur singulariter, vt bene liceat variare modum, puta de ordinario in summarium, nisi ab initio expresse consenserint glos. est singularis, in clem. sæpæ in fine, in verbo partibus, de verbo. signifi. quam singularem ad hoc propositum dixit Rom. consil. 133. propè finem. singularem quoque dixit Abb. in cap. quoniam contra colum. vltim. de verbo. signific. in cap. præsentium, columna quarta, de testibus, in cap. si quis contra clericum, columna decimasexta, de for. competent. aureum dixit Ias. ad l. quæ dotis, numero 108. ff. soluto matrimo. inferens, quod consentiendo in vno actu in iudicio non præiudicat in reliquis.

SIN-

SINGV. CCCLXXXII.

SOCIO personam exercenti debet salarium constitui, dictũ est notabile Petr. de Vbald. in tractat. de duobus fratribus part. 6. q. vltim. vers. quęro quidam contraxerunt, quod pro notabili ponit Corne. consi. 116. libro 4. Dec. in l. illud, in fine, C. de collatio. vbi tandem concludit veriorem resolutionem esse in ratione salarij nihil debeatur, sed maior portio lucri dixi in tract. locat. & conduct. part. 1. titul. de soc. person. exercente.

SINGV. CCCLXXXIII.

PATER si differret tradere nuptui filiam vltra annum vigesimumquintum, potest ei filia ponere contra Castrens. dicens magnum documentum in l. si filiam, C. de inoffic. testament.

SINGV. CCCLXXXIIII.

AVIA, & mater pręferuntur in susceptione tutelæ, omnibus agnatis, & cognatis, Authen. matri & auię, C. quando mulier.

Limitatur singulariter, nisi in loco esset statutum prout ferè per totam Italiam, quod mulier non possit se obligare sine consensu proximiorum, quo casu non potest esse tutrix, & facit locum proximioribus agnatis, & cognatis, Alciat. dicens valde notandum regul. 1. præsump. 52. num. 7. nec tãdem dissentire videtur Roderic. Soarez, ad l. 13. titu. de las deducas, nume. 17. & licet Alciat. in citato loco in fine videatur subsistere, quia statutum non subijcit mulierem in locum alterius consilio, sed quoad obligationem tantum; satis est, quod in præsenti facto obligatio respicienda est, & præiudicium, quod petere potest cum, & bona propria mulieris obligentur ex his, quę not. Alexan. ad l. quæsitum, in fine, ff. de in ius vocand.

Et in materia ista videntur plures casus; Primus est in suscipiendo tutelam, & tunc verior, & magis communis opinio est, vt suscipere non possit nisi seruata forma statuti Lambertengh. de cõtract. mulie. glos. 3. sub num. 26. secundus casus est, cum contrahit tutorio nomine, & idem pariter, dicendum est ex Lambertengh. in citato loco, num. 29. licet reuera Grat. cons. 46. num. 30. lib. 1. contrarium teneat, quem sequitur Granut. Teoremat. 25. limit. 10. nume. 35. Ioã. de Arno. Commerter. 195. Tertius subintrat casus valde vtilis an mulier sic prohibita possit esse tutrix exclusis agnatis, & cognatis, & tunc Alciat. in citato loco tenuit, quod non, cum regatur alieno consilio, & sequitur Borgni. de tutor. num. 185. & 186. tamen in practica video passim seruare contrarium, & vocari, si volunt suscipere.

SINGV. CCCLXXXV.

IVDEX moneri potest ad iudicandum, etiam ex confessione viua voce facta, & in scriptis non redacta, gloss. est notabilis, & singularis in l. quotiens §. fina. in verbo solum in fine, ff. de probatio. quam valde singularem dixit Bald.

in l.secunda,columna secunda, sub numero sexto, C.de vindic. liberta. appellauit dictum aureum Fely. in cap.cum venerabilis, numero quadragesimosecundo, de exceptio. dixit valde notabile Dec.consil. 445. numero 55.consilio 233.sub numero 6.consilio 275. numero vndecimo. notabilem quoque dixit Ias.in l. si is, ad quem numero vigesimotertio,in fine, ff.de acquir.haredit. Socyn. consilio 77. columna octaua,ante medium,volumine 3.singularem quoque dixit Crauet. consi. 198. in fine. Afflict. decisio. vigesimaoctaua,sub numero quinto, late commendat Roland. consi. 70. nu. 16.volum. 1.

SINGV. CCCLXXXVI.

CONFESSIO dicitur incontinenti reuocari antequã in scriptis redigatur.glos. est singularis in cano. apud misericordem. 32.quæst.1.quam singularem dixit Panorm.in cap.ex literis,de diuort. Alexan.in l.prima, §.primo,nume. decimoquarto,ff.de verborum obligatio. consilio 34. columna prima, libro primo, consilio 87.libro 5.Tiraquell. late commendans de retracta.conuentional.§. primo, gloss.5. numero 14.

SINGV. CCCLXXXVII.

NOTARIO attestanti de certioratione v elleiani creditur, si tamen ex post facto interrogetur a iudice, & dicat se nescire, corruit obligatio. allegatur Alberic.in l.fina.§.fina.ff.ad Velleian. vbi apud me non dicit, sed in l. omnes, C. de hæretic.dicens ita iudicatur, quia nemo potest docere, quod nescit per illum textũ, quod dictum dixit valde singul. Marsill. de fideiussor.nu.39. Dicens perpetuo menti tenendum.

De quo dicto dubitare videtur Alex.ad l.sciendum, sub nume.33. ff.de verb. obligatio. Alciat. regul. 3 præsumpt.13.num.4.in l.penul. colum.4.versi.sed quid si interrogatus,C.de pact.

Allegatur primo loco doctrina Bartol. in l.si quis in graui, §. 1. ff. ad Sillan. vbi non creditur iudici etiam in articulo mortis asserenti tulisse iniquam sententiam, quia omissis multis, quando sumus in casu, quod factum per alios verisimiliter sciri non potuerit, creditur puta recepisse pecunias in abscondito, Fely. in cap.cum a vobis,sub nu. 11. vers. sed aduerte de testi.secundo in omnem euentum facit aliquod inditium cõtra eum, pro quo lata est, Angel.in l. 1. §.si quis moriens,ff.ad Sillan.Fely.in cap. sicut, num.3.de testibus. Barba.cons.13. col.fi.vol.1. Paris.consi. 134.versic. & illud vol.2 Mascard.conclusi. 949.num.26.Prosper Farinac. quæstio.46. num. 85. sic diminuit non parum de fide, & post facto notarij assertio,& videmus etiam quod testes examinantur super informatione curię,& fortasse deponunt in præiudicium delinquentis, & imputata, & sic videtur fisco ius quæsitum, & tamen repetuntur, & contrarium dicendo repetitio attẽditur ex his, quæ not. Clar. q. 45. vers.cæterum,& q.49.versicu.item scias, & late alias responsiones deducit Marsil. in allegato iam loco, quibus

quibus additur, quod Veron. cautel. 195. notarius pariter contra Alberic. sentit alia vltra alios ratione, scilicet quia potest esse inducta obliuio a tempore contractus ad tempus examinis, & l. peregre, ff. de acqui. possessio. quia videtur posse responderi, quod hoc erit arbitrio iudicis committendum, iuxta ea, quæ not. Crauett. consi. 241. col. fi. Menoc. de arbitrar. caſ. 26. aſpiciendo, quod tẽpus inter medium ſit elapſum, vt obliuio iudici potuerit; prȩterea ſæpius fiunt de prædictis inſtrumenti; vnde in actu ſępius teſte rato non ſic de facili præſumetur obliuio.

SINGV. CCCLXXXVIII.

CONFITERIS ſpe futuræ numerationis, poteſt infra biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, l. iam in contractibus, C. de non numerat. pecun. & ſupra ſingul. 199.

Fallit ſingulariter in confeſſione in vltima voluntate, & in mortis articulo glo. quam ibi Bal. num. 5. dicit ſingularem in l. 1. C. de falſ. cauſ. legat. adiect.

SINGV. CCCLXXXIX.

CONFESSIO ſine cauſa non valet, l. 2. §. circa, ff. de dol. exceptio. fallit niſi facta ſit in mortis articulo, gloſſ. eſt ſingularis in l. prima, in verbo apud iudicem in fine, ff. de intertog. actio. quam dixit Barbat. in rub. de fid. inſtrumen. columna tertia, Marſil. de fideiuſſ. ſub num. 43. Zeri·

SINGV. CCCXC.

OBTINENS aliquid a iudice per falſam ſcripturam incidit in crimen falſi, l. ſi autem, §. item ſi fundum, ff. de neg. geſt. vbi Caſtr. dicit illum tex. perpetuo notandum, ſingularem quoque dixit Roma. conſi. 446. in princip.

SINGV. CCCXCI.

IVDEX condemnans aliquem vti procuratorum ſimpliciter intelligitur procuratorio nomine gl. eſt parua, ſed valde notabilis in l. quacunque in gloſ. ſi. ff. de procura. quam ibi Alber. & Angel. dicunt valde ſingularem in l. 1. ff. ſi quis cautio. Bald. in l. 1. in fi. C. de ſentẽ. & interloc. omn. iud.

SINGV. CCCXCII.

CONIVNCTVS agens pro coniuncto non præiudicat ratihabitione non ſecuta, l. 3. §. quod ſi forte. ff. iudicat. ſolut. quod valde ſingularem dixit Bal. in l. 1. nu. 5. in fine, C. de procurat.

SINGV. CCCXCIII.

PATER legitimus adminiſtrator filij ex cauſa poteſt alienare bona ipſius filij ſine decreto iudicis dictum eſt ſingulare Azonis in ſumma in rubri. C. de bonis quȩ liber. numero vndecimo, verſ. & pro conſeruatione, quod dictũ non eſſe alibi dixit Iaco. in l. 1. numc. 5. C. ſi aduerſ. venditio. Aretin. in l. vltim. §. pupillus, ff. de verbo. obligat.

valde singulare dixit Bald. in l. prima, in princip. in l. si pupillorum, §. si pater, ff. de rebus eorum in l. cum emancipatis, C. de præd. minorum in l. præses, col. 1. C. de transaction. singulare quoque dixit in l. final. §. sin autem æs alienum, C. de bonis, quæ liber. in l. iusiurandum, quod ex conuentione, §. fina. ff. de iureiurand. in l. de re filiorum in 2. lectur. ff. de transactio. vbi dicit valde singulare in l. & si fine, §. quæsitum in 2. lectur. ff. de minor. in l. alias autem, colum. fi. ff. de iureiurand. in l. singularia, ff. si cert. pet. vbi appellat dictum aureum, idque expresse firmauit in Margarit. Innocentij in verbo alienatio, colum. 1. versic. alienatio necessaria, dicens hoc esse singulare, & iterum in verbo parentes colum. 1. versi. pater est legitimus administrator, Castren. num. 5. dicens id esse singulare, & menti tenendum Alexand. in fine, in d. l. præses, vbi Ias. in princip. dicit hanc esse communem opinionem, & temerarium esse ab ea in iudicando, & consulendo recedere Ias. ad l. filiusfamilias, num. 9. ff. qui satisd. cogantur, Roma. ad l. singularia, colum. 7. Ias. num. 19. ff. si cert. peta. valde singulare dixit Ioan. Igne. in l. 3. §. eleganter, num. 166. ad Turpilian. Benedic. in cap. Raynutius, in verbo duas, nume. 255. de testament. Tiraquel. in præfatio. l. si vnquam, num. 28. C. de reuoc. donati. Soc. consilio 66. visa donatione, columna vltim. versic. tertio, quia pater, libro 3. Dec. consil. 209. in casu proposito, num. 3. Paris. consi. 101. nume. 83. libro 5. Ruy. consil. 101. num. 2. lib. 5. Natt. consi. 179. num. 7. lib. 1. Alciat. responso. 358. vbi de commu. Crauett. consil. 74. num. 1. Roland. consi. 99. nu. 39. versi. vlterius, lib. 1. Hiero. Gabr. consilio 36. num. 31. lib. 1. Fabia. de emptio, & venditio. q. 5. principal. titul. de solemnitatibus in alienatio. minorũ, sub num. 98. fallent. 4. Caccialup. in tract. de transactio. q. 7. nume. 4. Petr. Loriott. de consanguini. Axiomat. 40. Alciat. regul. præsumpt. 2. nume. 6. Eman. Soarez, in addit. ad Gomes. de contract. cap. 14. litera A. dicens hanc esse communem opinionem. Ferdin. Loapez. in repet. l. filius familias, §. diui, num. 16. ff. de leg. 1. vbi licet istud dictum videatur prima facie durum, communiter tamen tenetur Pinell. in l. 1. par. 3. numero 21. vbi late, num. 29. & 64. C. de bon. matern. attestans nedum esse communem, sed secundũ eam vidisse iudicatũ, Couarr. variar. lib. 1. cap. 8. num. 6. dicens hanc esse communem opinionem, Ferdinand. Vasq. de success. Crat. titu. de testamẽ. . . sub num. 72. Extens. 15. & latissime, nume 8. lib. 1. Valent. Forestier. de success. ab intest. lib. 3. titu. de vsufr. perent. conclus. 3. limit. 1. Menoc. de arbitrar. cas. 171. nume. 54. Io. de Amo. de leg. 31. appellans dictum aureum illustre, & famosum, clement. de patr. potest. effect. 12. num. 9. Borgni de tutor. num. 291. Ioseph. de Ludouic. decisio. Perusi. 13. nume. 11. dicens esse communem sententiã.

Ampliatur hæc conclusio, & singulare dictũ etiam in episcopo, qui cũ sit pater pauperum, quasi legitimus administrator põt alienare res immobiles sine iudicis decreto, §. si quis in nomine Authen. de ecclesi. tit. Bal. in l. si prædia, ff. de reb. eorũ

Cuma.

Cuma.in l. 1. in princip. in l. si pupillorum, §. si pater, l. qui neque, ff. eodem Castr. in d.l. praeses, num. 5. vbi Ias. nu. 4.

Declaratur vno notabili modo nisi de his rebus, quas pater vult alienare esset ab homine prohibita alienatio, vt prohibitio hominis aliquid operetur, pater sine decreto alienare non poterit, pulchre Ferdin. Loapez, in repetitio. l. filius familias, §. diui, num. 16. ff. de lega. 1. commendat Simoncell. de decret. lib. 3. titu. 8. inspectio. 1. in fine.

SINGV. CCCXCIIII.

SENTENTIA condemnatoria lata contra dominum, omisso procuratore legitimato non tenet, l. 1. C. de senten. & interlocuto. omni iudic.

Ampliatur notabiliter etiam in sententia absolutoria, & fauorabili glos. singularis in l. si vero, §. maurus, ff. mandat. quam valde singularem dicit ibi Bald. num. 13. & alibi non reperiri.

SINGV. CCCXCV.

LIBERVM est cuique vendere rem propriam, nec cogitur vendere coniunctis, vel consortibus, l. dudum, C. de contr. emptio.

Fallit in casu, l. 1. ff. de priuileg. credit. vbi Albert. Angel. & Ripa dicunt esse casum valde singularem, & menti tenendum.

SINGV. CCCXCVI.

SOCIVS non potest disponere de re communi inuito socio l. si socius, vbi Ias. in 2. notabili, nu. 3. Dec. in primo notabili, nu. 2. ff. si cert. peta.

Fallit singulariter in fisco ex l. 2. C. de commu. rerum alienatio quã singularem dixit Abb. in capit. penult. num. 13. de re iudicat. Bart. in l. fi. sub nu. 2. C. si contra ius.

SINGV. CCCXCVII.

SOCIVS obligat consocium si contrahat nomine societatis, alias non, Bald. ad l. iure societatis, ff. pro soci. Cyn. ad l. cum te, C. si certum pet. inferens ex hoc, quod si est facta credentia vni ex socijs, non potest alter se excusare, dicendo, ego non teneor, quia non interfui. commendat pro valde notabili Angel. ad l. iustissime, §. 1. ff. de ędilit. edit. licet re vera ille tex. loquatur in casu speciali redhibitorię, dixit etiam valde notabile Bal. ad l. certum, nu. 8. C. famil. ercifcun.

SINGV. CCCXCVIII.

SOCIVS non omnium bonorum dando ad commune lucrum pecuniam communem, sub proprio, & particulari nomine, non tenetur fructus, vel lucrum cõmunicari, qui currit sortis periculũ textus est singularis in l. si vnus, §. 1. ff. de pact. quem valde singularem dixit Purpurat. consi. 71. num. 3. lib. 1. Senat. Pedemont. apud Thesaur. decisio. 136. col. fin. & quia durum videtur, vt quis lucretur ex re communi nullo communicato consocio, ob id Accursi. ibi dicit, quod tenetur consotio ad interesse iuxta solitum regionis, & potest

esse, quod a plus, vel minus, & ibi Bald. dicit, quòd ille, §. est val de notabilis in practica, & per eum decidit in facto, quod si duo erant in quibusdam socij, in quibusdam non, quod vnus lucratur ex aliquo suo particulari trafico, non tenetur communicare con socio, & dixit fortius per illum tex tum Pile. q. 109. quod si sunt duo socij vnius mercaturę tantum, si vnus remittit partem debiti, alter postea totum exigit, quod non tenetur communicare per illum tex tum, quem pariter reputat valde notabilem.

SINGV. CCCXCIX.

MANDATVM inter socios præsumitur durare, durante societate, & non vltra Bald. in l. heus socij, ff. pro soci, Ancar. consilio 394. num. 2. Castr. consil. 104. col. 1. libro 1. Mago. Rot. Floré. 57. numero 41. hinc dixit singulariter Castren. in l. 1. §. non autem, nume. 3. ff. de exercitor. quod si duo mercatores inierunt societatem ad inuicem, per quinquenniũ, elapso quinquennio, alter ex contractu alterius non obligatur, licet contrahentes ignorent finitam esse societaté, idé in l. sed & si pupillus, §. si conditio, ff. de tributar. dicens perpetuo notandum, & in facti contingentia cõsuluisse, & per excellentissimos viros fuisse approbatum, inferens ex hoc quod si quæratur an reuocatio mandati sit intimanda, vtique mandatum simpliciter, & indefinite factum si reuocetur intimandum, secus si ad tempus dicens perpetuo notandum.

SINGV. CCCC.

SOCIVS etiam finita societate potest perficere inchoata tempore pendentis societatis, text. est singularis in l. nam, & seruius, §. si viuo, ff. de negot. gest. quem valde singularem dixit Ias. consil. 100. in princip. lib. 4.

SINGV. CCCCI.

SOCIVS non potest facere pactum de non petendo, nec nouare in præiudicium socij, sed bene liberare per acceptilationem, Angel. dicens perpetuo notandum in l. si vnus, in princ. ff. de pact.

SINGV. CCCCII.

IN his, quæ sunt iuris, & facti simul, vel facti tantum, qui per alium facit, ipse non ficte, sed vere, & proprie facit, & agitur de acquirendo, l. certe, §. 1. ff. de precar. quam dixit singularem Butri. in c. cum venissent, num. 13. de restitut. spoliat. Bald. in l. vnica, §. ne autem, num. 19. C. de caduc. tollend. Ias. de action. in princip. in finalibus verbis. Additio ad Dyn. in reg. qui per alium litera C. Bal. in rub. C. de con trahen. emptio. quæst. 19. vbi declarat in constituto hoc verum tribus concurrentibus. 1. quod agatur rei vendicatione, sit habita saltem fides de precio, & constituens vere possideat, non simpliciter detineat, valde commendat Ferra. cautel. 48. col. 2. Alexan. consi. 14. in finalibus verbis, vol. 1. vbi dicit hanc esse cõmunem opinionem, consi. 25. in fi. vol. 3.

vol.3.consi.78.num.9.vol.4.consi. 92.col.2.vol.5.Paris.consil. 69.nu. 155.vol.3. Rui.consi. 53.nu.1.vol. 1.consi.121.num.6.eodem vol.vbi limitat,consi.180.num.16. consilio 184.num.7.in fine, volum.1.consil. 7.colum.penult.vol.3. Ias. ad l.quo tiens limitatio,5.num.14. C.de rei vendicatio. Vitel.ad clausul. constitut.in fine,Dec.consi.226.147.Ias. hoc valde commendans ad l. si is, qui pro emptore, numero 248. de vsucapio.

SINGV. CCCCIII.

IN retractione venditionis factę clerico, qui gabellam soluere non cogitur, potest per primum emptorem retineri, quantum potuisset cogi pro gabella licet eam non soluerit, dictum est singulare Cyni in l. vsque, C. de hęred.instit. dixit valde singulare Fabia. de emptio.& venditio.q. 8.principal.nu. 8.sed ibi Bald. non sequitur, quia sua non interest, nec potest petere, vt interesse, merito, &c.

SINGV. CCCCIIII.

EX contractu conditionali non transfertur possessio ante purificatam conditionem Alex.consilio 90.vol.5.consi.33.lib.6.

Limitatur singulariter, nisi incipiat a traditione, dictum est singulare Castrens.in l. secunda. C.de pactis inter empt. & vendit. vbi dixit valde singulare, & menti tenendum Deci.valde commendans, consilio centesimo septuagesimonono, in fine in l. traditionibus, numero sexto, in fine, C. de pact.dixi late in quæstionibus familiaribus, quæstione 3.

SINGV. CCCCV.

QVOD tibi non nocet, & alij prodest faciendum est. Hinc postea si commodaui tibi boues meos, qui culpa tua perierunt si peto precium, & tu offeras æque idoneos, debes audiri ne cogeris ad iustum precium, Imol. dicens singulare, & perpetuo notandum in cap.1.num. 28. de commoda.dicens sæpe in facto euenisse.

SINGV. CCCCVI.

EMPHYTEOTA si facit pactum de leuandis melioramentis in fine suæ conductionis, si velit leuare, & dominus offerat, quod ab alio habiturus erat, auditur, & impedit leuare singulariter Bald.in l.in fundo, in 3.notab.C.de rei vendicatio. commendat pro notabili Ias.in l.2. colum.9.num.32. C.de iur.emphyteotic. dicens quotidie in facto euenire.

SINGV. CCCCVII.

FAVORE Religionis licet domino fundi seruientis commutare viam in alium locum, l. secunda, §. penultimo, ff. de religios.& sumpt.funerum.

Ampliatur singulariter etiam in quacunque causa priuata, & non priuilegiata; gloss. est singularis, & peregrina secundum Bartol. & Castrens. ibi in l. si cui. in gloss. fin. ff. de seruitut. quam etiam singularem dixit in l. 1. §. fina. vbi Ias. nume. 8.

ff.de nou.oper.nunciatio. idem Ias. in l.si ex toto,§. fi.num. 26.ff.de legat.1.Veronens. de seruitut. rustic. pręd.cap. 1. numero7. Vas.lib.1.respons.cap. 10. Ripa in l. 1.num.45. ff. solut. matrimo. & hęc est communis opinio Socini consi. 141. num.4.lib.1.

Declarando, dummodo non tractet de lucro captando, sed de damno vitando, & reducendo rem in pristinum statum, Ias. in l.2. num. 33.circa medium, ff.solut.matrim. pulchre exemplificans Bald. Nouell.de dot.part.8.priuileg. 27.Couar.vari.resolut. lib. 3. cap.8. versi. item communis.

SINGV. CCCCVIII.

NON omne, quod illicitum est debitum est, & pœnam meretur, sed quod lex delictum declarauit.tex.est singularis in l. at si quis,§.diuus Marcus, ff.de religios. & sumpt. funerum. quem singularem dixit Bald.consil. 115.in fine,libro 1.in l.3. C. de sacros. eccles. Ias. in l.cum quidam,nume 9.de libert. & posthum. Tiraquell. de leg.connub.glos.9.nu.2.

Quod facit contra iudices, omne dummodo illicitum punientes, nam non possunt nisi lex declarauerit esse delictum punibile.

SINGV. CCCCIX.

LEX, vel constitutio,quę alias ex idemptitate rationis veniret extendenda, non extenditur ratione pœnę, dictum est singulare Ioan.Andr. in cap. dispendia de rescript. libro 6. vbi Geminia. valde commendat, & dicit corde tenendum; singulare quoque dixit Imola in cap.final. columna quinta, de rescrip. Abb.in prooem.de vsu.col.5. in cap.primo,de locat. Butr.in cap. final.columna decimatertia, de consuetudin. Ias.in l. cum quidam, nu. 9.ff.de liber.& posthum.

SINGV. CCCCX.

DECLARATIO trahitur ad præterita,§.fi.de filijs ante dotal.instrument.confect.in Authen.gloss.fi.in princip. super Data.senti.tex.in Authen.de rapt.virgin. in princip. Bald. in l. non dubium,col. 2.C.de legib.

Fallit singulariter si lex declaratoria imponat pœnam de nouo, nã respectu pœnę non trahitur ad præterita, gloss. notabilis in clem. 1. in verbo de cætero, de vsur. libro sexto, quam ibi Cardin. columna 2. reputat valde notabilem, & singularem Abb.in cap.cum tu,de vsur.in cap.cum causam,in vltimo notabili,de Simon.in cap.1. ne prælat.vices suas.

SINGV. CCCCXI.

QVANDO possessor ab initio fuit bonæ fidei, postea contrectando non committit furtum, licet cęperit habere scientiam rei alienæ, & possessionem mala fide,& sic vsucapi potest, gloss. est singularis in l. ita si res,ff. de alienat. iudic. mutand. caus.fact. quam ibi Bar. dicit esse mirabilem, valde notabilem quoque dixit Bal. in l. alienum seruum, C.de furt.

SIN-

SINGV. CCCCXII.

CONSVETVDO excusat a pœna in contractibus vsurarijs,& illicitis,secus à nullitate contractus, & a restitutione pecuniæ īdebite acceptæ,textus est valde nōtabilis secundum Bart.ibi in l. quis sit fugitiuus §.apud Labeonem,vbi Veronen. nu.4. dicit illum textum notabilem pro mercatoribus, qui faciunt multos contractus vsurarios, nam si in ea regione, vel loco frequententur, excusantur ff.de ędi lit.edic.idem Veron.de simulat.contract. in princ.versic. contrariū est, dixi late quæstione 13. vbi videre placeat.

SINGVL. CCCCXIII.

QVANDO in instrumento est pactum precarij, cum pacto de capiendo prout communiter in instrumentis fieri solet, potest fieri executio contra tertium etiam non citatum, & negocio etiam non liquidato. dictum est mirabile Aretin. consil.21. nu 4.& 5.quod admirabile,& nunquā obliuiscendum dixit Maran.in Specul.par.6.membr.1.in verbo executio.num.33.dicens quod multi contrarium responderunt.Socin.consi. 82.num.8.lib.3.Bero.consi.42.sub num.23.lib.3.Salic.ad l.creditores quæst.8.C.de Pignor.Neguſ. de pignor.in 4.part.nu.20.versic.octaua conclusio.& num.21. versic.quando tamen.Tiraquel.de constit. par. 2.num.43.Neuiz.consil.82.nu.15. Silu.cōsi.55.in fine.Plot.ad l.si quādo num.186. C.vnde vi secundum primam Gozad.consi.42.numero 6. Afflict.in constit.pacis Cultum.numero 27. attestans In regno obseruari,Decisio.Neapolitan.69.num. 31.Corne.consil.280. col.3. volu.3. Grat.consil.68. colum. 2. volum. 1. Vital.in tract.clausu.constitu.versi. & not. diligenter, Menoch. de adipiscend.remed.5.nume.140. & hæc

* est magis communis opinio Anto. Gabr.de acquiren.possessio.conclu. 8.numero 18.

Limitatur hæc conclusio, vt vera sit in constituto, secus in simplici precario Alexand. Striat.in pract. iudiciar.cap.11.num.26. & 27. Sebastian.Scacc.in sua practi. cap 62. sub num.24.versic. contrariam sententiam.

Fortasse hoc declarandum videtur,in ciuili possessione, quæ requiescebat super naturali ipsius debitoris,alias non Alexand.consi.153. numero 9. volum.6. Bertrand.consil.28 num.6.volum.2 capit.conciliando opiniones decisio. 69. num. 27. Afflict.in constitutio.pacis cultum num.21.limit.4. Vital.in clausul.constitut.colum.4.versicu.item clausula ista.Ripa in rubr. de interdict.sub numero 14. communem asserit Scitell.ad l.Celsus num. 13. ff.

Limitatur singulariter, nisi assessor haberet instrumentum doctoratus de aliquo studio generali, quo casu potestas excusatur, ita singulariter Salyc. in l. fi. C. de pœna. iudic. qui male iudican. Quod dictum singulare reputant Alex. & Ias. in d. l. 2. vbi Alex. num. 9. Ias. sub num. 4. in 2. limitatio. & subdit Alex. vnũ aliud etiam valde notabile in practica, quod licet non sit doctoratus, tamen in similibus officijs exercitatus sit, & hoc sufficit ad excusandũ, idem Alex. consi. 64. col. 2. vol. 1. di-

tens multum vtile in practica, & sæpissime occurrere. subdeclarantur ista omnia in potestate imperito, & idiota, secus si ipse sit legum doctor, & peritus, quia non excusatur, ita sublimitat Dec. consi. 8. nu. 5. dicens bene notandum.

SINGV. DV.

EXTORQVERI dicitur, qui per importunitatem, & nimijs suasionibus aliquid consequitur, glos. singul. in cap. 1 in verbo extorsit circa principium de religiosis domibus, lib. 4. quam singularem dixit Ias. in l. eius qui in prouincia, nu. 4. ff. si cert. pet.

Addo vltra eum glos. singularē secundum Bald. & Bologni. ibi in l. 1. in verbo extorta, C. ne filius pro patr. vbi Bal. nu. 1. dicit eam valde menti tenendam, vt seductus ad soluendum habeat conditionem indebiti.

Et dolosa persuasio est plus, quā violenta coactio, l. 3. §. si quis volentem, ff. de liber. homin. exhibend. l. 1. §. persuadere, ff. de seruo corrupt. vnde l. 1. C. de rapt. virgin. procedit etiam contra persuadentem Marsil. consilio 61. nume. 21. de magis communi Mascard. in verbo violentia, num. 33.

SINGV. DVI.

CONSENSVS præstitus in principali sufficit in accessorijs, glo. notabilis secundum Bart. ibi in l. 3. §. sed verum in verbo inuito in secunda solutio. ff. de minor. quam singularem etiam dixit Ias. in l. 1. §. item acquirimus, nume. 7. ff. de acqui. possessio. Bald. in l. fina. §. sin autem col. 2. C. de bonis, quæ liber. Soc. consi. 82. col. 2. in fine, libro 3. Crauet. in libel. de indennit. mulierum, nu. 43.

SINGV. DVII.

CONFESSIO iudicialis facta colore iracundię non valet: glo. singularis in cap. ex literis in verbo admonita de diuort. quam singularem dixit Butr. in cap. olim de rescript. notabilem dixit Panor. in cap. at si clerici, col. 6. in 3. limitatio. de iudic. in cap. vltimo, col. 4. versicul. nota vnum casum de confess. in cap. cum venerabilis, col. 3. versicu. nota vnum casum de exceptio. in cap. cum olim, col. 2. de priuileg. dicens eam alibi nescire, in cap. si vero, colum. 6. de iureiurand. in cap. dudum, col. 2. de conuers. cōiugat. Dec. in l. quidquid colore, nume. 7. de reg. iuris.

SINGV. DVIII.

STATVTVM si dat certā formam gerendis in consilio, si aliter per concilium fiat, nihilominus actus valet, & substinetur, dictum est singulare Bald. in l. vniuersis, in fine, C. de precibus imperato. offerend. idem scribit Bald. in l. 1. col. 5. versic. vnde hic quæro, ff. de legibus loquendo in fortioribus terminis, quando est opposita clausula annullatiua: quod dictum singulare dixit Castrens. in d. vniuersis, & in l. 1. in princ. ff. de constit. princip. in l. 1. ff. ad l. Falcid. singulare dixit Ias. in l. 1. col. 4. versi. sexto facit, ff. de liber. & posthum. valde singulare dixit

Fely.

Fely.in cap. cum dilecta, col.20.in prima fallentia de rescript.in cap.1. colum.in fine de maiorit. & obedientia.

Declaratur id esse verum duobus concurrentibus, vel quod non sit apposita in statuto clausula annullatiua, sed statutum simpliciter disponat, vel quod actui derogato fuerint præsentes omnes de concilio Dec.consi.10. & consi.129.columna 2. dicens hoc singulariter notandum.

SINGV. DIX.

NON est parendum principis rescripto, quando continet duriorem pœnam, quam patiatur delictum, l. si vendicare. C. de pœnis, vbi supersedendum pro triginta dies, quæ lex fuit a Theodosio Imperatore ad instantiam diui Ambrosij, vt relatum est in cano. cum apud 11.quæst.3. quem textum dicit pingend. auro Martin.Laudens. in tract.de princip. titu.de consilia. princip. cap. 6.solemnem dixit Ias. ad l. debitoribus, colum. 3. in fine, versi.secundo,quando,ff.de re iudicat. aureum dixit idem Ias. in repetitio.l.1.in 2.notab. C. de sum.Trinit. & fide catholic. in l.puniri,col. fina.C.si contra ius,vel vtilit.publi. Marsil.in l.1.§.fin.col.15.ff.de quæstion. Felyn.in cap.si quando,col.2. de rescrip.in cap.iurisgentium,col. 2.in cap.in causis,col.2.de re iudic. late commendat Crauett.consilio 319.col.13.vers. quarto respondeo Neuiz.silua nuptia. lib.6.num.49. Grammatic.consil.46.num. 38. & 39. vbi ampliat ad Papam si aliquid irrationabile committit, vt seruetur forma dictę legis, & iterum uoto 32.Cagno.ad l.quidquid Calon. num.12.ff. de regul. Menoc.dicens casum egregium, & semper memorię commendandum de arbitra. cas. 334.num.5.pulchre Cuiacc. lib.5. Emendatio iuris,cap.9. qui conciliat cum l.2.ff.de custo.reorum.

SINGV. DX.

DE natura exceptionis, vt fit de primeuo corpore dispositionis,& probat cõtrarium eius,quod est in pręcedenti dispositione.dictũ est elegans Bal.in l.in his,ff.de legibus, quam vti pulchram commendat Curt.sen.consi.65.col.3.laudat Ripa lib.1.responsorum cap. 6.nu. 6.Cagnol.ad l.1.sub num.28. ff. de regu.iuris.

SINGV. DXI.

IVDEX non potest scribere acta cap. quoniam contra de probation.

Limitatur singulariter,nisi consuetudo sit in contrarium.Barto.in l.si seruus communis, ff. de stipul. seru. quod valde singulare reputauit Abb.ad limitationem dicti cap. in cap.cum dilectus, col. 2. num.1. de fid.instrument,vbi idem si sit notarius,vel in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, vel in causis paruis.

SINGV. DXII.

MVLIER licet ex forma statuti prohibeatur contrahere sine certa solemnitate,tamen ea solemnitate omissa poterit esse

procuratrix

procuratrix ad negotia Angel. dicens notabile,& Florentię obtinuisse ad l.quamuis, vbi Alex.ad l.si colonus,num. 5.ff. de acq.possess.asserentes, quod non obligatur ex se, sed mandatum subsistit,vt ei soluendo quis liberetur.commendat pro notabili Dec. in l.fœminæ,nu. 14. ff.de reg.iur.

Additur aliud simile notabile, quod potest esse procuratrix ad recipiendum fideicommissum, l.mulier, ff.ad Trebellian. vbi Castrens. in l.quamuis num. 2.ampliat.vt iudicialiter cogere possit ad adeundũ per regulam consequentis subdẽs, quod fœmina potest esse procuratrix in iudicio summario,secus ordinario,& ibi Alex §.nihil,num.2. dicit valde notabile,sed verum quã do non habeat alias personas habiles.

SINGV. DXIII.

LEX positiua,& præceptiua nõ obligat ad peccatum si nõ fuit vsu recepta, vel si indesuetudinem abijt, Abb. dicens perpetuo notandum in cap. 1. numero 4. de tregu. & pac.

Declarando,vt ibi per eum,quæ consuetudo si introducatur sciente superiore sufficiat binus actus, ignorante vero superiore, requiritur spatium quadraginta annorum & rationabilis causa.

Declaratur secundo, vt donec consuetudo est in fieri contrafaciẽtes peccant non data rationabili causa post consuetudinem legitime præscriptam non peccant Alexander consilio centesimotrigesimosecundo,fol.1.

SINGV. DXIIII.

SI deposiui penes te decem saccos frumenti, vt de eis vti emphyteota soluerẽ canonem si repetij,& tu recusasti,& ex hoc amisi bona emphyteota ad interesse amissionis depositarium conuenire non potero, quia in grano,& similibus non venit interesse extrinsecum. Ias. dicens mirabile in l. nummis, num 4. ff. de in litem iurand. commendat Rebuff. ad l. vnic. in gloss. dupli,num. 20. C.de senten.quę sine cert.quantit.profer.

SINGV. DXV.

DELICTVM de recenti cõmissum grauius punitur quã si multos iam annos, l. si quis diutino,ff.de pœnis, quam ita interpretatur Accur. ibi in vltima lectura, quam singularem, & digito ligandam pro liberando amico a morte dixit Roch.de Curt. in cap.fi.col.4. versic. ex quo infero de consuetud. Didac.var.resolutio.libro 2. cap.9. sub num.3. versi. & quibus Alciat. in cap.cum non ab homine, nume. 38. de iudic. vbi vult esse elapsos saltem decem annos,vt dicatur delictum diu commissum.

Licet re uera reatus ibi non capiatur pro crimine, sed pro statu reorum dum custodiuntur, causa pendente Coras.lib. 2. miscella,capi. 20.qui licet ibi derideat, Accur. tamen non meretur, quia ibi in 4. lectura hoc sentit,& illud idẽ quod explicat Corasi. in loco citato sentit Alciat. libro secundo,parergon. cap.10.

SIN-

SINGV. DXVI.

IVDEX maior prout episcopus dispensare potest, cum teste criminoso, vt admittatur ad testimonium. dictum est singulare Innoc. in cap. cum te de re iudicat. quod dictum admirabile dixit Areti in capitu. primo, columna septima, de re iudi. accusatio singulare dixit Marsil. consilio trigesimonono, numero vigesimoprimo.

SINGV. DXVII.

SILENTIVM filij, vel filiæ propter patris reuerentiam reputatur contradictio gloss. singularis in l. prima, §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non detur, quam ad hoc dixit singularem Bal. in l. prima, in vltim. columna, C. de bon. mater. notabilem dixit Ias. in §. quadrupli, numero 64. instit. de actio. Roderic. allegat. 24. Menoch. libro 3. presumpt. 127. Viui. in silua opinio 165.

SINGV. DXVIII.

METVS semel a marito vxori illatus præsumitur durare durante matrimonio Bart. in l. penult. circa finem, ff. de condictio. ob turpem causam dixit singulare Ias. in §. quadrupli, sub numero 66. instit. de actio.

SINGV. DXIX.

IMPORTVNÆ preces mariti, habentur loco minarum dictum est singulare Innoc. in cap. petitio, de iureiurand. dixit valde singulare Ias. in §. quadrupli, nu 66 in stit. de actionibus Afflict. decis. 69. Didac. in epitom. de sponsal. part. 2. cap. 3. §. 6. in fine, Menoch. de præsumpt. lib. 3. presump. 127. nu. 12.

SINGV. DXX.

REFERAM aliqua singularia dicta in materia, interesse. actor enim qui in genere petit interesse, tenetur postea in processu probare ipsius qualitatem, gloss. reputata singul. in l. 1. §. si quis argentum, ff. deposit. Rofred. in libell. de eo per quem factum erit versicu. in hoc autem Inno. in cap. cum dilectus, col. 1. de ordin. cognitio. commendat Angel. de malefi. in verbo, & ad hoc colloquium vers. quid autem si accusator, reputat in practica valde notabile Ias. in §. sed iste, num. 73. de action.

Et si non probaretur interesse per teste posset iudex ex officio alios examinare super qualitate, vel duobus committere, vt certum reddatur, vel ipse posset ex officio extimare, hoc est notabile dictum Bart. in l. si quod ex Pamphila, ff. de legat. 2. in l. semper, §. in hoc interdicto, ff. quod vi, aut clam. commendat Bald. in l. si traditio. C. de actio. empt. dixit singulare Vincen. Herculan. ad l. pretia vnum, col 9. ff. ad l. Falcidiam.

Et si non daretur tempus ad liquidand. interesse ex periculo lapsus instantiæ posset in genere condemnare ad interesse, & in executione liquidare Bart. Bald. & alij in l. secunda, C. de rescindenda vendi-tione.

Et male faceret iudex, absoluere reum, quia non est liquidatum interesse Soci. dicens perpetuo notandum in capit. dilecta, col. 2. de foro competen. & perpetuo notandum dicit Alex. ad Bart. in d. l. si quod, & Pamphila singularissimum in practica dixit Rebuff. ad l. vnic. super glos. 1. numero 40. cum seq. vbi valde exclamat.

SINGV. DXXI.

SVNT duo casus singulares in quibus Trebellianica non detrahitur, Primus est, quando hæres est institutus non sua contemplatione, sed fideicommissarij, l. in fideicommissi, §. cum Pollidius, & ibi not. Cyn. ff. de vsur.

Secundus casus, vbi quis tenetur restituere ex contractu, l. quidam cum filium, ff de hæred. instituend. & hos duos casus dixit valde singulares, & perpetuo cordi figend. Bald. in rub. C. de his, quæ in fraud. credit. in fine, & in cõtractu, vel in pacto dotali, quod non detrahatur tenet post multos citatos Benugari. ad l. in quartam nu. 239. ff. ad l. Falcid. Petra de fideicommis. q. 15. sub nu. 204.

SINGV. DXXII.

RECIPIENS aliquem sub protectione sua non tenetur eum defendere nisi cum iniuste grauatur gl. notab. lis in cap. 1. de treg. & pace. vbi Abb. in vltimo notab. valde commendat: valde etiam commendat Ias. ad l. qui seruum prope finem, ff. de verborum significationibus.

Limitatur etiam singulariter, nisi adiuuaret ad eius defensionem quo casu licet iuste grauetur, defenditur per text. quem ibi Bald. dicit admirabilem, & aliter defendi non posse in cap. 1. in princip. in titu. hic finit lex deinde incipit consuetud. vbi Bald. col. 2.

SINGV. DXXIII.

VASALLVS tenetur defendere dominum se iniuste defendentem, Bald. dicens esse casum mirabilem in cap. 1. numero 6. versic. est & tertius casus. in titul. hic finitur lex incipiunt consuetu. vbi dicit, quod durities feudorum hoc disponit, & quod fuerunt duo pecora compilatores, qui talem casum apposuerunt, dixit etiam casum admirabilem Ias. ad l. qui seruum prope finem, ff. de verb. oblig. sed Aluarott. in dicto loco, numero 6. & Afflict. in 3. notabili contrarium verius affirmat inspecto iure diuino, & canonico.

SINGVL. DXXIIII.

DECLARATIO semel tantum fieri debet, & non plus. gloss. est singularis in l. quidquid astringendę in verbo per promissorem, ff. de verborum obligationibus, vbi Barto. dicit esse casum singularem, & alibi nescire, vbi Ias. numero octauo, idem exclamat Angel. in l. si quis intentione ambigua, columna prima, ff. de iudic. singularem quoque dixit idem Ias. ad l. ędita notabil. 5. sub num. 8. C. de edend.

SIN-

SINGV. DXXV.

SI testis statim, & incontinenti examinatus vadat ad notarium, & faciat sibi legi dictum suum, & dicat non deposui sic, non potest mutare notarius ex se sine mandato iudicis, dictum est singul. Bal. in cap. præterea, columna penultima, de testibus cogend. quod valde singulare dixit Ias. ad l. quidquid. astringendæ, sub numero decimo, ff. de verbo. obligatio.

SINGV. DXXVI.

CONFESSIO dicitur incontinenti reuocata antequam in scriptis sit redacta gl. solemnis in cano. apud misericordem 32. quæstione prima, quam valde singularem dixit Ias. ad l. quidquid astringendæ, sub numero decimo, ff. de verborum obliga. l. Tiraquell. de retract. conuentional. §. primo, gloss. 5. numero decimotertio, post multos, quos allegat.

SINGV. DXXVII.

VESTES pretiosæ, Zonę, & similia, data per virum, vel eius patrem, vxori, non censentur donata, sed ad simplicem tantum vsum concessa, vnde viro mortuo, sunt eius hæredibus restituenda, dictum est singulare Bartol. in l. prima, §. nec Castrense, numero decimo, versicu. & ideo puto, ff. soluto matrimonio, vbi ampliat etiam si apponatur verbum dono, quia [illegible]

improprîatur dixit singulare Bald. in Authenti. ex testamento, numero nono, versic. duodecimum, C. de collatio. dixit solemne Ioan. Lup. ad rubr. de donatio. inter virum, & vxorem, iuxta principium versic. intellige hoc fol. 6. communiter receptum Iul. Clar. §. donatio. quęst. 10. in fine.

SINGV. DXXVIII.

NOTARIVS negans se de aliquo instrumento rogatum tenetur pœna falsi, l. eum qui, & ibi not. Bald. C. de fals.

Limitatur singulariter nisi esset elapsum tam longum tempus, ex quo verisimiliter præsumi posset obliuio Ioan. Andr. ad Specul. de instrument. ędition. §. instrumentum, in princip. dixit valde singulare Ias. in l. qui accusari, numero 4. C. de edend.

SINGV. DXXIX.

SI testator in principio testamenti facit mentionem de filio cum qualitate masculinitatis, in alijs simpliciter loquendo, semper subintelligitur de masculis, & hæc qualitas semper intelligitur repetita, dictum est singulare Abba. consilio trigesimooctauo, columna vltima, volumine primo, quod singulare, & sæpius in facto habuisse dicit Iason ad l. qui filiabus, numero tertio, ff. de legat. primo.

SINGV. DXXX.

PROMISSIO nuda, quæ reperitur in libro mercatoris suppletur a causa, quæ colligitur in libris, & partitis præcedentibus dictum est singul. Ioan. Andr. in rubri. de deposit. quod dixit valde singulare Ias. ad l. filiabus sub numero quarto, versicu. quinto, &c. ff. de legat. primo, in l. triticum, numero 6. de verb. obliga.

SINGV. DXXXI.

PROCVRATOR ad emendum constitutus, simpliciter emendo a non domino, vsucapit sibi, sed domino volenti restituere tenetur actione mandati, l. pignor. §. fina. ff. de vsucap. vbi Bart. Ang. & Castrens. dicunt esse pulcherrimum casum, & bene notandum, & sic scientia rei alienæ non impedit vsucapionem.

SINGV. DXXXII.

INSTRVMENTA de iure communi non habent executionem paratam, l. minor viginti quinque annis, cui fideicommissum ff. de minor.

Fallit singulariter pro exactione legatorum, & fideicommissorum, textus est singularis in §. illud, & ibi not. Angel. numero quingentesimoseptimo, Authentic. de hæred. & Falcid. dixit singulare, & quotidianum Ias. in l. finali, numero sexto, versicu. tertius casus, vbi Alex. numero 3. C. de edict. diui Adria. tollend. in l. pactum inter hæredem, numero 6. ff. de pact. dicens alibi non reperiri. Dec. in l. in testamentis, numero 6. vbi Cagnol. numero 8. ff. de regu. iur. Alciat. valde commendans in l. pecuniæ, §. actionis, numero decimo, ff. de regu. iur. Socin. consilio 103. in princip. libro tertio, Natt. consilio 206. numero quarto, libro primo, consil. 626. numero vigesimoquinto, libro tertio, decisio Perusin. 23. numero decimo.

SINGV. DXXXIII.

IDEM est dicere summa pecuniæ, & quantitas pecuniæ, Alberic. dicens valde notandum ad l. quisquis, ff. de legat. 3.

SINGV. DXXXIIII.

SI diuersa iura diuersimode in materia loquantur, quod vtriusque iuris dispositio in ea materia vendicat locum, & secundum vtriusque iuris dispositionem illa materia est intelligenda, gloss. singul. in cano. fraternitas distinct. trigesimaquarta, quam singularem dixit Roman. consilio centesimoquarto, columna secunda, numero primo, in fine versi. secundo per id quod &c. [illegible]

SINGV. DXXXV.

SI statuta, vel bannimenta diuersimode in aliqua materia loquantur, recurrendum ad dispositionem magis plene loquentem pulchre Bal. per illum tex. & ibi sentit Accursi. in l. si ita scriptum, [illegible] ff. de [illegible]

ff. de hæred. instituend. appellauit dictum elegans, & singul. Roma. consilio centesimoquarto, numero 3. in fine.

SINGV. DXXXVI.

PER contractum præcedenté melius probatur simulatio contractus subsequentis, l. 4. §. si ab ignoto, ff. de manumiss. vbi Bart. & Butrigar. dicunt esse casum singularem; singulare quoque dixit Bald. in rubrica, de pactis, numero duodecimo.

SINGV. DXXXVII.

CASVS est frequens, & tota die contingit in facto, requiro te, vt emas domum pro me, tu dicis, da pecuniam, ego non dedi tibi ita cito, tu emisti, tuo nomine, quod lex præsumit de mea pecunia emptam, stante requisitione ab initio facta, inde probata requisitione, non nocebit emptio facta a requisito nomine proprio. Barto!. in l. quarta, §. seu, versic. vnde quæri. ff. de manumission.

Et in dubio præsumitur factum animo exequendi mandatum Bal. dicens valde notabile in l. si literas, in fine, C. mandat.

Etiam si ex interuallo faciat, Bar. in l. non solum, §. si mãdato, numero duodecimo, ff. de iniurijs. Monticel. regul. septima, numero octuagesimoprimo.

Et fructus, quos recipit emptor, facit suos donec pretium soluatur Bald. in rubrica, C. de contrahend. emptio. quæstione decimaquinta numero decimoquinto.

SINGV. DXXXVIII.

ADHIBENS Monacum ad emendum, potest cogere Monasterium ad cedendum iura, nec est damnum Ecclesiæ. Bartol. dicens perpetuo notandũ in l. quarta, §. siue autem, ff. de manumission.

Ampliatur idem contra pupillum; Bald. dicens perpetuo notandum in l. prima, numero vigesimo, C. si seruus ext.

SINGV. DXXXIX.

VENDITIO non potest dici imaginaria ex post facto, Bald. hoc valde commendans in l. primo, numero vigesimo, C. si seru. exter.

SINGV. DXL.

EX SOLA impetratione rescripti non acquiritur ius alteri parti, vt eius retorcutione vti possit, Butr. & Abb. in capit. ex literis, de fide instrument. in capit. ex conquestione, de restitutio. spoliatorum, Bald. in l. postquam lit. in vltima columna, C. de pact. in l. prima, C. vt lite pendent. in l. mandatum, in penultima columna, C. mandat. in l. falsibus, columna septima, C. de furtis, in l. finali, de constitutione Principum, in l. petendę, columna secunda, C. de tempo. in integrum restitutio.

Limitatur singulariter in impetrante ius iniquum, vel ius nouum, quia statim acquirit ius parti, etiam si pœniteat, & eo amplius vti nolit, Bald. dicens notabilissimum in l. 3. §. 1. ff. quod quisque iuris, vbi Ias. numero 12. versicu. nota istam infert. in practica, quod si obtinui commissionem, vel rescriptum, vt causa cognoscatur summarie, acquiritur aduersario ius, etiã si eo amplius vti nolit, dicens pariter valde notabile.

SINGVL. DXLI.

ARBITER, vel arbitrator potest pronuntiare super expensis, & fructibus, licet de eis nihil fuerit dictum. est singulare dictum Bal. in l. 1. colum. 1. C si a non competent. iudic, quod valde singulare dixit Ias. in l. cum Aquiliana, colum. 2. versicu. secundo per hunc tex. C. de transactio.

SINGV. DXLII.

PRODVCENS testes de credulitate, videtur eos approbari, Roma. consi. 104. quod dictum singulare reputauit Ias. consilio 57. colum. 4. libro 1. Crauett. consilio 201. num. 7.

Quod verum est, si producat dictum testis iam publicatum, & sibi notum, & hoc casu non probat nisi quatenus de iure, ita vt productio non alterat iuris intellectum, Bursatt. consilio 58. numero 15. Ioseph. de Ludouic. conclusio. 70. vnde si concurrerint duo specialia in dicto teste pro me producto, puta, quod esset vnicus, & de auditu, vel de credulitate, & de audito, mihi non obstabit, quia ista productio reducitur ad iuris intellectum, Thob. consilio vigesimoquarto, numero vigesimoquinto, Rimina. iuni. consilio 60. Borgni. decisio. duodecima, numero 40. cum sequent. part. prima, Paleott. decisione decimasexta, Granut. Theorema. 20. numero nono.

SINGV. DXLIII.

TESTI de infamia obijci non potest, si a partibus est rogatus, vel approbatus, gloss. singularis in §. & licet, in verbo supplicijs Authentic. de testibus, quam singularem, & alibi non reperiri dixit Bald. in cap. in nomine, numero 3. de testibus. singularem quoque dixit Rebuff. de reprobatio. testium, sub numero ducentesimouigesimo tertio, versic. item quando notabilem dixit Campeg. de testibus. regul. vigesimanona, limit. decima, & regul. 293. ampliat. 3.

Declara hoc verum, data scientia infamię in approbante alias nõ, Angel. in l. prima, numero tertio, C. de testim. dixit singul. Cępoll. caut. ducentesimauigesimaseptima, in fine, dicens in facto habuisse.

SINGVL. DXLIIII.

RECIPIENS in pignus rem furatam, non tenetur restituere nisi restituto pretio soluto pignoranti, l. seruus cuiusdam, ff de condictio. indebit. vbi limitat verum si ignoranter, secus si scienter, quia sibi imputat, & turpiter recepit, & ibi Castrens. quem sequitur

tùr Iaſ.dicit eſſe caſum notabilem, & ſingularem, perpetuoque menti tenendum, contra famulos ſurripientes dominis, & poſtea pignorantes, quod fenerator tenetur reſtituere veſtes pignoratas, reſtituto tamen pretio, ſi ignoranter fecit, ſecus ſi ſcienter. addo Ioã. de Anan. conſilio ſeptuageſimo, vbi bene loquitur Aufrer. ad Tholoſen. 151.

SINGV. DXLV.

SI Maritus in inſtrumento confeſſus eſt recepiſſe dotem, nec in inſtrumento apparet promiſſio de ea reſtituenda in caſu reſtitutionis, tamen ſubintelligitur, & ex ea poteſt agi executiue ſicut ſi expreſſa eſſet, Bald. dicens perpetuo notandum in l. vnic. § ſed vt plenius. C. de rei vxor. actio. dicens pluries in facto habuiſſe. commendat pro valde ſingulari Gramat. deciſio. centeſimaſecunda, numero decimoquarto.

SINGV. DXLVI.

OBLIGATVS ad retrouendendum, ſi ſunt duo, quibus ſit retrouendendum, non auditur vnus volens redimere totum, niſi conſtet de recuſatione alterius conſocij, dictum eſt ſingulare Obert. de Cremona. in l. ſi legato, § ſi Stichus, de manumiſſ. teſtament. quod valde ſingulare dixit Firmia. in verbo emptor retrouendens, verſicu. tertio, & in verbo obligatus, ſub numero centeſimouigeſimo, dicẽs ita Senis iudicaſſe, & dictum Dominum Obertum fuiſſe primũ, qui legit in ſtudio Peruſino.

SINGV. DXLVII.

EXECVTIO legati pij eſt mixta fori, & ideo ſpectat etiã ad iudicem laicum, l. hæreditas in fine, ff. de petitio. hæredit. vbi Caſtrenſ. & Alberic. ampliant etiam nomine petent. & ex mero iudicis officio etiam & minus ſolemni teſtamenti, vbi Alberic. dicit, quod ille textus totadie allegatur ad hoc, & ſingularem dixerunt Barbat. & Didac. in capitulo hęredes, de teſtament.

Declaratur ſingulariter, vt ſi agatur coram eccleſiaſtico, procedetur ſummarie, & de plano, ſi coram laico, via, & modo ordinario, dictum eſt ſingulare Ioan. Andr. in Clemen. diſpendioſam, de iudic. quam perpetuo menti tenendam dixit Angel. in dicta l. hęreditas, numero 3. in fine.

SINGV. DXLVIII.

OFFICIVM iudicis competit pro equo, pœnes alium reperto, licet non probem, nec de dominio, vel quaſi, ſed de poſſeſſione tantum, item pro vſu aquæ, quẽ habebam, ſed non iure ſeruitutis, l. de vſu, ff. de var. & extraord. cognitio. quam ſingularem, & menti tenendam dixit ibi Bart. Guid. Pap. quæſtione trigenteſimaſexageſima ſecunda, & etiam notabilis ille textus in fine, quando ad munimen ciuitatis tranſmittuntur milites, nõ debet fieri ęqua diſtributio, alias datur iudicis officium.

SINGV. DXLIX.

LEGANS vxori omnes pannos lini,& lunæ, non videtur legaſſe venales pediculis, §. item cum quæreretur, ff.de aur.& argen. legat.per quem textum ita in facti contingentia reſpondit Barto. in l. diuus, ff.de bonis damnat.quod dictum reputauit ſingulare Iaſ. in l. prima, numero primo,C.de verbo. ſignifica.

Idem de equis legatis, dixit ibi Caſtr.ex text. notab. in l. ſeruos,§. fina.ff.de legat. 3. Didac.var.reſolutio.lib.2.cap. 5.verſic ſecunda concluſio.Men .lib.4.præſumpt.137. in primo caſu.Petr. Pecch. libro 5. cap.27.

Et venales dicuntur omnes,quæ non ſunt ad vſum, l. cum quæreretur.§.luna, ff.de legat.3. vbi Bart.& Alberic.ſufficere dicunt eſſe parata ad vſum pro vno anno tantum, pulchre Hiero.Gabr.conſilio 98 num. 36.libro 1.

SINGV. DL.

HABENS duas voces,vnam nomine proprio, & vnam nomine alieno,non poteſt eas diuidere dando vni vnam,& alteri alteram,tex.eſt ſingu.in cap.ſi quis iuxta,§.porro,de electio.lib.6.dixit perpetuo notandum Alex.ad Barto in l.ſi conuenerit, §.ſi vnda, ff.de pign. actio.

SINGV. DLI.

SENTENTIA iniuſta lata contra principalem nocet ſingulari ſucceſſori vtenti hypotheca ex perſona condemnante, Angel.dicens perpetuo notandum in l. ſi ſuperatus,num.4. ff.de pignor.

SINGV. DLII.

IN conceſſione omnium bonorum pro dote,non tranſit dominium ſine traditione, gloſ. ſingularis,quæ alibi non reperitur in l.pro dote,C.de iur. dot.quam valde ſingularem dixit Angel. in l. 1.in fine princ.ff.de pignor.

SINGV. DLIII.

SENTENTIA lata contra debitorem non nocet creditori,cui pignus non eſt traditum, ſed facta obligatio tantum, Alex.dicēs perpetuo notandū in l.ſæpe,nu.99. ff. de re iudic. Neguſ. de pignor.in 3. membr. 6. part. numero trigeſimonono,in fine.

SINGV. DLIIII.

DISPOSITIO l.fin. ff.de exercitor. quam ibi Bartol. dicit ſingularem, & valde notabilem, non habet locum in ciuitate, vel vniuerſitate Iaſ. ex communi.ad l ciuitas, numero vigeſimooctauo, ff.ſi cert. petat.

Limitatur ſingulariter, niſi ciuitas exerceret mercaturam, vel artem quæſtuariam, ita ſingulariter Bald.in rubr.de exercitor.columna 6. quod valde ſingulare dixit Iaſ.in l.ciuitas,ſub numero vigeſimooctauo, verſic. ſecundo limita. ff.ſi cert. petat.

SIN-

SINGVL. DLV.

FILII capti ab hostibus, patri non prosunt, nec ad eius fauoré numerum faciunt, Barto. dicens val de notabile, nec alibi reperiri in l. 2. §. remittit. ff. de excusatio. tutorum.

SINGVL. DLVI.

STATVM disponens, quod debitum non possit probari nisi per aliud instrumentum, ostendens instrumentum cancellatum, dicitur probasse per instrumentum. Bal. sin gulariter in l. vacuatis. C. de decurio. lib. 10. dixit singulare, nec alibi legisse Ias. in l. huiusmodi §. si ita legatum num. 11. de legat. 1.

SINGVL. DLVII.

CLAVSVLA in fine testamenti apposita si non valet iure testamenti, valeat iure donationis, vel cuiuscumque alterius vltimæ voluntatis in vim donationis causa mortis valere nõ potest, si institutus sit absens. Bald. dicens perpetuo notandũ in l. 2. ff. de pact. vbi Iacobi. valde commendat in prima lectura.

SINGV. DLVIII.

OBLIGATVS ad alimentandum aliquem, sufficit si eum ponat in aliquo hospitali, vel parit aliquam præbendam: dictũm est singulare Bal. in l. 1. §. sed scimus num. 2. C. de latin. lib. tollen. quod commendat Io. de Ana. in c. 1. col. fi. de infantibus exposit. inferens ex hoc si est filius, liberari à patria potestate, commendat Rui. consil. 45. n. 4. lib. 2. sed Bal. in citato loco, considerate loquitur. s. si potest morari sine dedecore, vel data nobilitate hospitalis, vel alimentanda sit persona vilis.

SINGVL. DLIX.

PATER, qui tenetur alere filium in domo, non potest ei pręstare alimenta seorsum si filius vult ea habere in domo, & habet iustam causam querelandi contra patrem. est dictum Ang. in l. quidam cũ filium, vbi Ias. n. 6. dicit perpetuo notandum ff. de verb. oblig. Ruin. amplians ad eum, qui debet tractari vt filius in cons. 45. nu. 6. lib. 2.

SINGVL. DLX.

QVOD quis facit proprio intuitu, & non contemplatione alterius, non repetitur l. creditor §. 1. ff. mandat. dixit singulare, & alibi non reperi Bal. in l. 1. sub nu. 1. C. de negoc. gest.

SINGV. DLXI.

CAVSA in dubio præsumitur impulsiua & non finalis glo. sing. in l. 2. §. fin. in verbo causa, ff de donat. quam singularem dicit Boer. in addit. ad Din. in additio. final. de regul. iur. libro 6. inferens qui vult probare effectum cessasse, & cessatione, & cessatione causę deberi probare esse finalem.

Quod verum, si respiciat commodum accipientis, vel tertij, quo casu præsumitur impulsiua, secus si commodum recipientis quo casu semper præsumitur finalis, Tiraqu. post multos de caus. cessant. limi. 1. num. 58.

SINGVL. DLXII.

TESTATOR, iudex, vel Princeps in dubio de magis noto sensisse videtur l. qui habebat ff. de rebus dubijs, quam singularem dixit Bald. in cap. quoniam Abbas. num. 4. de offic. delegat.

SINGVL. DXIII.

COMMODANS vestes, vel alia ornamenta Comicis, vel Lusoribus, si pereant, recipientes non tenentur nisi de dolo, Castrens. dicens singulariter notandum in l. si vt certo §. interdum ff. commoda. Cagn. ad l. contractus num. 40. ff. de regu. dicens in facto quotidie euenire.

SINGVL. DLXIIII.

SI instituatur hæres ille, de cuius statu dubitatur, & instituatur tanquam seruus, cogitur officio iudicis adire, l. cum aliquis & ibi not. Ias. C. de iur. deliberand.

Limitatur singulariter in filio putatiuo Bal. singulariter in l. 1. nu. 41. C. qui admit. per l. iusta. in prin. ff. de vsucap. vbi Castrens. & Angel. reputant singulare & extendunt ad monacos putatiuos, dixit valde singulare Ias. ad l. cum aliquis num. 2. C. de iur. deliber.

SINGVL. DLXV.

ABVSVS, & corruptelæ, ob publicam vtilitatem tolerantur, vnde captura suspecti non annullabitur, quia non sunt seruata de iure seruanda, si ita alias vsitatũ fuit, ne infinitę capturæ irritentur. Castren. dicens in practica singulare in l. iusto in fine ff. de vsucap.

SINGV. DLXVI.

QVI parcit pudori alterius eo inuito, non excusatur, secus qui parcit pudori proprio, l. quintus, ff. mandat. vbi Barto. dicit esse casum singularem, & faciens, vel recusans aliquid ex verecundia, excusatur, sicut si præcederet obligatio, l. pecunię in fine, ff. de alimen. & cibar. legat. vbi Bar. in fine dicit illam legem notabilẽ, & dans secundum consuetudinem, non dicitur donari, quia ex verecũdia, consuetudinis facit Roland. consilio 10. num. 12. vol. 1. & posse non possumus, quod honeste non possumus, l. filius, ff. de cond. instit. Rebuff. ad l. nepos proculo, versic. quinto, & C de verb. significa. addo Bart. in l. si fideiussor, in fi. ff. de fideiussor. Salyc. in l. placuit, C. de iudi. Ias. in l. iurisgentium, §. sed cum nulla, colum. 3. in 3. limitatio. ff. de pact. in l. non solum, §. morte, col. 20. ff. de nou. oper. nuncia. in l. si poenam, col. 2. ff. de verb. oblig. in l. fideicommissum, ff. de condict. indebit. pulchre Crauet. consi. 6. nu. 71.

SIN-

SINGV. DLXVII.

VERBA generalia intelligũtur de merentibus, non de indignis, l. Lucius Titius, §. Lucius Titius damnum, ff. de legat. 2. dixit singulare Iaſ. in l. ſi ab hoſtibus, §. ſi. ff. ſolut. matrimo. Marſil. conſil. 93. num. 4. Roland. de iur. dot. q. 61. num. 15.

SINGV. DLXVIII.

AMICVS, vel procurator meus expendens aliquid ſimoniace pro beneficio mihi conferendo, non repetit, gloſſ. notabilis in gloſſ. 1. in cap. licet de accuſatio. quam dixit ſingularem Ioan. Lup. in cap. per veſtras, §. 66. in rub. nu. 26. de donatio. inter virum, & vxorem, fol. 79.

SINGV. DLXIX.

CONSENTIT quis alicui, vt de re ſua teſtetur, l. ſicut, §. venditionis. ff. quibus modis pign. vel hipotec. ſol. quem textum dixit vnicum in iure Bald. in cap. 1. §. pręterea, quibus mod. feud. amit. in l. venditioni, C. pro empt. in l. quotiens in omnibus, C. de fideiuſſor. in l. ſi tibi, §. de pignore, ff. de pact. Neguſ. de pignor. in 2. memb. 6. partis, ſub num. 12.

SINGV. DLXX.

IN officiali ſemper pręſumitur terror ab eo inferri. Bal. dicens notatu dignum in l. nouiſſime, in fine princip. ff. quod falſo tutor. authore.

SINGVL. DLXXI.

PRÆSVMITVR metus durare in relaxato a curia, cum iterum capi poſſit, Bald. dicens perpetuo notandum in l. nouiſſime in fine princ. ff. quod falſ. tutor. author.

SINGVL. DLXXII.

COACTA facit is, qui ſponte facit, ſed cogi poterat ad faciendum l. nouiſſime verſic. quid ſi ff. quod falſi tutor. auth. quam ſingularem dixit Ancar. conſilio 159. colum. 2. verſi. quarto &c. Cagnol. ad l. velle in princ. ff. de reg. iuris ad l. ſi quis maior n. 67. C. de tranſact. in l. 2. num. 199. C. de reſcind. venditio. Dec. in c. cum M. num. 114. de conſtitutio. Iaſ. ad l. 2. nume 4. C. de tranſactio. Dec. in authen. præterea num. 12. C. vnde vir, & vxor. conſil. 21. colum. 1. conſi. 690. col. fin.

SINGV. DLXXIII.

COMPROMISSVM tũc præſumitur factum, ex diſpoſitione ſtatuti ſi in eo, vel actis hoc appareat, alias non. Salicet. in l. fina. C. de iudic. vbi Iaſ. nu. 5. dicit perpetuo notãdũ. Commendat Alex. ad l. ſi quis maior col. 1. C. de tranſact. in l. 1. col. 10. ff. ſolut. matrim.

SINGV. DLXXIIII.

NON omnis ſciens eſt doloſus, Alberic. dicens perpetuo notandum in l. nouiſſime ff. quòd falſ. tutor. authore.

SIN-

SINGVL. DLXXV.

PRÆSCRIPTIO noncurrit tempore prælati male alienantis, sed incipit tempore successoris. Dictum est singulare Innoc. in cap. 2. de præscriptio. quod valde singulare dixit Bartol. in l. qui fundum §. si tutor ff. pro emptor. Gui. Pap. quæst. 150.

SINGVL. DLXXVI.

SICVT causa appellationis deuoluit totum negotium, vt superior sententiam retractare possit, etiam ex noua causa, ita causa nullitatis. Inno. in cap. cum contingat de offic. delegat. dixit alibi non legisse Bart. in l. si vt proponis la prima, num. 4. versic. ex quo habes C. quomod. & quando iudex.

SINGV. DLXXVII.

PROMITTENS quandoq;, vel aliquando dare intelligitur cum primum poterit l. rogo. vbi textus singularis secundum Bartol. ibi ff. de legat. 2. quando dies legat. cedat. quod verum, quando simpliciter, secus cum adiuncto, temporis tractum respiciente, quia vsque ad mortem expectare potest, Imol. dicens singulare in l. cum pater §. rogo de legat. 2. & l. seruos ff. de manumiss. testam.

SINGVL. DLXXVIII.

CONSVETVDO si induxerit, quod libris mercatorum adhibeatur plena fides, hoc procedet & habet locum etiam si alibi, & extra locum consuetudinis iudiciũ agatur. dictum est singulare Ioann. Andr. ad specul. de instrumento. editio. §. nunc dicẽdum in additio. magna in fine, quod valde commendat Butri. in cap. 2. colum. 3. de probat. dixit valde notabile Ias. in l. quod 1 §. nummularios num. 2. ff. de eden.

SINGV. DLXXIX.

CONSVETVDO absoluta disponens qd credatur cuicumque scripturæ mercatoris, non valet vti indiscreta, & prona ad falsum cõmittendum. dictum est singulare Bald. in l. vnic. num. 13. in fi. C. de confess. dixit valde singulare Iason in l. quædam §. nummularios nu. 5. versi. limita ff. de edend. idem Ias. in repetitio. l. admonendi num. 122. de iur. iurand. Alex. consil. vlti. colum. 3. lib. 3.

SINGVL. DLXXX.

SI creditor interpellatus dum debitor habebat pecunias in prõptu, recusat recipere, si tẽpore, quo debitor non habet amplius pecunias, eum interpellat, nõ constituit eum ĩ mora, sed debet dari tempus competens iudicis arbitrio. glos. est singularis secundum Castren. in l. si per venditorem in glo. fin. ff. de act. empt. in l. si reus paratus num. 6. ff. de procur. de quo aliquantulum dubito, quin tempore recusationis debebat debitor protestari & deponere, & l. acceptam C. de vsuris.

SIN-

SINGV. DLXXXI.

EXTRAIVDICIALIS monitio hodie de vrbanitate tantum requiritur, l.debitores, vbi not.C.de pignor.

Limitatur singulariter circa recuperandas expensas extractionis instrumentorum, aduocati, & procuratoris, quas reus reficere non tenetur, nisi monitione extraiudiciali præcedente, dictum est singulare Bald. ad l.non ignorat, num.4.versi. modo ego quæro, C.de fruct.& lit. expens. quod valde singulare dixit Ias.ad l.certa conditio, num.4.ff.si cert.pet.ad §.sic itaque, num.44.instit.de actio.Bello.ad princip.instit. quibus modis re contr.oblig.super glo.fi. vbi valde commendat.

SINGV. DLXXXII.

LIBER priuati probat pro scribente data verisimilitudine, & difficultate probationum, dictũ est singulare Bald.in l.fin.sub num. 11.C.de edend.quod singulare dixit Alex.ad l.1. in fine, C.de edend.consilio vltimo, col.fina.lib.7.dixit singulare Anchar. in clemen.1.§.1.de vsur.Ias.in l. admonendi, in prima lectura, numero 81.in repetitio.numero 125.Crauet.de antiq.tempo. vers.quarto limitatur, nu.34.f.88.

SINGV. DLXXXIII.

MARITVS fideiubendo pro varijs personis, dicitur male vti substãtia sua, vnde erit locus repetitioni dotis, ita singulariter Angel.in l.in personam, §.1.ff.de pact. quod valde singulare dixit Alex. ad l.si constante, nũ.40.vbi Ias.nu.59. exclamat de hoc dicto, ff.sol.matri.

SINGV. DLXXXIIII.

VIDVA dicitur, quæ virum habet inutilem, glos.singularis secundum Bal.ibi, & Salyc.in l. fina.C.de plagiar.quam etiam dixit singularem Ias.in l.fin.num.3.vers. secũdo facit, ff.de offic.eius Barbat. in cap. significantibus, col.1.de offic.delegat. Alcia.in cap.1.in 4.not. num.88.de pręscript. Alex.consil. 104, num.7.vol.1.in l.eleganter, §. qui reprobos, ff. de pigno.actio.

SINGVL. DLXXXV.

TESTI deponenti secundum propriam conscientiam non creditur Bal. in cap.nisi cum pridẽ, col.4.renunciatio.quod nunquam obliuiscendum dixit Iason in §.sed iste, num.134.de actio.

SINGV. DLXXXVI.

HOmicidium cõmissum in personam affinis, vel coniuncti, pręsumitur casuale, non dolosum glo.est singularis in l.ead l.Cornel. de sica.quam singularẽ dixit Bal.in l.si.in 20.oppos.C.hęred institu.dixit perpetuo notandã Ias. in l.1.nu. 23.ff.de legib.Gãdi.in tract.malef. tit.de pręsump.& inditijs dubitatis col.2.vers.pręsumptio vero hominis, Iaco.Beluis.in prac.crimi.tit.de quæst.Roma.in l.in illa, col.penult. vers.decimoquinto, de verb.obliga. Aret.consi.50.col.3.ver.cõfirmatur Io.de Villemat.in l.diuus, nu.57.de Sica.& ratio est, quia homo plurimis odio

odio prosequi carnem suam. Cano. non extimamus 1. q. 2. quod egregie dixit Cicero i oratione pro Roscio Amerino accusato de homicidio, magna est vis humanitatis, multum valet communio sanguinis, reclamitat huiusmodi suspitionibus ipsa natura. hæc ille.

Ampliatur in iniuria illata à fratre fratri, nam non præsumitur animo iniuriandi, Bart. in l. vt vim nu. 4. ff. de iust. & iur. nam sanguinis cõiunctio omnem præsumptionem tollit, l. non solum in prin. ff. de rit. nuptiarum l. penul. C. quod fals. tutor. author.

SINGV. DLXXXVII.

COMES sine comitatu non est proprie Comes, sed abusiue, vt sunt Comites Palatini, & sacri Palatij Bal. in cap. 1. num. 2. quis dicatur Comes Dux vel Marchio, quod dictum appellauit dictum singularissimum Martin. laudens. in disputatione Augerius colum. 23. inferens quod habens potestatem legitimandi quascumque exceptis filijs Comitum, & baronum, poterit legitimare filios naturales Comitis Palatini, cum sit abusiue Comes Iason, dicens ita consuluisse in l. id, quod apud hostes num. 23. de leg. 1.

SINGV. DLXXXVIII.

SICVT obligationi nullæ pignus accedere non potest, ita ei, quæ inutilis, vel inefficax est, Ias. dicens perpetuo notandum in l. final. num. 3. ff. de offic. eius in l. ex his ff. de condict. indebit. in l. si dari nũ. 3. ff. de verborum oblig. Negus. de pignorat. in primo membr. 3. partis numero 8.

SINGV. DLXXXIX.

VENDITO Molendino venit ius aquæ fistulæ, & Canalis licet non deseruiant, l. si aquęductus cum l. seq. ff. de contra empti. quam perpetuo notandam dixit Iason ad l. quominus nume. 118. de fluminibus.

SINGVL. DXC.

TEXTVS est singularis in §. sed & hoc peruenit versic. omnem porro authent. vt nulli iudic. per quem datur notabilis practica, quod si officialis ciuitatis facit aliquam iniustitiam, prohibendo aliquid, quod prohiberi non debebat: nam tunc potest haberi recursus ad episcopum & primates ciuitatis, vt prouideant, Marant. dicens in practica valde notabile in verbo appellatio. nume. 179. fol. 167. in paruis.

SINGV. DXCI.

SI statutum dicat, si quis aliquẽ occiderit, puniatur pœna tali, non poterit formari inquisitio, vel accusatio antequam mors fuerit secuta, etiam si certum sit vulneratũ esse moriturum ex illo vulnere. Bartol. in l. damni. §. sabini num. 5. ff. de damnis infect. dixit valde singulare Bald. in cap. 1. § homicidium de pace iuramen. firman. Gramma. decis. 74. num. 28.

SIN-

SINGV. DCXII.

STATVTVM imponens amputationem manus pro tali delicto, verificatur in arida, & inutili, Salic. in l. 2. C. vt infra certum tempus in authent. sed nouo iure, C. de seruo fugit. est communis opinio Crass. c. 2. q. 19.

Fallit singulariter in actu indifferenti ad vtramq; manum, alias non ne delicta reiterentur, Isern. in c. 1. §. callidis, de prohibit. feud. alienat. per Federic. quod dictum dixit perpetuo notandum in maxima æquit. fundat. nec alibi legisse Euerard. à priuatio. ad habitum nu. 6.

SINGVL. DCXCIII.

NEMO est reus nisi subditus, & hostis de quacumque gente, Bald. dicens singulare in l. nihil sub num. 3. C. de manumiss. vindic.

SINGVL. DXCIIII.

IN dubio donatio facta in domo vxoris præsumitur facta sponsę, & sic valet: in domo viri præsumitur facta vxori, & sic non valet, l. cũ ĩ te. C. de donatio. ante nuptias vbi textus valde singularis secundum Bal. ibi, vnde sponsa in domo mariti præsumitur corrupta, & sic effecta vxor.

SINGVL. DXCV.

PROMITTENS decẽ vsq; ad nũdinas, intelligitur in principio nundinarum, glo. est singularis secundum Ang. ibi in §. qui hoc anno in fine instit. de inuti. stipul.

SINGVL. DXCVI.

SICVT non valet sententia lata contra formam mandati, ita non valet lata contra qualitatem, & circunstantias formæ capit. pisanis de restitutio. spoliat. quod valde singulare dixit Bal. in cap. 2. num. 1. de re iudic. Ias. ad l. si procurator n. 1. de procur.

SINGVL. DXCVII.

PROCVRATOR, de cuius mandato dubitatur admittitur cum cautione de rato l. 1. C. de procurator.

Fallit singulariter, quando non prouideatur plene aduersario, & nõ sufficit quo ad commodum pecuniarum, sed & famæ etiam honori. Ias. dicens valde singulare in l. iusiurandum §. procurator n. 6. ff. de iur. iurand.

SINGVL. DXCVIII.

DEFENSIONIBVS suis nemo rẹnunciare potest glos. in l. pactum inter hæredem in verbo cum liceat ff. de pactis. Ias. ad l. si quis in conscribendo nu. 18. C. de pact. de communi Soarez. in verbo defensioni. Prosper Farinac. quæst. 39. nu. 51.

Vltra quos ampliatur singulariter vt si reus voluerit potius mori, quam se defendere, dicatur se ipsum occidere, & carere debet ecclesiastica sepultura iuxta Cano. placuit 23. q. 5. Ioan. Lup. dicens pulchre

ehre notandum in tub. de donatio. inter virum, & vxor. §.70.nu.6.

SINGV. DXCIX.

NOTIFICATIO non habet locum nisi in casibus a iure expressis, dictum est notabile Cardin.in clem.1.q.37. de appellatio. quod valde commendat Dec. consi.169. col.2. vers.tertio non obstat, sub num.4.

SINGV. DC.

SI quis probauerit intentionem suam, per testes, vel alio modo, & acta deperdita sint, licet probet casum, tamen alia dilatio danda nõ est. dictum est singulare Innocen.in capit.prudentiam, de offic.delegat. quod valde menti tenendum dixit Lanfranc. in cap. quoniam contra in verbo dilationes, sub num.13.de probation.contrarium tenet Alex. in l.si ita stipulatus, ff.de verb.obliga.Bald.in l.1. C. de temp.appellatio.in l.antepe.C. de ferijs. in l. sed & si per prætorem, §. feriæ ex quibus caus.maior.

SINGV. DCI.

DISPENSATVS super priuilegijs, censetur etiam super accessorijs, gloss. notabilis quam ibi Abb. multum commendat in cap.quia in templum de præbend. Butr. in cap.cum in cunctis, colum. 6. de electio. hinc dispensatus super pluralitate beneficiorum censetur etiam super residentia gl. in cano.si quis clero. 7.q.1. in cap. non potest de præbend, libro 6.non tamen super residentia vtriusque Ias.in l.final.nume. 45. de constitu. princip.

SINGV. DCII.

DILATIONEM petens ad producendum testes quos dicit habere in partibus valde remotis obtinere debet iuxta, §. & quoniam Authentic.de testibus, tamen cogi potest deponere expensas pro eis ad detegendam ex hoc calũniam. gl. reputata solemnis in cap. statutum, §.fina.de rescript.libro 6. vel fiat præceptum, quod nisi repe riat verũ per testes inductos, quod multabit eum, Imol.dicens notatu dignum in cap. constitutus, in vlti. colum.de fideiuss. Ias.in l.fi.col.penult. ff. si peius dicant. Ferrat. cautel.16.

SINGV. DCIII.

IN obligationibus in diem eodem die contractis non attenditur prioritas in tempore, sed tempus, quo cessat dies Castrens.dicẽs valde singulare in l. si ex pluribus, §.final.ff. de solutio. vbi dicit illum textum admirabilem, & menti tenendum.

SINGV. DCIIII.

IN obligationibus eadem die factis attenditur hora, gloss.singularis in l. si ex pluribus, §. finali, ff. de solutio. quam singularem dixit Afflict. decisio. 387. numero quinto.

SIN-

SINGV. DCV.

NOTABILIS, & singularis est textus in l.habeo ff. de aqua pluuia arcend. secundum Castrens. ibi, quæ limitat secundum cum multas leges, & totum titulũ de noui oper. nunciatiõ. ff. de aqua pluuia arcenda. cõsiderantur enim tres casus, aut expresse consensi, & ad nihil agere possum, aut tacui tantum, & agam ad interesse, & damnum, & non ad demotionem, aut expresse contradixi, & agam vt destinas per l.sabinum ff.commun. diuidund. quam pariter ibi reputat Castrens. valde singularem & quotidie in facto occurrere.

SINGV. DCVI.

IN arduis explicandis, & in re graui, & onerosa requiritur expressus consensus, & non sufficit taciturnitas absque contradictione, Abb.in capitu.in causis columna 2. de electio. dixit valde notabile, & menti tenendum Iaſ.ad l.quæ dotis num. 104. ff.solut.matr.

SINGV. DCVII.

ALIENANS dolo ante litem contestatam, tenetur ad interesse, ex titulo de alienatione iudicij mutandi causa facti, Panor. in cap.1.colum 3.in secunda oppo. de alien. iudic. mutand. cauſ. dixit valde singulare Iason in §.omnium num.76.de action.

SINGVL. DCVIII.

EX his, quæ ante, & per prius dixerat colligitur animus gesti, & post glos. singularis & valde notabilis secundum Bart. in l.apud Celsum, in princip. ff de dol. excep. Ange.in l.prima, ff.de eo, per quem factum erit.

SINGV. DCIX.

SI cui ab initio competebat vtilis, prout emphiteotæ superficiario, & similibus, si intentauit directam, non poterit ferri sententia super vtili, Butr. in capitu.cum ad sedem colum. 11. de restitutio.spol. dixit valde notabile Iason in §.omnium numero 82. versicu. limitabis de actio.

SINGVL. DCX.

DEBITOR vendẽdo pignus committit furtum l. si is, qui rem, la seconda in princip. ff.de fur. declaratur notabiliter in speciali hipotheca, secus in generali gl. quam ibi Bartol. multum commendat in l.prima, ff.de distract.pign. sed contrarium vt sufficiat generalis, tenẽt Bartol. & Angel. ibidem item fallit in creditore vendente in prejudiciũ alterius creditoris, in quo præsumit ignorantia glo. in d.l. 1. vbi Bartol.eam summopere commẽdat, & dicit Ang.in d.l.si is, qui rem, quod cum in furto regnat contrectatio, ibidem est, contractatio per ostentionem pignoris iam obligati, & sic iudicatur amoueri de loco ad locum.

SINGV. DCXI.

PÆNA dupli, tripli, & quadrupli non est licita in foro consciẽtiæ, glos. singularis in Cano. fraternitas 12. quæst. 2 quam valde singularem dixit Ias. ad l. vt vim n. 23. ff. de iust. & iur. Bal. in l. quibus dieb. §. dominus. in fine ff. de condit. & demonstrat. in l. post in fine. C. de furt. in l. id quod pauperibus q 9. C. de episc. & cler. Rom. in rubri. de arbitr. in fine Ias. in §. sed iste num. 119. de actio. Mat sil. in l. patre num. 9. ff. de quæstion.

SINGV. DCXII.

COMMISSVM cõscientiæ alicuius intelligitur vti viro optimo in superlatiuo: commissum discretioni intelligitur vti viro bono simpliciter. Bal. in l. fin. prope finem C. de iur. domin. Impetrand. dixit singulare Alex. consi. 118 col. 1. vol. 5. Ias. ad l. sic n. 12. de legat. 1. in 3. de pupillo, §. qui opus numc. 4. de nou. oper. nunciat.

SINGV. DCXIII.

EXECVTOR testamenti, taxando alimenta secundum suã conscientiam, tenetur vocare hæredes, Anchar. consil. 373. dixit valde singulare Ias. in l. si sic, nu. 13. de leg. 1. vbi etiam subdit aliud quotidianum, secundum eum, quod episcopus potest petere rationem distributionis, & an fecerit secundum conscientiam boni viri bene regulatam.

SINGV. DCXIIII.

NEGATIVA præposita verbo potest inducit præcisam necessitatem, & tollit omnem potentiam glo. in c. 1. de reg. iu. lib. 6. quã celebratissimam appellauit Didac. pract. quæst. c. 21. nu. 2. ad cap. quãuis in 2. par. §. 4. sub num. 4. vers. sed aduersus: Tiraqu. post leges connubiales. & glo. 2. in prin. nu. 8. Coras. in l. 1. col. 2. de verb. obliga. Alc. lib. 3. Parod. c. 4. ad l. nepos proculo ff. de verb. signifi.

